
Gabrielis Biel sacre theosophie licētiati nostre tēpestatis ꝓfundissimi: sacri canonis misse: tum mystica tū literalis expositio: iamiā summa diligētia iterum atqꝫ iterū reuisa ꝛ correcta: nō paucis (quod facile erit deprehēdere) ad suꝑiores impressiōes adiectis.







Sacri canonis misse ex-

positio resolutissima litteralis ac mystica: dissoluens simul et scholastica dubia circa eucharistie sacrosancte mysteria: viri ꝙ precipui magistri Gabrielis biel sacre theologie licentiati peritissimi: per eundem ordinarie in alma Tubingeñ. vniuersitate lecta: ex viri clarissimi ingenij quondã acerrimi magistri Eggelingi de brunswig sacre theologie licentiati profundissimi: vita pariter et doctrina prefulgidi lectura: in insigni metropoli magũtina ad clerum pronũciata declarata et exposita: paucis omissis: pluribus additis ac mutatis ꝙ accuratissime comportata: Incipit feliciter.

¶ Oratio initialis.



In noie superbenedicte trinitatis: patris et filij et spũssancti. Amen. In huiꝰ lectiois mee pncipio, tria mihi pficienda cõspicio. Primũ legẽde materie breuis recõmendatoria introductio. Scdm preuia temeritatis excusatiõe, theologica breuior prestatio. Tertium presentibus dñis meis et preceptoribus gratiarũ breuissima relatio. ¶ In primi executione assumo vba q̃ digessit Iesus filius Syrach hierosolymita eruditissimꝰ, Eccli. xv. Cibauit illũ pane vite et intellectꝰ. Nostis patres optimi fide certissima illustrati: primũ humane nature ppagatorũ principiũ: a summo deo in culmine corporalis creature de nõ esse leuatũ. Pane cognitiõis necessarie: qua creatorem suũ, secꝫ ceteris cũ creaturis ab eo pductũ agnosceret. Necnõ quid deo, qd superiori: qd sibi: qd equali: quid inferiori deberet: qd deniqꝫ agere: qd cauere oportuerat excellentiore quadã noticia illustratũ. Alijs quoqꝫ virtutibus et donis: quibꝰ castissimo amore suo inhereret iam cognito creatori: delectabiliterqꝫ seruiret, pditũ fuisse: quatenus explero dispẽsationis sibi credite officio: nulla morte media: tandẽ in paradisum alterũ translatũ, ipso totiꝰ boni fonte beatifice ac interminabiliter frueref. Sꝫ proh dolor: honoris et bonoꝝ homo impatiẽs: dũ reiecto cõditoris timore: supbiens precepto ligari cõtempsit: vitã pdi-
dist. xxx dit pariter et intellectũ. Indicat hoc ipm horrenda quedã
viij. cap. ignorãtie pfunditas: erroꝝ oim mater: q̃ cũctos ade filios
ignoran in tenebroso quodã suscipit sinu. Amor ꝙ tot rerũ vana-
tia. rum et noxiarũ: mordacũ pturbationũ: meroꝝ: formidinũ insanoꝝ gaudioꝝ: litiũ: fraudiũ: ceteroꝝqꝫ vitioꝝ. Quis enĩ ignoret, ait doc. Aure. xxij. de ciui. c. xxij. cũ quãta ignorãtia veritatis: q̃ iam in infantibꝰ manifesta est. Et cũ quãta abũdantia vane cupiditatis: q̃ in pueris apparere incipit: homo veniat in hanc vitã: quibꝰ pro veritatibꝰ certissimis multifarios errores: pro bonis verissimis bonoꝝ vmbram apparentiũ nanciscat. Gratuitis siquidem spoliato homini et naturalibꝰ vulnerato: sm euãgelicũ paradigma descendentis ab hierusalem in hiericho: incidentisqꝫ in la-
Luce. x. trones: remansit naturalis inclinatio ad verum in intellectu: ad bonũ in affectu. Hinc fames illa validissima sciendi: quã prisci philosophantes acerrimis abusi ingenijs: nõ filioꝝ pane: sed porcoꝝ siliquis (licet frustra) pellere quesierũt. Vere frustra: nam morbus creuit ex remedijs. Quippe humana curiositas: q: satiari nequit: nunꝙ sibi sufficiens, semp ad vlteriora rẽdit. Hinc philosophus no-
ij. ad Ti ster et veritatis preco paulus huiuscemodi vocat stultarũ
mo. iij. et sine disciplina questionũ inquisitores: a diaboli laqueis captiuos: ad ipsius volũtatem semp addiscentes: et nũꝙ ad scientiã veritatis puenientes. Enimuero pcesserũt in se cõfisi in regionem longinquã: multiplicũ erroꝝ et vanissimoꝝ cultuũ: dum deũ inuisibilem que ex creatis rebus visibilibꝰ esse cõprobarũt. Nõ sicut deũ glorificauerunt: nec grãs egerũt: sed putantes se aliquid esse euanuerũt in cogitationibꝰ suis. Et qd curiose inuenerũt: p supbiã pdiderunt: vt ait Aug. in glo. Rom. j. Sicqꝫ obscuratũ est insipiens cor eoꝝ. Dicentes enĩ se esse sapientes: stulti facti sunt. Quid rogo insipientius, ꝙ seruire creature potius ꝙ creatori? Quid stultius ꝙ mutare gloriã incorruptibilis dei: in similitudinem imaginis, creature corruptibilis? Hinc tanta phoꝝ dissensio qua a magistris discipuli: et inter se dissiderant cõdiscipuli: dum eos non diuina autoritas: sed humana duxit temeritas. Nam eodẽ beato Aug. teste. xviij. de ciui. c. xli. palam in cõspicua et notissima porticu in gymnasijs: in hortulis: i locis publicis ac priuatis, cateruatim vnusquisqꝫ pro sua opinione certabat. Alij asserentes vnũ: alij innumerabiles mũdos. Ipsumqꝫ vo vnũ alij ortũ esse: alij vo initiũ nõ habere: alij interiturũ: alij semp futurũ: alij mente diuina: alij fortuitu et casibus agi. Alij imortales esse aias: alij mortales. Et qui imortales: alij reuolui in bestias: alij nequaꝙ. Qui vo mortales: alij mox interire post corpus: alij viuere etiã postea vel paululum vel diutius: nõ tamen semp. Alij in corpore cõstituentes finem boni: alij in animo: alij in vtroqꝫ. Alij extrinsecus posita etiam bona ad animũ et corpus addẽtes. Alij sensibus corporis semp: alij nõ semp: alij nunꝙ putantes esse credendũ. Sed et de fine vltimo ppter quem cetera oia querenda sunt: Marcus varro: vt recitat idem Aug. xix. de ciui. c. j. et ij. tam multã dogmatũ varietatem diligẽter scrutatus aduertit: vt ad ducentas octuaginta octo sectas pueniret. Testis est etiã horũ multiplicũ erroꝝ Eusebius in de preparatione euangelica: qui innumeras gẽtium sectas et recitat et reprobat. His alijsqꝫ erroribus: vt rationaliũ mentes velut blandicijs quibusdã infatuaret: ac dulcibus venenis incurabilibꝰ inficeret humane salutis insidiator diabolus: poetarũ figmentis, verboꝝqꝫ coloribus res turpissimas: velut honestare gestiẽs: hac verborũ sagena plurimos irretiuit. De quo quid bea. Hiero. aliqñ ciceronianꝰ: post doctus verberibꝰ christianꝰ sentiat aduertamus. Ait enĩ in epla ad Damasum papã. Demonum cibus est carmina poetarũ. Secularis sapientia rhetoricorũ pompa verboꝝ. Hec sua oẽs suauitate delectant. Et dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiũt: animã quoqꝫ penetrant: et pectoris interna deuinciunt. Verũ vbi in summo fuerint studio ac labore plecta: nihil aliud nisi inanem sonũ: et sermonũ strepitũ suis lectoribus tribuũt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla refectio iusticie reperit. Studiosi eoꝝ in fame veri: et virtutũ penuria perseuerant. Hec ille. Hoc triplici qui difficile rũpitur fraudiũ funiculo: erroꝝ videlꝫ vanitatis ignorantie: fraudulentus protoplasti seductor, quem prostrauit in mortem: ne qñqꝫ ad salutarem veritatis cognitionem reuiuisceret: colligauit. Nouit enĩ ille versutus: q: sine veritatis cognitione, ad veritatem in qua non stetit, redire nemo potest: nec sine dei noticia vlla homini poterit esse salus, dicente scriptura Prouerb. xix. Vbi nõ est scientia (haud dubiũ quin dei) aie nõ est bonũ. Nã vani sunt oẽs hoies in quibꝰ nõ est sciẽtia dei. Sap. xiij. et j. Cor. xliij. Si quis ignorat ignorabit. Sed benignissimꝰ deꝰ scientiarũ dñs: cuiꝰ sapientiã nõ vincit malicia. Diligit enĩ oia q̃ sunt et nihil odit eoꝝ q̃ fecit. Sap. xj. Plasma suũ aliena fraude deceptũ, in eternũ perire nõ sustinens: errãti mũdo cognoscende veritatis fame: ac pudẽde vanitatis squalore: iamiãqꝫ deficienti subuenire decreuit. Idcirco dũ mediũ
silentiũ tenerent oia veritatis predicamenta. Noxqꝫ pec- Sapiẽ. xviij.
catoꝝ et ignorantie mediũ iter perageret: vtpura veri dei cognitione in oibꝰ pene extincta. Omnipotens sermo de regalibꝰ exiliens sedibꝰ: geminã rationaliũ cibauit inediã dans panem nõ ventris, sed mentis: panem non ad ruinas huiꝰ vite: q̃ vapor est ad modicũ parens, reparandũ: sed panem vite et intellectꝰ ad indeficientis vite beatitudinem cõsequendã. Dedit aũt manꝰ liberalissima panẽ dulcem: defectũ totuplicem restaurantem. Panem verbi ex ore dei procedentem: quo pasceret intellectus. Et panem verbũ factũ carnez: quo vita nutriret et affectus: quis ad

vtrūq; cōferat vterq;. An nō panis vite: doctrina scriptu-
re canonice: a summa reuelata veritate: quo vita vera co-
gnoscit᷑: vita anime roborat᷑: ⁊ ad vitam felicissimā ambu
latur. Non in solo pane viuit homo/ inquit veritas: sed in
omi verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Deutero. viij. ⁊ Mat. iiij.
Est quoq; panis intellectus/ intellectū erudiens: affectū
sua eruditione velut ignea lex inflāmans. Ipsa nempe est
que finem quo tendit᷑ ostendit. ipsa q̄ viam qua itur: diri-
Ro. vi. git. Finem/ vitā eternā. Viā sanctificationem nostrā. Ha-
betis/ inq̄t apl's/ fructū vestrū in sanctificatione: finem v̄o
vitā eternā. Ipsa deniq; instruit ignorantem: ipsa reducit
deuiantem: associat itinerantē: inducit ꝑseuerantem. Cui⁹
salutiferos fruct⁹ btūs Hiero. in ꝓlo. quodā in lib. psalmo
rū: breuiloquo sermone cōplectit᷑/ dicens. Hic habet in-
fans q̄d lactet: puer q̄d laudet: adolescens q̄d corrigat: iu
uenis q̄d sequat᷑: senior q̄d precet᷑. Hic discūt femine pudi
citiā: ppl'i inueniūt pietatem: vidue iudicem: pauperes ꝓ-
tectorem: aduene custodem. Hic inueniūt reges quid au-
diant: iudices q̄d timeant. Hec tristes cōsolat᷑: letū tempe
rat: iratū mitigat: pauperem recreat: diuitem vt se cogno-
scat/ increpat: oibus se suscipientib⁹ apta medicamēta tri-
buit: nec peccatorem despicit: sed ꝑ pniam/ remediū ei inge-
rit. Post hec deus ostendit᷑: simulacra irridenť: fides asse-
ritur: ꝑfidia repudiat᷑: iusticia ingerit᷑: iniquitas ꝓhibet᷑:
misericordia laudat᷑: crudelitas abdicat᷑: veritas requirit᷑
mendaciū damnat᷑: dolus accusat᷑: predicat᷑ pnia: pax con
sequēda ꝓmittit᷑: spes certa nutrit᷑. Sed qđ his oibus est
excellentius: christi sacramenta laudant᷑. Hec Hiero. Hec
sacra theologica doctrina: vera ⁊ diuina sapiētia: sola est
omniū scientiarū imperatrix ⁊ dn̄a: q: cādor est lucis eter-
ne: ⁊ speculū sine macula dei maiestatis: ⁊ imago bonita-
tis illius. Sap. vij. Cui nisi artes cetere ancillent᷑: nō illu-
minant: sed obscurant: nō erudiūt: sed tenebris error᷑ in-
uoluūt. Nō hanc diuinā sapiētiā gentiū principes: nō ter
re negociatores: nō potentes ad bella gigantes inuene-
baruch runt: ppterea ⁊ perierūt. Sed ea de supnis sedib⁹: que in
iij. altissimis habitat: supersubstantialis sapientia reuelauit:
eāq; reuelando populū suū humilē pane vite ⁊ intellect⁹
cibauit. Libet addere qđ sequit᷑. Et aqua sapientie saluta
ris potauit eū. Vere aqua salutaris sapiētie: ex fonte ma-
nans sapientie: q̄ est verbū dei in excelsis. Eccli. j. qui est
Sap. vij christus dn̄s virtus ⁊ sapientia dei patris. j. Cor. j. Ma-
gnū profecto sapientie donū: que in aias sanctas se trans
fert: amicos dei ⁊ prophetas. i. procul videntes/ cōstituit.
Sed parū summe visum est liberalitati: nisi se fontē sapiē
tie homini ꝑ cibi preuaricationem dānato/ donaret in ci-
bum saluantem: ⁊ spūaliter nutrientem/ mirabili cōgruē-
tia/ nature cōditioni/ ⁊ lapsus reparatiōi. Cōiūxit nempe
diuina sapientia in prima hoīs formatione rōnalem spm̄
materie corporali: pro exemplo future societatis: q̄ inter
deū ⁊ spiritū rōnalem in glorificatione eiusdē ꝑficienda
erat: vt sciret homo deū tam disparem corporis ⁊ aīe na-
turā in federationem vnā: ⁊ amiciciā tantā cōiungentē:
etiā rōnalis creature humilitatem: licet longe inferiorem
posse ad sui participationem glīe sublimare. vt loquit᷑ ma
gister dist. j. lib. ij. Et qm̄ ex eisdem gignimur ⁊ nutrimur
incarnata prius: dehinc velut impanata seu inescata sub
speciēb⁹ sacramenti sapientia facta est nutritio nostra. La
psus deniq; ⁊ e paradiso extrusus: pecorinā induit simili-
ps̄. xlviij tudinem. ſm̄ illud ꝓphete. Homo cū in honore esset/ non
intellexit: cōparatus est iumentis insipiētib⁹: ⁊ similis fa-
ctus est eis. Idcirco feno indiguit pabulo pecorino. Ea-
propter celestis cibus angelor᷑/ mutauit se i cibū pecoris/
hoie mutato in pecus. Panis eīm angelor᷑ factus est fenū
vnicus patris/ filius hois: verbū quippe caro factum est.
Esa. xl. Et iuxta ꝓphetā. Ois caro fenū. Comedūt igit᷑ angeli ver
bū de deo natū: comedunt hoies verbū fenū factū. Pane
suo viuūt angeli in celis/ ⁊ beati sunt. Feno suo viuūt ho-
mines in terris/ ⁊ sancti sunt. Fenū quippe istud de prato
virginalis vteri collectū: factū est refectio iumentor᷑. Ver-
bum eīm vt fenū fieret: latuit in virgine: sol in sydere: arti-
fex in opere. O stupenda dei miseratio/ exclamat doctor
melliflluus: verbū carnem: deus cinerem: figulus lutū: vi- Job. vi.
ta morticinū induit: vt angelor᷑ panem iumenta mandu-
carent. Hic vere panis est vite de celo descendens: vt da-
ret vitam mūdo. Nō quē moyses panem dedit patrib⁹ in
deserto: quem manducantes mortui sunt. Nam q̄ ex hoc
pane manducauerit: viuet in eternū manens in christo. ⁊
habens christū vitā manentem in seipso. Hic panis est in-
tellectus: quo nobis mortalib⁹ imensitatem sue potentie.
incōprehensibilitatem sue sapientie: inenarrabilitatē sue
beniuolentie: dn̄s mirabilius declarauit. Memoriā fecit
mirabiliū suor᷑/ inq̄t psaltes dn̄i: hoc cibo spūaliter satiat⁹ Ps̄. c.
misericors/ ⁊ miserator dn̄s/ escam dedit timentib⁹ se. In
promptu est quēadmodū sacrosanctū hoc eduliū/ meta-
physicorū/ naturaliū/ logicor᷑/ cetero᷑ūq; ꝓhor᷑ estimata
suor᷑ principior᷑ theoremata castiget: ⁊ verū in eis intelle-
ctum administret: quorū deductionis veritas vetat. Pa-
nis iste bene a pan/ qđ sonat totū dicit᷑: q: totū qđ ad salu
tem ptinet: cōfert homini viatori. Lapsus siquidē homo
oia cōfudit. Cōstitutū a plasmatore ordinē pulcherrimū
temerauit. Nam deū ꝑ inobedientiā cōtempsit: carnē de
sua carne/ ⁊ os de suis ossib⁹ productū. proximā suam inca
sauit: in seipso rōnem volūtatis ductricem appetitui sub-
egit. Indiguit itaq; ad perfectā restaurationem triplici
remedio. Sacrificio quo placaret᷑ deo: charitatis diffusio
ne/ qua cōmunicaret ꝓximo: gratia reformatiua ordinis
in seipso. Omnia hec cōfert panis christi excellentissimū
sacramentū. Nam ipm est sacrificij oblatio quoad deum.
Charitatiua cōmunio ad proximū. Viaticū ⁊ refectio ad
seipsum. Sacrificiū eīm sicut ⁊ verbū abbreuiatū fecit no-
bis dn̄s sup terrā/ hostiam viuā/ vnicā/ mūdam/ plenā bo
nis/ plenā effectib⁹/ omnib⁹ illis pro quib⁹ offerri cōsueue-
rat hostia litteralis. In hoc sacrificio corporis sui ⁊ san-
guinis noua fecit omnia veteris testamenti oblationes ⁊
sacramenta/ paschalem agnū/ manna deserti/ panes ꝓpo
sitionis/ tauros ⁊ vitulos immolationis/ hircū emissariū/
passeres/ turtures/ ⁊ colūbas/ vinū ⁊ libamina/ sal in omi
sacrificio atq; oleū/ neq; mel/ neq; fermentū. Deniq; quo-
tidianū bis sacrificiū cum matutino vespertinū. Hinc bea
tus Bern. in sermone de sacramento. Christus ait/ pro sa
lute mūdi semel factus est hostia salutaris: rei reconcilia-
tio generalis: omnib⁹ sacramentis: tam precedētib⁹ q̄ se-
quentibus virtutem dedit ⁊ efficaciam: vt tanta ⁊ tali ho
stia sanctificarent᷑ oēs liberandi per illam. Et btūs Aug.
j. de ciui. dei. c. xx. Hui⁹ inquit veri sacrificij multiplicia va-
riaq; signa erant sacrificia ꝑsca sanctor᷑. Cū hoc vnū per
multa figuraret᷑: tanq̄ verbis multis vna res diceret᷑: vt
sine fastidio multū commendaret᷑. Est deniq; sacramentū
illud cōmunio: qua inter se membra cū capite christo cha-
ritate connexa cōmunicant. Nam in hoc sacrificio tota ipa
redempta ciuitas: hoc est congregatio/ societasq; sanctor᷑
vniuersale sacrificiū offertur deo per sacerdotem magnū
qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis: vt tanti
capitis corpus essemus ſm̄ formam serui. Hanc eīm obtu-
lit: in hoc oblatus est: quia ſm̄ hāc mediator est: in hac sa-
cerdos: in hac sacrificium. Verba sunt beati Augu. x. de ci
uita. dei. cap. vj: Et sequitur ad propositum: Hoc est sacrifi
cium christianorum. Multi vnum corpus sumus in chri-
sto: quod etiam sacramento altaris fidelib⁹ noto frequen
tat ecclesia: vbi ei demonstratur q̄ in ea oblatione quam
offert: ipsa offeratur. Est demū panis ille refectio anime:
spiritum restaurans: desiderium satians: cor spirituale
delectans: infirma roborans: gratie vitam augmentans
viaticum perducens. In cuius fortitudine ambulat᷑ per
desertū huius mūdi ad montem dei oreb: qui interpreta-
tur ardor: celum videlicet empyreum seraphico ardore
fulgidum. Sic cibus ille oblatio est initiata in cruce. Fa-
cto deo sacrificium viaticum perducens ad terminū: com
munio tenens interim proximos in vnum. Huius tanti sa

cramenti dignissimus sacerdotum ordo ministeriū accepit: quoꝝ officio iste panis vite mortalibus quotidie preparatur. O vere celestis indulgentia. O cumulata gratia. O superexcellens gloria/ sacerdotem deū suū tenere ꝛ porrigendo alijs dispensare. Quoꝝ q: ignorantie circa tantū mysteriū a dn̄o ꝑ pphetā damnant̄ dicentē. Quia tu scientiā repulisti: repellam ꝛ ego te/ ne sacerdotio fungaris mihi. (Osee iiij.) Ideo omniū sacerdotū indignissim⁹/ proprie cōsulens inscitie/ nō presumptione temeraria: s alme huius vniuersitatis matris mee precepto mihi pridem per dignissimos suos oratores insinuato/ cōtraniti iniustū arbitratus humiliter obtemperans/ legendi laborem/ insufficientissim⁹ licet assumpsi. Canonem ꝗ misse: quo diuin⁹ ille sacramentalis cibus cōficitur: exponendū delegi. Laborem hunc nō penitus reputans inutilem: quo christi sacerdotes ad sacerdotij ve gradū aspirantes/ tanti officij dignitatem/ ritum ꝛ debite executionis peritiam cōtemplari. Necnon scholasticoꝝ ingenia mysterij profunditate exerceri. Omniūq hoc salutari edulio pasci optantiū conscientie ad dignam eius sumptionem informari poterunt ꝛ accendi. Opus quidem arduū ꝛ ignaro peccatori improportionatum: cuius altissimam profunditatem (Ruth.) gigantium humeros premere nō ignoro. Desperarem penitus ꝛ deficerem: si vel cum moabitide post terga metentium spicas eorūdem manus fugientes colligere: ꝛ non magis maiorum iam collecta comportando presumerem recitare. In qua re insufficientiam propriaꝫ verbis cultioribus nescio an palliare dicam: an excusare: superfluū duxi: cum ipsam plus cupito operis exequendi imperfectio demonstrabit.

Protestatio theologica.

¶ In huius igitur lectionis initio theologicā protestationem frequenter per me factam renouans: coram vobis venerabilibus ac doctissimis preceptorib⁹ meis protesto: solenniter et expresse non esse mentis mee in futuris meis lectionibus/ aut alijs quibusuis actibus per me volente dn̄o faciendis: aliquid dicere: aut pertinaciter defendere: qđ catholice fidei seu determinationi sacrosancte matris ecclesie quomodolibet obuiet: vel pias aures offendat. Sido (qđ per suā misericordiam domin⁹ auertat) aliquid tale ex lapsu lingue/ ignorantia/ alia ve qualicūq occasione contingeret: reuoco extunc prout extunc: extunc prout extunc: volens ea habere pro non dictis: subijciens me humiliter eorū directioni: quorū est errantes corrigere: ꝛ deuios ad viam catholice veritatis reducere. Uerum ne dicendorum indistincta congeries confusionem afferat: placuit opus ipsum quod Sacri canonis misse expositio intitulari potest: per lectiones partiri: ꝛ lectiones per. §. aut litteras alphabeticas vlterius secare: quatenus studioso lectori in prompto qđ voluerit occurrat: cum nostrū quem edidim⁹ indicem: seu vt aiunt inuentarium: inuisere placuerit.

Duodecastichon magistri Gasparis hasslachij Symmerigensis ad lectorem

Grammata gloriolam redolentia desine vanam:
  Mundani fastus suspicere illecebras.
Atq philosophicos/ sacrosq reuolue libellos:
  Turpia contemnens scōmata musicolum.
Ausu quos diro Julianus apostata pressit:
  Quod fidei nouit fortia scuta facre.
Hinc ea chalcotypis pulchris dirrata iuuentus:
  Sancta theologie que tibi scripta damus.
Perlege nocturnis vigili cum mente lucernis:
  Imprimis tu que es initianda sacris.
Necte presbyterum quorūdam luxus inertum
  Abstrahat: ꝛ talus ocia scorta sopor.

¶ Lectio .i.

A

Premissa in cubiculo cordis deuotissima spūssancti inuocatione: quatenus qui huius diuinissimi est autor muneris: sit mentiū nostrarū illuminator: ꝛ doctor intern⁹ sacri canonis. Cuius expositionē priusꝗ ordiamur: premittēda sunt aliqua ad cōsecrationis actū (ad quē canon etiā totius misse officiū ordinat̄) requisita. (Ad cōsecrationē requisita.) Que tria sunt in genere. Requirunt̄ enim aliq̄ ex parte sacramēti cōficiēdi: ꝛ cōsecrātis ministri circūstātiarū tp̄is ꝛ loci. Et hoꝝ aliq̄ reqrunt̄ tanꝗ simplr ad cōsecrationē necessaria: ita ꝙ eis nō existentib⁹ nō fieret cōsecratio eucharistie/ siue trāssubstantiatio panis ꝛ vini in corp⁹ ꝛ sanguinē christi. Aliq̄ reqrunt̄ de congruo/ tanꝗ decentia ad legitime ꝛ ordinate cōsecrandū: quib⁹ nō existētib⁹/ licꝫ nō impediat̄ cōsecrationis effect⁹/ q̄ est trāssubstātiatio: ipedit̄ tn̄ eucharistie fruct⁹. Que igit̄ ex parte sacri reqrunt̄: requiruntur de necessitate: q̄ ex parte circūstantiarū: reqrunt̄ de congruo. Eoꝝ vero q̄ reqrunt̄ ex parte ministri/ q̄dā de necessitate reqrunt̄: q̄dā de cōgruitate. Ex parte sacri reqrit̄ debita materia ꝛ debita ꝯsecrationis forma. De quib⁹ infra suo loco dicet̄. Ex parte ministri aliq̄ reqrunt̄ de necessitate: aliq̄ de ꝯgruitate: vt dictū est. De necessitate ministri requirit̄ ptās ordinis: facultas sermonis: integritas intentionis. Proper defectū primi nō possunt cōsecrare angeli/ mulieres/ nec laici/ nec aliq̄ nō sacerdotes seu presbyteri. Propter defectū secūdi: repellunt̄ ab hoc ministerio elingues ꝛ muti. Propter defectū tertij excludunt̄ vsu rōnis carentes ꝛ fatui: etiā si fuerint sacerdotes. ¶ B Primo scilꝫ ptāti ordinis/ paulo latius imorandū est. Ubi in p̄mis cōsiderandū/ ꝙ multa cōpetunt ordini sacerdotali respectu corporis christi: tam mystici ꝗ veri. Corp⁹ christi mysticū/ intelligo fideliū ꝯgregationē ecclesiā videlꝫ catholicā: s̄m illud apl̄i. Uos estis corp⁹ christi: ꝛ mēbra de mēbro. (j. cor. xij.) Mēbra depēdētia de mēbro scꝫ capite christo cōmēbro. glo. interli. Ipm dedit caput supra oēm ecclesiā q̄ est corp⁹ eius. (Ephe. j.) Corpus christi verum est corpulētū sub a de v̄gine maria/ opatione spūssctī sumpta: vel etiā natura humana/ diuine nature in supposito verbi vnita. de quo. j. dr̄. Et hoc s̄m duplicē acceptionem corporis: vt distinguit̄: vel ꝯ aiam/ vel ꝯ spm̄. Super vtrūq corp⁹ insignes sacerdos accipit ptātes. Sup corp⁹ mysticū ptātem ligādi/ soluēdi/ docēdi/ cōfortandi. ligādi penis: soluēdi a pctis: docēdi viā salutis: cōfortādi sacris. Ad quoꝝ expletionē Paulus eos hortat̄. Attēdite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo vos spūssctūs posuit ep̄os regere ecclesiā dei: quā acq̄siuit sanguine suo. (Act. xx.) Ep̄os. i. sacerdotes: q: olim idē ep̄s ꝛ presbyter. ait Hiero. ad euādrū vel eugeniū ep̄m. ꝛ habet̄ in canone. xciij. dist. legim⁹. Super corpus christi verū ptātem cōsecrādi/ offerēdi/ fidelibus dispēsandi. ¶ C Pro quoꝝ clariori intellectu/ vidēdum q̄d sit ptās ecclesiastica/ ꝛ quotuplex. Ptātem ecclesiasticā causaliter diffinit illuminatissim⁹ doctor Joh. gerson cancella. parrhisi. in tractatu de ecclesiastica ptāte sic. (Diffinitio ptātꝫ ecclesiastice.) Est potestas a christo supnaturalr̄ ꝛ spūaliter collata suis aplis ꝛ discipulis/ ꝛ eoꝝ successorib⁹ legitimis vsq in finem seculi ad edificationē ecclie militantis s̄m leges euāgelicas/ p cōsecutione felicitatis eterne. In hac diffinitione causali ptās ponit̄ pro genere. Est aūt ptās facultas ppinqua ad exeundū in actū. Dicit̄ ppinqua: q: obedientialis remota que est in qualibet creatura rōnali respectu dei ad qualisbet hierarchicā actionē nō dicit̄ ptās ecclīastica. Dicit̄ etiā potentia ppinqua/ q̄ in passum dispositū remotis impedimentis statim exire pōt in actū. Causa efficiēs p̄ncipalis tangit̄/ cum dicit̄ a christo supnaturaliter collata. Nō enī inest ecclesiastica ptās a p̄ncipijs nature: sed ab eo qui naturā cōdidit. Causa materialis vel subiectiua notat̄ cū dicitur/ Aplis ꝛ disci. ꝛc. Formalis insinuat̄ cum addit̄/ s̄m leges euangelicas: dant enī formā vtendi. Causa finalis

cōcluditur/cū subdit̄. Ad edificationem ecclesie militātis pro ꝓsecutione felicitatis eterne. Additū etiā est: spāliter ad exclusionē donoꝝ supnaturaliū/ que possunt esse cōia om̄i viatori: qualia sunt fides/spes/charitas/ ꝓpheria/timor/pietas ꝛc. Per has particulas oīs alia ptās excludit̄ q̄m oīs alia ptās vel est naturaliter indita: sicut ptās corporalis/quoad causam efficientem. Uel est ſm leges humanas regulata: sicut ptās secularis quoad causam formalem. Uel est radicata in habentib⁹ eā ſm dona naturalia: etiā vbi supnaturalia vtputa fides/spes/charitas/nō adessent. Unde ptās secularis cōtra quā distinguit̄ ptās ecclesiastica: ꝯuenit aliis q̄ christianis. Ptās aūt ecclesiastica de necessitate fundat̄ in dono supnaturali/scȝ charactere baptismali de cōi lege: qui character viatores facit esse de ecclesia militante: ꝛ ita capaces ecclīastice ptātis. Tamen charitas/seu gratia gratūfaciens: etsi valde decens sit suscipientib⁹ ecclesiasticā ptātem: nō tm̄ exigit̄ pro dando titulo quasi sine ea nō possit inesse ecclīastica potestas: prout vvaldēsiū heresis errādo asseruit. ¶ D Legitur aūt in euāgelio sextuplex ptās a christo data aplīs/discipulis pro se ꝛ eoꝝ successorib⁹/ministris scȝ eccl'ie quales sunt epi ꝛ presbyteri. Unde Anacletus papa. xxi. dist. in nouo. ait. Apostolis decedentib⁹: in locū eoꝝ surrexerūt

Mat. ix. epi. Et sequit̄. Uidentes aūt apl̄i messē esse multā/ꝛ operarios paucos: rogauerūt dn̄m messis vt mitteret opera-

Luce. x. rios in messem suā. Unde ab eo electi sunt septuaginta duo discipuli. quoꝝ typum gerūt presbyteri/atq̄ in eorū loco sunt ꝯstituti in ecclesia. Hec ibi. Sex ergo ptātes predicte prout eas colligit do. Petrus de aliaco cardinalis he sunt. Ptās cōsecrationis: sacroꝝ administratiōis: predicationis: iudiciarie correctiōis: dispositionis ministroꝝ ecclesie: accipiēdi vite necessaria ab his quib⁹ spūalia administrant. De p̄mis duab⁹ magis ad ꝓposi: ii: eo q̄ conferri videnī in ordine sacerdotali. Prima igit̄ ptās est potestas cōsecrationis: qua quilibet sacerdos rite ordinat⁹ cōficere pōt corpus ꝛ sanguinem dn̄i iesu christi. Hanc cōtulit dn̄s in vltima cena/cum dixit. Hoc facite in meā com

Lu. xxij. memorationē. Hec ptās q̄nq̄ dicit̄ character vel ptās ordinis: de quo infra latius dicendū erit. Scd̄a ptās/scȝ administrationis sacroꝝ ꝛ spāliter sacramenti pn̄ie/est ptās iurisdictionis spūalis in foro pn̄ie: q̄ dicit̄ ptās clauiū: quibus sacerdotes possunt aperire celū ꝛ claudere. Aperire dignis: claudere indignis. Per pc̄m em̄ mortale quilibȝ peccans claudit sibi celū: q: prestat sibi impedimentū intrandi celū/ꝛ gaudia paradisi. Ad cui⁹ amotionem cōtulit deus ptātem eccl'ie: qua discernere pōt in cā ꝓpter quā celū claudit̄: ꝛ ferre sniam/ꝓnūciando illū dignū/ꝛ illum indignū. Dignū: dolentē de pc̄is ꝛ ea cōfitentē: indignū nō dolentē de pc̄is: q̄uis cōfitentē. Et hoc est celū aperire ꝛ celū claudere, quantū ꝑtinet ad ministeriū sacerdotum. Et autoritas hec faciendi vocat̄ ptās clauis. Que duplex

Clauis ecclesiastica duplex. est/scȝ autoritas cognoscendi in cā pc̄ōris ꝯfitentis: ꝛ autoritas sententiandi/q̄ dicunt̄ claues. Prima clauis scientie: secūda clauis ptātis. Uñ clauis sciētie nō est scientia habitualis vel actualis vt quidā putauerūt: q: etsi autoritas cognoscendi requirat scientiā vel discretionē comitantem rectū vsum eius: quēadmodū etiā clauis ptātis req̄rit iusticiā ad rectū vsuȝ sui. Tn̄ sicut ptās iudicandi nō est iusticia: imo pōt esse sine iusticia: ita ptās vel autoritas cognoscendi in aliqua cā nō est sciētia vel discretio: quinimo pōt esse sine discretiōe cognoscēdi. de quo pulchre loquit̄ doctor subtilis dist. xix. iiij. Cōcordat Alexā. de ales p. iiij. q. lxxviij. ar. ij. mē. iij. ¶ E Hec ptās promissa fuit petro

mat. xvi. a dn̄o/cū dixit. Tibi dabo claues regni celoꝝ ꝛc. Promissa

Math. xviij. fuit etiā oībus aplīs/cū dixit. Amen dico vobis quecūq̄ ligaueritis sup terrā/erūt ligata ꝛ in celis. Et q̄cūq̄ solueritis sup terrā erunt soluta ꝛ in celis. Collata vō fuit eis in die dn̄ice resurrectionis: dū apparens eis iesus in cōclaui cōgregatis insufflauit/ꝛ dixit. Accipite spm̄ sanctū quorū remiseritis pc̄ā remittunt̄ eis. Jo. xx. He due potestates cōsecratiōis ꝛ clauiū/dicunt̄ potestates ordinis sacerdotalis: neq̄ eedem sunt: neq̄ simul tp̄e collate aplīs. Etenim vna respicit consecrationem corporis christi veri: q̄m habens eam cōsecrare potest veruȝ corpus ꝛ sanguinem christi virtute verboꝝ sacramentaliū. Secūda respicit corpus christi mysticū seu membra ei⁹: q: habens eā pōt soluere ꝛ ligare pc̄ōres: fideles tn̄ qui sunt mēbra eccl'ie numero etsi nō merito: licet solutione fiant etiā mēbra merito. Prima vt dictū est: collata est aplīs in cena ante christi passionē. secūda post resurrectionē. Et videt̄ q̄ etiā modo in ordinatione sacerdotis distinctis actib⁹ ꝛ tp̄ibus cōferant̄. Primā em̄ cōfert ordinator ep̄s ordinando/cū tradens ei calicē cū vino ꝛ aqua pane supposito dicit. Accipite ptātem offerendi ꝛ conficiendi pro viuis ꝛ mortuis. Scd̄am vō tradit aliquib⁹ interpositis/ponens manū suꝫ per caput eius ꝛ dicens. Accipite. ss. quoꝝ re. pc̄ā ꝛc. Et si in collatione cuiuslibet ptātis imprimit̄ spālis character: vt quidā tenēt: ꝛ recitat Sco. dist. xix. iiij. tanq̄ ꝓbabiliter dictū: tunc tres sunt characteres ordinē sacerdotaleȝ integrātes ſm tres ptātes collatas. Et si collata prima/scȝ potestate cōsecrandi nō ꝓcederet ep̄s ad collationeȝ aliarū: nō esset ille ꝑfecte in sacerdotē ordinatus. Posset q̄ cōficere corp⁹ christi: nō tn̄ ligare ꝛ soluere pc̄ōres: q: ad hoc nondū fuisset sibi collata ptās. Ex hoc videt̄ opinio quorūdā doctoꝝ min⁹ ꝓbabilis/dicentiū q̄ vna est ptās sacerdotalis ſm essentiaȝ ꝛ radicem: sed multiplex ſm effectū. Quodq̄ cum aplīs in cena data fuit ptās cōsecrandi sup corpus christi verū: etiā collata sit eis ptās sup totū corp⁹ christi mysticū/ipm̄ scȝ in mēbris ei⁹ ligādi ꝛ soluendi: nā verba illa. Hoc facite in meā cōmemorationē. quib⁹ tradita est prima ptās: nullū penitus ordinē habēt vel habitudinem ad scd̄am ptātem. Neq̄ em̄ significant ipm̄ nec exprimūt: qd̄ tn̄ regulariter fit ꝑ verba quib⁹ aliqua confert̄ ptās. Quō em̄ alr̄ sciretur q̄ collata esset hec vel illa potestas. Et preterea cū verba sacr̄alia hoc qd̄ significāt efficiunt: ꝛ verba quib⁹ prima ptās cōfert̄: secūdā ptātem penitus nō significent: sequit̄ q̄ neq̄ ipsum cōferant.

¶ Lectio. ij. A

Epotestates sacer-

dotales equales sunt in oībus rite consecratis sacerdotibus/maioribus et minoribus: hoc est ep̄is ꝛ simplicib⁹ sacerdotibus. Sunt etiā inauferibiles. Ratio primi patet ex premissis: q: cuilibet sacerdoti indifferenter cōferunt̄ ꝑ easdem verboꝝ formas: ꝛ ꝑ eorūdem exhibitionem signoꝝ quasi materiarū: dicente ordinatore sup quēlibet. Accipe ptātem celebrandi ꝛc. Ac porrigente cuilibet calicem cū pane ꝛ vino rursus ad manuū impositioneȝ cuilibet. Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remise. ꝛc. He forme sicut eedem: ita ꝛ eiusdē efficacie sunt in oībus: sicut ꝛ alie forme sacr̄ales quantuȝ est ex parte earū. Item iidē characteres imprimunt̄ oīb⁹ sacerdotibus in sua ordinatione: in quib⁹ fundant̄ he potestates. Ratio scd̄i scȝ inauferibilitatis est: q: character in sacerdotali ordinatione impressus manet: nec vnq̄ delet̄ ꝛ ꝑ ꝯñs nec ptās q̄ in eo fundat̄. Est em̄ character forma supnaturalis a deo creata: q̄ ꝑ nullaȝ virtutem creatā corrūpi potest. Eius nāq̄ desitio annihilatio est: ad quā virtus creata se nō extendit: sicut nec ad creationem. Neq̄ a deo tollit̄ ꝓpter quodcūq̄ pc̄m: sicut cetera dona supnaturalia/quo modo charitas tollitur ꝓpter pc̄m mortale. fides ꝓpter heresim. spes ꝓpter desperationem: q: character sacerdotalis confertur a deo, etiam existenti in pc̄ō mortali/etiam actu peccandi: vt si quis cum ꝓposito peccandi suscipit sacramentum ordinis: ꝛ ideo nulli peccato repugnat. Quantūcunq̄ igitur sacerdos suspendat̄: excōmunicetur: degradetur. semꝑ manet in eo potestas consecrandi. similiter ꝛ autoritas ligandi ꝛ soluendi. In cui⁹ signū cum hi reconciliant̄ ecclesie: nō reordinantur in sacerdotes: qd̄ tn̄ foret necessariū, si ptās sacerdotalis per

huiusmodi actus auferret. De hoc btūs Aug. reprobans
positionem Cypriani dicentis/ꝙ heretici vera sacra non
habent. Et illoꝝ q̄ dixerūt/ꝙ sacerdos recedens ab ecclia
baptisma nō admittit: sed ordinē. Ad Pennenianū scri
bēs ait de hereticis ⁊ dānatis: ⁊ habet̃.j.q.j.ꝙ quidā. Qd
quidam dicūt ꝙ baptisma qd̄ accepit nō amittit q̄ recedit
ab ecclia: ius tn̄ dandi qd̄ accepit amittit (.i.ordinē glo.)
multis modis apparet frustra ⁊ inaniter dici. Primo: q2
nulla ostendit̃ causa cur ille qui baptisma amittere nō po
test: ius dādi possit amittere. Utrūqꝫ em̄ sacrm̄ est ⁊ quas
dam cōsecratione homini datur: illud em̄ cū baptizat̃: il
lud cū ordinat̃: ⁊ ideo nō licet a catholico vtrūqꝫ scꝫ sacrm̄
iterari. Nā si qn̄ ex parte ipsa venientes etiā prepositi pro
bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt: et si vi
sum est opus esse vt eadem officia gererent q̄ agebāt: nō
sunt rursus ordinandi: sed sicut baptism⁹ in eis: ita ⁊ ordi
natio mansit integra: q2 in precisione fuerat vitiū: qd̄ vni
tate pacis est correctū: nō in sacris q̄ vbicūqꝫ sunt ipsa ve
ra sunt. Et infra eodē. De his q̄ ab vnitate ecclie catholice
separati sunt: nulla iam questio est: quin habeant ⁊ dare
possint sacra: sed pniciose habent: pnicioseqꝫ tradūt/qui
extra vinculū pacis sunt. Neutri sacro iniuria facienda est
sicut non recte habet q̄ ab vnitate recedit: sed tn̄ habet: et
ideo redeūti nō reddit̃: sic etiā non recte dat qd̄ accepit: ⁊
ideo qd̄ ab eo accipit̃/venienti ad vnitatem nō iterat̃. Ex
quib⁹ verbis Augu. cōstat in oib⁹ tam apostatis ꝙ hereti
cis aut dānatis manere sacra christi vera/ quantū ad se ⁊
sancta: licet ad dānationē sint habentis/dantis ⁊ recipiē
tis. ¶ B Ex his infero/ꝙ pculose errāt dicentes sacer
dotē in pctō mortali existentē nō cōficere: q2 ptās cōficien
di nō fundat̃ in grā: nec ipsam necessario presupponit: sꝫ
vt dictū est: in charactere sacerdotali quē sm̄ legē statutā
prerequirit. In cui⁹ signū christus in cena cū aplos suos
sacerdotes ordinauit: ordinauit ⁊ iudā pditorem suū sa
cerdotem sm̄ doctores: qui tn̄ tunc non fuit in grā: q2 iam
post buccellā panis intrauit in eū sathanas. Cōstat ergo
ꝙ tunc recepit cōsecrandi ptātem. Si ergo tunc in debita
materia cū certa verboꝝ forma cōsecrare attentasset: cur
nō cōsecrasset? Par ratio est de quolibet sacerdote. Unde
btūs Aug. in lib. de corpore dn̄i ait. Intra ecclesiā catholi
cam in ministerio corporis ⁊ sanguinis dn̄i nihil a bono
maius: nihil a malo min⁹ pficitur sacerdote: q2 nō in meri
to cōsecrantis: sed in verbo efficit̃ creatoris ⁊ virtute spi
ritussancti. Infero scḋo ex predictis ꝙ sit̃ errant dicētes/
sacerdotē in mortali pctō existentē nō posse quē absolue
re a pctis. Patet ex eodē fundamento: q2 ptās clauiū ex
christi ordinatione gratiā nō prerequirit/ vt recipiat̃: sed
ptātem dūtaxat cōficiendi. Nō em̄ voluit dn̄s aliquē hr̄e
ptātem ligandi vel soluendi sup corp⁹ christi mysticū: nisi
haberet ptātem sup corpus christi verū. Et si ad hoc nul
la sit autoritas expressa canonis: sufficit ritus ⁊ vsus eccle
sie: q̄ maioris est autoritatis autoritate cuiuscūqꝫ docto
ris particularis. vnde btūs Aug. ex dictis Basilij inquit
dist.xi. ecclesiasticarū. Ecclesiasticarū institutionū quasdā
in scriptis: quasdā vo apostolica traditione p successores
in ministerio cōfirmatas accepim⁹: quasdā vo cōsuetudi
ne roboratas approbat vsus: quib⁹ par ritus ⁊ idē vtrisqꝫ
debet̃ pietatis affectus. Et in epl'a ad Januariū disti.xij.
illa aūt. Illa aūt/que nō scripta: sed tradita sunt custodi
mus: q̄ quidem toto orbe terrarū obseruant̃: datur intelli
gi vel ab ipsis aplis: vel ex plenarijs cōcilijs: quorū est in
ecclesia saluberrima autoritas: cōmendata atqꝫ statuta
retineri. ¶ C Sed forte quis obijceret: christus priusqꝫ
aplis diceret. Quoꝝ remiseritis pctā remittunt̃ eis: pre
mittit. Accipite spm̄sanctū: ergo videt̃ ꝙ gratia spūssan
cti requirat̃ ad susceptionem predicte ptātis. Ad qd̄ dicē
dum ꝙ spūssctūs dupliciter datur ⁊ accipit̃: videlꝫ in gra
tia gratū faciente: ⁊ in gratia gratis data. Primo mō da
tur ad psonalem sanctificationem recipientis. Secundo
modo nō semp ad psonalem sanctificationem: semp autē

ad ecclesie vtilitatem. De prima dicit̃. Justificati gratis p
gratiā ipsius/ scꝫ christi. glo. p gratiā christi q̄ donū dei est.
Maximū aūt donū spūssanctus est. vnde ⁊ d: ibidē.c.v. Ro.iij.
Charitas dei diffusa est in cordib⁹ vestris p spm̄sanctū q̄
datus est vobis. Gratia aūt que iustificat charitas est: aut
ei inseparabiliter cōiuncta: q̄ datur semp ad sanctificatio
nem: q2 ipsa est que operit multitudinē pctōꝝ. De scḋa.j.
Coꝝ.xij. Alij per spiritū datur sermo sapientie: alij sermo puer.x.
scientie sm̄ eūdem spm̄: alij fides in eodem spū: alij gra ⁊.j.Pe.
tia sanitatū in vno spū: alij operatio virtutū: alij pphetia. iiij.
Premisit aūt apl's. Unicuiqꝫ datur manifestatio spūs ad
vtilitatem. Diuisa sunt dona: nō ad meritū alicuius singu
lariter dantur: sed ad vtilitatem ecclesie edificande. Qd
aūt nō detur ad psonalem vtilitatem: patet: q2 sic datur ⁊
reprobis: quibus allegantib⁹ in iudicio recepta dona ⁊ di
centibus: Domine domine in noie tuo pphetauim⁹: ⁊ in no
mine tuo demonia eiecimus: virtutes multas fecimus: di mat.vij.
cturus est dn̄s. Nunq̄ noui vos. glo. i. in nullis approba
ui. Itaqꝫ apl'i in ptāte ligandi ⁊ soluendi/ receperūt quis
dem spm̄sanctū: q2 ipsa potestas ligandi atqꝫ soluendi do
num est spūssancti: sed gratis datum. Unde nō dixit dn̄s.
Accipite gratiā spūssancti vt accipiatis ptātem remitten
di peccata: vel vt remittatis peccata: sed ait. Accipite spi
ritū sanctū: quoꝝ remiseritis pctā ⁊c. quasi di. Accipite do
num spūssancti/ptātem scꝫ remittendi pctā: ⁊ accipiētes
hoc donū spūssancti/spm̄sanctū recipitis. Nec tn̄ negan
dū ꝙ christus dedit his vbis ⁊ signo flatus aplis augmē
tum gratie ⁊ charitatis. Sed nō dedit illā vt dispositionē
preuiā/necessario requisitā ad susceptionē ptātis clauiū
sed tanq̄ dispositionem de cōgruo vt digne recipiat̃: sicut
⁊ nunc gratia confert̃ in collatione ordinū: nisi impediat
obex in suscipiente ad dignā ptātis executionē. Unde etsi
nō ad susceptionē: neqꝫ ad executionem ptātis clauiū sim
pliciter requirit̃ gratia gratūfaciēs: requiritur tamen ad
dignā potestatis clauiū susceptionē/ eiusqꝫ dignā execu
tionem. Unde sicut ordinandus se disponere debet/vt si
ne pctō recipiat ordinis sacramentū: ita etiam curet mun
dus esse a pctō: vt digne actum recepte exequat̃ ptātis: q2
teste btō Aug. cōtra donatistas. Nemo digne absoluit: nis
si colūba vel colūbe membra. Colūba. i. christus. Mem
brū columbe/a peccato mūdus. ¶ D Ex pro dictoꝝ cō
firmatione pōt argui p locū a maiori: si ad recipiendū et
exequendū potestatē cōsecrandi verū corpus christi/nō
requirit̃ necessario gratia gratūfaciens in ministro q̄ ma
ior est: multo min⁹ requirit̃ in potestate minus digna/re
spectu scꝫ corporis christi mystici: sed ibi nō requirit̃: vt di
ctum est: ergo nec hic. Cōcordat his magr̄ dist.xix. lib. iiij.
allegās illud Hiero. sup illo verbo Mat.xvi. Tibi dabo
claues regni celoꝝ. Dat deus benedictionē digne poscen
ti per indignū ministrū. Fallit aūt ⁊ fefellit multos vulga
ta sententia: qui ligat uo est/aliū soluere quō potest. Qd
vtiqꝫ verū est de ligatura corporali: ⁊ dum hec membra li
gata sunt: quibus ⁊ non alijs soluere potest. Alioquin ni
hil prohibet pedib⁹ cōpeditū/ ⁊ manibus liberū/vincula
alterius soluere. In proposito aūt nulla est ligatura cor
poralis: sed dūtaxat ligatio p preceptū. Preceptū em̄ vi
detur sacerdotib⁹/vt digne ⁊ iuste opera sui ministerij exe
quant̃: nam Leui.xxi. precipit̃: Homo de semine aaron q̄
habuerit maculā: nō offerat panes corā dn̄o: nec accedat
ad ministeriū eius. Per maculam vitiū intelligit̃: vt dicit
glo. vnde Aug. Ablata est ois dubitatio. Nemo summoꝝ
vel secūdoꝝ sacerdotū debet ad sancta accedere/ si immun
dus est. immo videt̃ esse de iure naturali: vt homo sancta Deuter.
sancte pertractet: vt dicit sanctus Tho. in. iiij. vbi infra. Itē xvi.
iuste qd̄ iustum est exequeris. Sacerdotes qui accedunt Exo.xix.
ad dn̄m sanctificent̃: ne pcutiat eos. Et per Esa. precipit
dominus. Mundamini qui fertis vasa dn̄i. Eiusdem. lij.
¶ E His alijsqꝫ autoritatib⁹ moti sanctus Tho. Alb.
Petrus de tharan. dicunt ꝙ suscipiens vel exequens or
dinem in peccato mortali/mortaliter peccat: q2 facit cōtra

pceptū diuinū. Unde sanctus Tho. in. iiii. scripto disti.
xxiiii. q. iii. dicit q sanctitas vite requirit ad susceptionez
ordinis cuiuslibet: nō de necessitate sacramēti: sed necessi
tate precepti. Unū si malus ordinat: nihilominus ordinez ha
bet/tñ cū pctō: nā in quolibz ordine quasi presumptuosus
mortaliter peccat: qui cū cōsciētia peti mortalis ad ordinē
accedit. Hoc quoad ordinis susceptionē. Sed quoad exe
Deuter. cutiones actuū ordinis subdit circa finē. q. Lex precipit vt
xvi. homo iuste ea q iusta sunt exequat. Et iō quicūq hoc qd
sibi cōpetit/scz rōne ordinis facit indigne: qd iustū est iniu
ste exequit: z cōtra preceptū legis facit: ac p hoc mortali
ter peccat. Quicūq aūt cum pctō mortali aliqd sacrū offi
ciū ptractat: nō est dubiū quin indigne illud faciat: vnde
patet q mortaliter peccat. Et infra. Quādocūq minister
exhibet se in aliquo actu vt ministrū ecclie in mortali pctō
mortaliter peccat: z totiens mortaliter peccat quotiens
hmōi actū facit: q: vt dicit Diony. c. i. celestis hierarch. Im
mūdus nec symbola. i. nec sacramētalia signa tangere fas
est. Unde quando tangūt res sacras quasi suo officio vtē
tes/mortalr peccant secus si in aliqua necessitate aliqd sa
cramentum cōtingerent vel exequerent: in eo casu in quo
etiā laico liceret: sicut si baptizaret in articulo necessitatis
Uel si corp christi in terra piectū colligeret. Loquit semp
de existente in pctō mortali. Hec snia etsi nō oibus placet
tanq nimis dura: videt tñ firmis scripture radicib immi
xa. Et iō ecclie ministris solicitius formidāda. ¶ F Sic
ergo in pposito nō est nisi ligatura pcepti/ppter quam
factū cōtra preceptū nō est irritū: q̄uis peccent preceptū
transgredientes. Et est simile in ciuilibus. Precipiat dñs
seruo suo/ne certū vinculatū soluat: iam seru ille ligatus
est/eo mō quo precepto ligari dicimur. Cōstat aūt q ser
uus ille ɔtrauenire pōt precepto dñi z ligatū soluere. Qd
si facit: nō min solutus est q vinctus fuerat: q̄ si preceptū
de nō soluendo super ipm latū nō fuisset. Ita in pposito.
Preceptū nō ligat corporaliter seu realiter ptātez clauiū/
ne ipsam habens possit exire in ptātis actum: sed ligat ne
licite possit: sed nec pctō mortali ligat/ne alium a mortali
soluere possit: qm etsi mortali pctō ligat est/ne possit pfi
cere actus meritorios: z ita quasi pedib bonarū affectio
nū tenetur cōstrictus: non tamen ligatus est pctō mortali
quantū ad illud quo soluit. i. ptātem clauiū que manibus
anime poterit cōparari. Claudicat ergo popularis illa si
militudo transferendo ligationē corporalem ad ligatio
nem p phibitoriū preceptū vel p mortale pctm. Et rōna
biliter misericorditer q dñs ordinis ptātem siue ad suscī
piendū: siue ad exercendū impediri noluit simplr peccato
suscipientis z exequentis: ne hierarchicus ordo ecclie in
stabilis sit/incertus totusq cōfusus. Cū em nemo sciat an
Eccle. ix amore vel odio dign sit: z hoc de seipso: multominus de
alio nunq̄ securi esse possent subditi: sed nec presidentes.
Quippe semp dubitare haberent pctōres/an fuerint rite
vere z sacramentaliter absoluti: cum semp dubitarent de
mūdicia sacerdotis ex multis cōtra eos cōceptis suspitio
nibus. Sed z ipsi sacerdotes/si ptātem in ordinatione ri
te susceperint: si etiam recepta potestate vere cōsecrent. si
absoluant zc. cū se tunc vel nunc charitatem habuisse aut
hre ignorent. Et licz in hla nō possit haberi certitudo eui
dentie absq diuina reuelatione/propter intentionem or
I. Regū dinantis/consecrantis/absoluentis que aliis ignota est:
xvi. fm illud. Homo videt q patent: deus aūt intuet cor. Cre
dibilius tñ est/z verisimilius intentionē debitā fuisse con
secrandi/cōferendi/ordines recipiendi z generaliter exe
quendi/q̄ oppositum. Secus de ministrorum sanctitate.
¶ G Preterea nō videt diuine bonitati cōsentaneuz/
alterū pro alterius iniquitate puniri: in his presertim que
ad salutez ptinent: dum ille alteri in sua malicia nō cōicet.
Sed si pctōrem cōfitentem: z ad absolutionē recipiendaz
fm humane fragilitatis possibilitatem se disponentē: sa
cerdos ppter occultū suū peccatū nō absolueret: puniret
pctōr propter peccatū alienū cui nō cōicasset. cōtra illud.

Filius nō portabit iniquitatem patris. Iusticia iusti sup Ezech.
cum erit: z impietas impii sup eū erit zc. Iterum rōnabi xviii.
le est/vt deus assistat sacramento pnie ad pctōz remissio
nem quā significat. Assistat dico certitudinaliter respectu
significati in fieri: ne ppter signi incertitudinem negligat
quis sacramentū suscipere. Nam quis hoim sue fame zela
tor alteri homini cordis sui secreta forefacta aperiret: nisi
firmissime crederet deum assistere sacerdoti ad remissio
nem suoz pctōrū: dum in se cōfitente nō sit obicis impedi
mentū. Nemo pro re dubia z pene neutra rem tam diffici
lem z naturali inclinationi cōtrariā: qualis est pctōz con
fessio: subiret: q necessario prerequirit sacramentali abso
lutiōi. Hec paulolatius de ptāte ordinis inserere placuit:
que materie nostre non impertinentia videbantur.

¶ Lectio. iii. A



Ertia potestas ēpo
testas dispositionis ministroz ecclie: quoad
determinationem iurisditionis ecclesiastice:
vt euitetur cōfusio z dissensionis materia: et
in pplo z inter ministros/si hi equaliter z indistincte de oi
pplo curaz haberent. Et hec ptās collata est singulariter
petro z eius successorib: vbi ait ei singulariter christ. Pa Joh. vl.
sce oues meas. Idipm tertio repetens. i. sis pastor z pre
latus generalis: vt scz ad te ptineat dispositio z regimen
generale ouiū z ouilis. ¶ Pro quo ad maiorem eoz q di
cta sunt: elucidationē notādū/q iurisditio cōsistit in quā
dā prelatione seu superioritate sup certam plebez vel pso
nam. Quia dicit iurisditio quasi autoritas vel ptās dicen
di ius. Hoc autē nulli cōpetit respectu alterius: nisi super
ipm habeat quandaz prelationem. Et diuidit quantū ad
ppositū sufficit: q: quedā est coerciua: de qua infra dicet:
quedā nō coerciua: z hec est q requirit in foro interiori ad
absolutionē pctōz: q: hec ministrat materiā priori potesta
ti/ligandi scz z soluendi. hec ptās iurisditionis in sua ple
nitudine residet in summo pontifice/quoad totā ecclīam
vniuersalem: q: ipsius solius est vniuersaliter instituere
rectores z prelatos in ecclīastica hierarchia: cū ipsi soli di
ctū sit. Pasce oues meas. Ubi christus non distinxit inter
has z illas: sed generaliter oim curā sibi cōmisit. Ab eo er
go descēdit mediate vel imediate ois ecclesiastica iurisdi
tio in inferiores presidentes: quos vocat ad se in partem
solicitudinis: cū ipse vocatus sit in plenitudinem ptātis:
vt in ca. ad honorem. de autoritate z vsu pallii Innoc. iii.
In inferioribus do prelatis est hec potestas limitata/fm
summi sacerdotis rationabile arbitriū. Unde epūs nullos
potest ligare vel soluere nisi de sua diocesi: vt in. c. nullus.
de parochiis z alie. paroch. Sic etiam curatus in alienos
sue parochie nō subiectos absoluendi nullam habet po
testatem. vnde. xiii. q. i. ecclesias. dicitur. Statuim vt nul
lus alterius parochie terminos aut ius inuadat. Sit vnus
quisq suis terminis contentus: z taliter ecclesiam z ple
bem sibi commissam custodiat: vt ante tribunal eterni iu
dicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat: z non
iudicium: sed gloriā pro suis actibus pcipiat. ¶ B Hec
potestas iurisditionis in foro anime interiori non est po
testas ordinis: nec confertur in ordinis susceptione. Naz
eoipso quo aliquis ordinatus est presbyter: non est con
stitutus prelatus: nec curator alicuius persone vel ple
bis. Presupponit tamen eam: et fundatur in potestate
ordinis sacerdotalis: quia nulli committitur nisi sacer
doti potestatem clauium ex ordine habenti. Non enim
per potestatem iurisditionis datur noua potestas abso
uendi sacramentaliter: sed materia subiicitur: in quam
accepta potestas clauium valeat exerceri. Coherent er
go sibi he due potestates clauium et iurisditionis quan
tum ad forum anime. ita q vna sine alia nō sufficit ad sol
uendū a peccatis. Nō sufficit dico/nedum ad ordinate et
licite absoluendū: sed simpliciter ad absoluendum: ita q
si sacerdos tentauerit absoluere non suū: non modo pec

cat mittendo falcem in messem alienaz: sed omnino nihil facit: qm̄ a non suo iudice ligari nullus valet vel absolui. in.c.qđ autem. de peni. ⁊ remis. ⁊ eo.ti.ca. omnis. dicit Inno.iiij. Cum volentem confiteri non suo sacerdoti id fieri debere decernit de fauore proprij sacerdotis: causam subdit dicēs: Cū aliter ipe illum non possit soluere vel ligare. Itaqꝫ ad absoluendū requirit potestas clauiū: ⁊ materia in quam absolutio recipiatur seu ad quaz terminetur. Sicut tam in naturalib⁹ ꝙ artificialibus ad agendū requiritur potētia seu virtus agēdi/ ⁊ materia in quā actio terminetur. Potestas itaqꝫ agendi/ potestas est clauis. Materia propinqua siue p se/ est peccatū. Materia secūdaria siue per accidens/ peccator subditus. Subditus dico dupli ci subiectione: subiectione scilicet volūtaria: ⁊ subiectione prelati superioris. Vtraqꝫ subiectio requirit: nā quātumcunqꝫ peccator sit subiect⁹ per prelatū sacerdoti parochialis: nisi tn̄ volūtarie se subijciat eidē: a peccatis nō absoluetur. Quis em̄ diceret aliquē inuitū absolui in foro cōscientie. Similiter quantūcunqꝫ quis volūtarie se subijciat alicui sacerdoti: nisi talis sibi prefectus sit a superiore: absoluere eum non potest. Facit ad hoc c. peruenit. xvj.q.j. Ubi paschasius papa decernit nullū penitentiā ac peccatorum remissionem dare posse absqꝫ proprij epi fauore: vel aplice sedis autoritate: prout hoc de monachis specialiter statutum est in cōcilio chalcedonēsi. ea.q.c. qui vere. Et hoc quidem rōnabiliter: ne sc3 pbeat incētiuū delinquēdi. Qđ certe preberet: si qlibet pro sua volūtate posset a quocūqꝫ sacerdote absolui. Tolleret etiā ex hoc nō parū erubescētia peccōris: q magna pars est satisfactionis. Tolleret insuper cura ⁊ solicitudo sacerdotū: quas adhibent circa salutem suorū subditorū: si pro libito subditorū viderēt se contemptos in hui⁹ sacramenti susceptione. ❡ C Ex his infero corelarium ꝙ sacerdotes simplices non curati/ non possunt sibijnuicē absolutionis bñficiū impēdere/ sine sui superioris fauore concurrēte. Patet ex dictis: qr nullus eoꝝ habet super aliū iurisditionē. Neqꝫ em̄ sacerdotes excipiūtur ab illa sacra lateranen̄. concilij cōstitutione qua precipitur oibus vtriusqꝫ sex⁹ fidelib⁹ suo proprio sacerdoti: vel de ei⁹ fauore petito ⁊ obtento alteri cōfiteri. de peni. et remis. omnis. Qđ vero ibi addit: ad minus semel in anno: specificat pceptū/ quantū ad partem eius affirmatiuam: sm̄ quā non obligat pro semp: sed pro certo tēpore. Sz nō dat libertatē extra id tempus cōfiteri alieno sacerdoti: qr eadē causa est extra id tempus specificatū ⁊ in illo. Illa sc3 qr vtrobiqꝫ deficit iurisditio sacerdoti alieno. Hinc de peni. dist. vj. placuit. Urbanus papa secūdus generaliter statuit: ne quis sacerdotū alienū absoluat. Ait enim: Placuit vt deinceps nulli sacerdotū liceat quemlibet cōmissum alteri sacerdoti/ ad penitētiā suscipere/ sine eius cōsensu cui primo se cōmisit. Glo. sup verbo cōmisit. i. cui⁹ parochian⁹ est. ⁊ causam addit glo. Ab alio enim non potest ligari vel solui. Verū de isto cōsensu reqsito altercatio est inter doc. quibusdā dicentib⁹: ꝙ reqrit consensus expressus sui plati aut sacerdotis. Ad hoc multa iura adducunt: inter q est.c. ois. allegatū. Ubi notanter đr: de licētia petita ⁊ obtēta: qđ requirere videt expressum consensum. Alijs videtur ꝙ sufficiat licentia tacita: ita ꝙ si epūs scit talia cōiter fieri a sacerdotibus: ⁊ nō reclamat sed sustinet: eoipso presumēdū est eū tacite approbare. Vñ Hostieñ. ⁊ Guil. dicunt: cū est de more alicuius ecclesie vt vnus sacerdos audiat alium sacerdotē/ ⁊ absoluat: ⁊ epūs hoc sciens fieri cōiter tolerat potest fieri; qr eoipso presumit tacite approbare et licentiam dare. Idem refert asteñ. in sum. lib. v. titu. xx. Cōcordat Guilhelmus de monte lauduno: ⁊ Ray. in sum. lib. iij. His etiam consonat eximius doctor Joh. gerson cancel. in multis locis siue scriptis suis: nominatim in tractatu de cōtractibus propositione. xvj. dicens: Ubi papa vel ecclesia aut legislator scit: ꝙ constitutiones sue/ vel nō publicātur: sed dantur obliuioni: vel non approbantur moribus vtentium: sed passim declinant in oppositum: tunc constitutiones ille desinunt habere vim obligationis/ tanꝙ abolite per nō vsum vel cōsuetudinē oppositā: que est optima positiuarum legū interpres. Alioqn tolerātia pape vel alterius legislatoris esset sibimet repugnās ⁊ populis noxia. Fundant in hac radice/ dicit abolitiones cōstitutionū quasi sine numero positarum in decretis: etiaz que in generalib⁹ concilijs tradite sunt: vt de ieiunando qnquagesimā/ quartā/ sextā/ ⁊ septimā ferias. Uel ꝙ sacerdos celebrans duos habeat assistentes. de quo clare habet disti. iiij. in istis. ⁊ c. deniqꝫ. Ita in proposito/ ⁊ ius illud quo phibetur ne aliquis confessorē presumat eligere: nisi cū certa autoritate: quoad sacerdotes abolitū videt. Cum passim quilibet sacerdos cōfessionē alteri⁹ cuiuslibet sacerdotis audire non vereat. Que cōsuetudo: si dicat corruptela: vix apud sacerdotes salutis erit stat⁹. ❡ D Sed forte dicis: Ad absoluendū requirit iurisditio in absoluente quis illā tribuit. Pōt dici ꝙ prelati dum vidētes suos subditos sacerdotes sibi mutuo confiteri sine spāli licētia: nō prohibent/ arguūt/ nec puniūt. Hoc ipsum non faciēdo rationabiliter iudicantur tacite cōsentire: ⁊ per hoc iurisditionis determinationem quoad hūc vel illum (cū sit de iure positiuo: qđ variationem recipit per tacitam reuocationem) abrogare. Immo non debet subditus facile habere opinionē malam de suo prelato: eūqꝫ iudicare immemorē salutis proprie ⁊ suorū subditorū: maxime in his in quib⁹ eū saluare pōt. Sic ergo huic consuetudini cui tacite consentiunt: non reclamādo prelati iurisditionē tribuūt. Nec mirum cum etiā in ceteris causis ⁊ negocijs cōsuetudo det iurisditionem non habenti: vt in. c. dilecti. de arbitris. vbi habet ꝙ consuetudo approbata dat mulierib⁹ quibusdā in subditos ordinariā iurisditionem contra legē scriptā: q precipit ꝙ femine a publicis officijs sint remote. Sed adhuc contra dicta sic opinātium videtur esse. c. si epūs. de peni. ⁊ remis. lib. vj. vbi đr: Nulla quoqꝫ potest consuetudine introduci: ꝙ aliquis preter sui superioris fauorē/ confessorem sibi eligere valeat: qui cum possit soluere vel ligare. Ubi glo. super verbo consuetudine/ dicit. Est em̄ onerosa ecclesijs: ideo non valet. ⁊ de cōsuetudine. c. ij. Ex eo frangit ecclesiastice discipline neruus de cōsuetudine venerabilis. Etiā esset hoc contra obediētiā principis pscribere: qđ esse nō pōt. De pscriptionib⁹: cū non liceat. Hec ibi. Ex his videt ꝙ consuetudo in casu nostro nō tribuat iurisditionē: cū per. c. allegatum expresse reprobet. Qui vult tenere opinionē istā: posset dicere ꝙ. c. dicit sine superioris licentia: sine qua vtiqꝫ electus confessor nullā habet iurisditionē: que tn̄ iurisditio necessario requiritur. Hic aūt accedit licentia: licet nō expressa: tn̄ tacita. Et ita. c. hoc non est cōtrariū predictis: ppter hoc tn̄ capitl'o/ dn̄s Antonin⁹ recedit ab hac opinione/ dicens eam nō esse multū tutā parte. iij. titu. xiiij. c. xix. Opinio secūda est magis pia pro excusatione sacerdotū: sic sine expresso fauore se absoluentium mutuo. Sed prima est magis tuta. maxime quia rationes ⁊ cause: ppter qs iurisditio in ecclesia distincta est ⁊ determinata: nō minus locū habēt in sacerdotib⁹ (quoꝝ nōnulli vtinā hodie essent sicut populus) ꝙ in laicis in quibus libera cōfessoris electio sine expresso superioris fauore reprobatur. Vñ vtile foret: vt prelati suis sacerdotib⁹ fauorem expressum tribuerēt: vt sic secure ⁊ sine scrupulo cōscientie se mutuo possent absoluere: vel si id minus expedire videret: ꝙ expressa phibitione eiusqꝫ efficaci executiōe hūc abusum seu corruptelā e medio tollerent. Securum quoqꝫ esset sacerdotibus formidolosis ⁊ timoratis: immo vere omnibus: vt fauorem a suis curatis vel superiorib⁹ prelatis verbo vel scripto obtinerent confitendi quem elegerint sacerdoti. Esset etiam tutum scrupulosis non absoluere: nisi huiusmodi fauorem assecutos. ❡ E Secundo infero: ꝙ sacerdos nō solū nō alienū: sed nec a quolibet crimine absoluere potest suū subditum confitētem. Patet: quia sicut p autoritatē superioris ministrari oportet materiam quantū ad personā absoluēdam: ita etiam

quantum ad peccata a quibus absolui debet. Utraqꜫ em̄
⁊ peccator ⁊ pctā sunt materia ptātis clauium ⁊ sacramē/
ti pnie. Et pctā quidē materia ꝓpinq. Peccator vero re/
mota: q꞉ ꝓpter peccata cōfitēs est materia: q̇ sine pctis ab
solutionis capax nō esset. Nō em̄ soluit̄ nisi ligatꝰ. Etsi in/
nocens cōfessori se offerre posset: nō tn̄ posset cōfiteri vel
absolui: cum cōfiteri sit se de peccatis accusare. Et absolue
re sit a peccatis liberare: vel ab eis liberatum iudicare ac
pronunciare. Nunc ergo summus hierarcha: cuius est po/
testatem iurisditionis alijs impartiri: sicut partitus est ꝑ/
sonas/parochias ⁊ dioceses: ita ⁊ peccata partiri pōt. Et
sicut nō omnibus quos in partē solicitudinis assumpsit:
oēs generaliter subiecit. Ita et subiectorū nō oia peccata
subegit: sed quedā grauia ⁊ enormia peccata sibi: quedā
epis reseruauit: cetera inferioribꝰ curatis cōmisit. Sed et
epi quorū est tradere materiā immediate subiectis: ꝑ eorꝫ
institutionē ad curā agendā ppli/tantū institutis cōcesse
runt: quātū sibi pro bono regimine populi expedire iudi/
carunt. Ne si etiā maiora peccata eorꝫ potestati subijcerēt:
facilitas venie incentiuū preberet delinquēdi: ideo etiam
sibi quedā reseruarūt. In oibus itaqꜫ his/vel reseruatio/
nibꝰ/siue concessionibꝰ: potestas clauiū in ordinationibꝰ
oibus equaliter collata: neqꜫ extendit̄: neqꜫ restringitur:
sed illimitabilis manet in sua radice. Dūtaxat autē vsus
illiꝰ potestatis impedit̄: pro quanto tollitur materia circa
quā hmōi potestas posset exerceri. Sicut qui fabro tollit
ferrū: nihil artis vel potestatis fabricandi aufert: sicut nec
cōfert ferrū tribuendo. Impedit autē vsum eius ꝑ mate/
rie subtractionē. Et sicut hierarchis aliqn̄ partim subtra/
hitur ⁊ partim ministrat̄: qn̄ certo populo/⁊ eorum certis
nō omnibꝰ peccatis absoluēdis preficiunt̄. Ita nōnunqꜫ
per suspensionē ab officio ⁊ grauiores penas: puta excōi/
cationē: depositionē: aut degradationē ois materia sub/
trahitur: ⁊ vsus potestatis clauiū penitꝰ impedit̄. Ita vt
neminē ab aliquo pctō absoluere possint taliter suspensi.
⁊ si attentarent: nihil facerent. ¶ F Ex his tertio infero
qꜫ non est sile de ptāte cōsecrādi: et ptāte absoluēdi quātū
ad earū exercitiū. Patet: q꞉ illa impediri non pōt simplici/
ter per superioris autoritatē. Ista vero simpliciter potest
impediri. patet ex p̄missis. Huiꝰ rationē assignat Sco. in.
iiij. dist. xix. q. j. arti. iiij. q꞉ ptās cōsecrādi est qn̄ potētia pro
pinq: q̇ hꝫ materiā in natura panē scꝫ triticeū. Nec aliq̇d
aliud cōcurrit seu req̇rit̄. Ut em̄ panis sit materia: nō req̇/
ritur. qꜫ sit a cōsecrāte tāqꜫ res ꝓpria possessa. Vel qꜫ sit ab
illo vel isto coctꝰ vel ministratꝰ: q꞉ oēm triticeū panē sacer/
dos pōt cōsecrare/ad quē dirigit cōsecrādi intentionem.
Sed ptās clauiū est qn̄ potētia remota/nō habēs materi/
am in natura: q꞉ materia huius ptātis nō est simplr pctōr
penitēs: sꝫ pctōr penitēs subditꝰ duplici subiectiōe. Quā
subiectionē pctōr nō hꝫ a natura: sꝫ ab autoritate superio/
ris: ⁊ ideo per eū fit materia dū subijcit̄: ⁊ desinit esse ma/
teria/dū subiectio reuocatur. Cuius causa supra explicata
est. ¶ G Quarta ptās: est ptās apl'atus. i. autoritas p̄/
dicādi: quā tradidit dn̄s discipulis: dū in die ascēsiōis ait.
Eūtes in mundū vniuersum: p̄dicate euāgeliū omni crea/
ture ⁊c. Mar. vl. Hec ptās nō cōfert̄ ex vi ordinatiōis sa/
cerdotalis: nec par est in oibꝰ: sed dūtaxat est primū aplis
collata: qs misit predicare toti orbi in loco iā allegato. Cō
cessa est ⁊ septuagintaduobꝰ discipulis/nō ꝑ totū orbem:
sed tn̄ ꝑ loca ad q̇ xp̄s erat ꝑsonaliter venturꝰ: vt pꝫ Lu.
x. vbi dr̄: Designauit dn̄s ⁊ alios septuagintaduos discipu
os: ⁊ misit illos binos ante faciē suā in oēm ciuitatem ⁊ lo
cū quo erat ipse venturus. Horꝫ typū ⁊ figurā gerūt modo
in eccl'ia epi ⁊ curati. Aplorꝫ/epi. septuagintaduorꝫ discipu/
lorum curati: vt in canone: In nouo. xxj. dist. Ceteri vero
quō predicabunt nisi mittant̄? Et hoc vel a deo immedia/
te: qd̄ probabūt per signa sicut moyses: vel per scripturaꝫ:
sicut iohannes baptista speciale sue missionis testimoniū
de scriptura protulit. dicens. Ego vox clamantis ⁊c. Vel a pe/
tro aut eius successore/mediate vel imediate: et hoc pro/
babunt per munimenta. de quo in. c. cū ex iniūcto. de here/
ticis dr̄: Cum doctorum ordo sit quasi precipuus in eccle/
sia: nō debet sibi quisqꜫ indifferēter p̄dicationis officium
vsurpare. Nam ſm aplm: quomodo predicabūt/nisi mit/
tantur. Et veritas ipsa p̄cepit aplis: Rogate dn̄m mes. vt
mit. o. in mes. suā. hec Inno. iij. Et Leo papa vt habetur i
c. ita dominus. dist. xix. ait: Ita dn̄s noster iesus christꝰ hu/
mani generis saluator istituit: vt veritas que antea legis
⁊ prophetarum preconio continebat̄: per apostolicā tubā
in salutē vniuersitatis exiret. sicut scriptū est: In oēm ter/
ram exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorꝫ.
Sed huius muneris sacramentū: ita dn̄s ad oim aplorꝫ
officiū pertinere voluit: vt in beatissimo petro oim aposto
lorum summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a
quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunde/
ret. Sed contra illa videt̄: qꜫ etiā diacono cōferat̄ predicā
di potestas in sua ordinatione: cū accipiēs textū euāgeliꝫ
de manu epi/dicit̄ ei: Accipe potestatē legendi euangeliū
in ecclesia dei pro viuis ⁊ mortuis. Cū autē q̇libet presby/
ter sit diaconus: nisi forte per saltum promotus: sequitur
qꜫ ex ordinatione habeat hanc potestatem: ⁊ ita erit pote
stas ordinis nō iurisditionis. Respondet̄: qꜫ diacono nō
confert̄ hec potestas in sua ordinatione. Cū em̄ diaconus
accipit textum euāgeliꝫ de manu epi/nō dicitur ei: Accipe
potestatē docendi ⁊ predicādi euāgeliū: sed accipe pote/
statem legendi euangeliū in ecclesia dei: tam pro viuis qꜫ
pro defunctis: In nomine dn̄i. Ex quo magis insinuatur
eos tunc recipere orandi officiū: qꜫ predicandi vel docēdi.
Et qꜫ ipsa recitatio euangelice lectionis/magis sit oratio
ad aliquid impetrandum pro viuis et mortuis: qꜫ populi
edificatio. Absurdū em̄ intellectu/⁊ dictu est: vt docēs vel
predicans euangelium: docere aut predicare intelligatur
pro viuis ⁊ mortuis. Hec Guil'. de sacramentis trac. de or/
dine/statim post principiuꝫ. ¶ H Quinta potestas est
potestas coercitiue correctionis in foro exteriori: quā eccle/
sia exercere pōt in inuitū: ad dirigendū subditos in finem
beatitudinis eterne. Hanc cōtulit petro christus/cū dixit
ei vice oim: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum ⁊c. Mat.
Et sequit̄: Si te non audierit: dic ecclesie: qꜫ si ecclesiā non xviij.
audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Et in hoc lo/
co fundat̄ iuridica potestas excōmunicandi ⁊ interdicēdi
ab ecclesiasticis sacramentis ⁊ fidelium cōmunione: qua
vsus est apostolus dū exhortans titū ait: Hereticū homi/ Ad titū
nem post primā ⁊ secundā correptionē deuita. Fundatur iij.
⁊ in hoc textu: nedū potestas excōmunicandi: sed et pote
stas diffiniendi/discernēdi/⁊ statuendi precepta/leges/⁊
canones. in hoc qd̄ subdit̄: Quecūqꜫ ligaueritis super ter
ram ⁊c. ¶ I Sexta potestas/est potestas accipiendi vi/
te necessaria ab his quibus spiritualia administrant. Hāc
contulit dn̄s: dū missis ad predicādū aplis dixit: Edentes
⁊ bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operari/ Mat. x.
us mercede sua vel cibo suo. Qd̄ ⁊ apl's deducit ex radice Luce. x.
multiplici. j. Cor. ix. dicens: Quis militat suis stipendijs
vnqꜫ? Quis plantat vineā: ⁊ de fructu eiꝰ non edet? Quis
pascit gregē: ⁊ de lacte gregis non manducet? Si nos vo/
bis spūalia seminamus: magnū est si carnalia metamus?
Et post pauca: Nescitis: qm̄ qui in sacrario operantur: q̄
de sacrario sunt/edunt: ⁊ qui altario deseruiūt: cū altario
participant? Ita ⁊ dn̄s ordinauit qui euāgeliū annūciant
de euangelio viuere. Hec paulus. Fundat̄ in hac potesta/
te sumendi vite necessaria/rationabilitas dotationis ec/
clesie loco decimarū ⁊ primitiarum legis. Ex hac potesta/
te inuestigari posset: an sint elemosyne que ecclesiastici de
suis bn̄ficijs percipiunt: sed extra ꝓpositum est. Annexa
fuit potestati predicandi verbū dei per christū potestas fa
ciendi miracula ad confirmationē fidei/cum dixit: Infir/
mos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: demo/
nes eijcite. Sed in hac potestate modo ecclesiastici regu Mat. x.
lariter non succedunt: q꞉ fides iā sufficienter fundata non
indiget miraculis cōfirmari ſm beatū Greg. xxvij. mora.

§.xiiij. Hec pro deductione potestatis ecclesiastice breui-
ter inserere placuit: Sed ad primā potestatem cōsecratio
nis eucharistie: de qua principalis intentio: redeam⁹. Hec
inquam in omnibus presbyteris reperitur. Circa quā prin
cipaliter tota canonis intentio versatur.

Lectio.iiij. A



Christus itaqz eterni

patris filius/verus ꝛ summus sacerdos seip
sum in ara crucis/ſm assumptam nostre mor
talitatis substātiam/in humane redemptio-
nis precium immolaturus: vt tanti muneris iugis in no-
bis maneret memoria: ac pro nobis qui quotidie peccan-
do labimur: quotidie mystice imolaret̄. Corpus suū in ci-
bum: ꝛ sanguinem suū in potum in nouissima cena tradi-
Lu.xxij. dit sub eucharistie sacramēto: dū accepto pane grās egit:
fregit/ꝛ dedit discipulis suis/dicens: Hoc est corp⁹ meum
qḋ pro vobis tradet̄. Tradidit q̄ꝫ eis potestatem similiter fa
j.Cor.xj. ciendi/cū subdit: Hoc facite in meā cōmemorationē. Et vt
ostenderet hoc sacramētū in ecclesia vsqꝫ in finem perman-
surū in passionis sue memoriā/adiunxit: Quotienscunqꝫ
panem hunc manducabitis/ꝛ calicem biberis: mortē dñi
annūciabitis donec veniat. glo. scꝫ ad iudiciū. Vnde tūc
durabit ecclesia militans: ꝛ in ea eucharistia. Quō autem
hunc panē manducare possent, et calicē bibere: nisi ipsum
possent continue cōsecrare. B Hec opatio cōsecran
di oīm nobilissima est ecclesie militanti concessarū: ppter
quam merito sacerdotiū venit extollēdū. Cuius dignitas
eximia nullis valet verborū pompis explicari. Om̄ ꝛ lin-
guas vincit oratorꝫ disertissimas: ꝛ culmē eminētie cuiusli
bet creature. De quo beat⁹ Ambro. in suo pastorali ait: et
ponitur in decre. dist. xcvj. c. duo sunt. Honor fratres ꝛ sub
limitas epalis: nullis poterit comparatiōibus adequari.
Si regum fulgori cōpares: ꝛ principum diademati: lōge
erit inferius quasi plumbi metallum ad auri fulgorē cōpa
res. Quippe cū videas regum colla ꝛ principum submit-
ti genibus sacerdotum: ꝛ osculata eorū dextra/eorꝫ se cre-
dunt orationib⁹ cōmuniri. Hec ille. Et licet cūctos natura
homines equales: et nulla graduū alteritate dispares p-
duxerit: disponēdarū tamē rerū susceptū ministeriū hos ꝛ
illos ceteris pretulit ꝛ prefecit. Quo fit vt tanto clericalis
eminentia terrenos superet principatus: quanto anima-
bus corpora: perpetuis transitoria: terrena celestibus su-
perantur. Sed quid opus est terrenis cōparationib⁹ imo
rari: cū ad sacerdotij autoritatē angeli celorꝫ ciues non au
deant aspirare. Cui nāqꝫ angelorū aliqñ dixit deus. Tibi
dabo claues regni celorū. Ad illos aūt: Accipite spm̄ san-
ctum: quorꝫ remiseritis pctā ꝛc. Et qḋ lōge maius est: Hoc
facite in meā cōmemorationē. Mirant̄ denique assistunt ꝛ
terrent̄: ſm verbū beati Gregorij. iiij dialo. c. l. ꝛ habet̄ de
cōse. dist. ij. q̄d sit sanguis. Quis em̄ fideliū dubium habe
re possit in ipsa imolationis hora/ad sacerdotis vocem ce
los aperiri: ꝛ in illo iesu christi mysterio angelorū choros
adesse: summis ima sociari: terrā celestibus iungi: vnūqꝫ
ex visibilibus ꝛ inuisibilibus fieri. Transgrediēdo perin-
de agmina angelica/ad ipsam celi reginā ꝛ mūdi dominā
veniamus. Hec etsi in gratie plenitudine creaturas super
grediat̄ vniuersas: hierarchis tñ cedit ecclesie in commissi
mysterij executione. Illa nempe planis octo verbulis: Ecce
ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuū. semel cōcepit dei filiū
ꝛ mūdi redēptorē. Isti a dño cōsecrati: quoqꝫ verbis conte
xtā cōsecrationis formā cū debita intētione pferētes: eun
dem dei ꝛ virginisqꝫ filiū aduocāt quotidie corporaliter in sacri
ficium ꝛ criminū purgationē. Illa ppetua virginitate ser
uata/summū celi pricipē de se incarnatū/mortalē atqꝫ pas
sibilē mūdo edidit saluatorē. Isti cōsecratione diuina eun
dem celi terreqꝫ principē in sacramēto venissime cōtentum
impassibilē gloriosumqꝫ cōtrectāt/victorē mortis ꝛ bara-
tri destructorē. Hec bñdicta a cui⁹ laude deficit ois lingua:
natū dñm virgineis lactabat vberib⁹: cōtrectabat manib⁹
brachijs gestabat puellarib⁹: ac mille talia ꝛ infantilibus
christi membris impēdit obsequia: q̄b⁹ educauit beatorꝫ glo
riam ꝛ terre cibatorē. Isti celestē cibū in crucis fritorio cha
ritatis igne coctum/ore sumunt ꝛ dant ceteris: angelorū
videlicet panē ac dulcissimū cordis ɔfirmatorē. C At
tendite ergo o sacerdotes veri salomonis pincerne/iesu
christi camerarij/atqꝫ dispensatores mysteriorꝫ dei: attēdi
te in quo gradu ꝛ dignitate sitis cōstituti. Exclamat scūs
Grego. de hac vestra insignitate generosa: O inquit vene
randa sacerdotū dignitas: in quorū manib⁹ velut in vte-
ro virginis fili⁹ dei incarnat̄. O sacrū ꝛ celeste mysterium:
qḋ p vos pater ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanct⁹ operat̄. Vno eodēqꝫ
momēto/idē de⁹ q̇ presidet in celis: in manib⁹ est in sacra-
mento altaris. Sup hoc tam insigni priuilegio stupet ce-
lū: mirat̄ terra: veret̄ homo: horret infern⁹: cōtremiscit dia-
bolus: venerat̄ q̄ plurimum angelica celsitudo. Et melli-
flu⁹ Bern. O venerabilis sanctitudo manuū: o felix exerci-
tiū: o vere mūdi gaudiū cū christ⁹ tractat christū: sacerdos
dei filiū: cui sunt delitie esse cū filijs hominū. Quis vnq̄
vidit talia? Quis huic vidit silia? Qui creauit me (si fas
est dicere) dedit mihi creare se: et qui creauit me sine me:
creat̄ mediante me. Hanc stupēdam sacerdotij dignitatē
scriptura non valēs vni⁹ nominis significatione exprimere
hos nunc reges: nūc angelos: nunc deos crebri⁹ appella-
uit. Reges quidem Apocal. j. Fecit nos regnū ꝛ sacerdo-
tes deo ꝛ patri suo. ꝛ. j. Petri. ij. Vos estis gen⁹ electum:
regale sacerdotiū: gēs sancta: popul⁹ acq̇sitiōis. Angelos
vero Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt sciētiā. Et
sequit̄: q: angelus dñi exercituū est. Deos autē Exo. xxij.
Ad deos vtriusqꝫ causa perueniet. glo. id est sacerdotes.
Nominant̄ ꝛ alijs nominib⁹: nā dicunt̄ clerici: appellant̄
sacerdotes: vocant̄ ꝛ presbyteri. Clerici a sorte dicunt̄: q:
cleros grece sors latine sonat. vñ primū ab apostolis con-
secratum legim⁹ sorte electū: ideoqꝫ omnes clerici dicunt̄.
Hic fuit beat⁹ matthias apostol⁹. q sorte electus est cū vn Act.j.
decim apostolis: Et dederunt sortes: et cecidit sors super
matthiā. Dicti ergo sunt clerici: idest de sorte dñi. Nominā
tur ꝛ presbyteri quasi seniores. Presbyter nāqꝫ grece/lati
ne senior interpretatur. Dicunt̄ aūt seniores: non annorū Sap.iiij.
etate: sed morū qualitate sicut scriptū est: Senect⁹ vene-
rabilis est: non diuturna: nec annorū numero computata.
Cani em̄ sunt sensus hominū: ꝛ etas senectutis vita imma
culata. Et iterū. Corona dignitatis senect⁹: que in vijs iu- Prouer
stitie reperietur. In sensib⁹ siquidē maior est animi tran- bio.xvj.
quillitas: maior morum honestas: maior animi religiosi-
tas: maior corporis castitas. D Hec esse debēt in cleri
cis: maxime aūt presbyteris: qm̄ ꝛ hec ipsa clericalia signa
exprimūt ꝛ designāt. vñ beat⁹ Hiero. in epistola. Clamat
vestis clericalis animi honestatē: clamat stat⁹ puritatem:
clamat cultus castitatē: clamat pfessio religionem: clamat
officiū deuotionem: clamat studiū cōtemplationē. Debēt
igit̄ presbyteri morū prudentia ꝛ maturitate cōuersatiōis
precellere in populo ait magister. iiij. sententiarꝫ. dist. xxiiij. Vñ dicū
Appellant̄ ꝛ sacerdotes: q: sacra ministrātes seu dātes. tur sacer-
Solis em̄ sacerdotibus ratione officij/inest sacrorum sa- dotes.
cramentorū ministrandi potestas. Vel sacerdotes quasi
sacra dicentes: q: verbum dei predicare habēt: horas dice
re: missas celebrare. Vel sacerdotes quasi sacra conficien-
tes: conficiūt nāqꝫ sacratissimū christi corpus. Hinc in eo-
rum vnctione dicit episcop⁹. Consecrentur quesumus do-
mine manus iste: vt quecunqꝫ benedixerint ꝛ consecraue-
rint: sint benedicta ꝛ consecrata. E Ex premissis mul
te elici possunt dignitates et preeminentie euangelici sa-
cerdotis super sacerdotem moysaice legis: quoniam ex-
cellit in benignitate electionis: solēnitate cōsecratiōis: no
bilitate ordinis: pciositate operis: singularitate nutritio
nis: potestate regiminis. Olim de vna tribu tm̄/scꝫ leuiti- Exodi
ca consecrabant̄ sacerdotes. Modo sub lege ex omi na- xxviij.
tione q̄ sub celo est: ad sacerdotium assumunt̄: ſm doctri-
nam beati Jacobi: Nolite in personarū acceptione habe Jaco.ij.

re fidem dñi nostri iesu christi. Tunc fundebatur oleum su
per eorũ capita: sanctificabatur manus: dextra ꝙ auricule
Leuitici pollicis ⁊ pedis hostiarũ sanguine liniebantur. Hodie in
viij. sacerdotis euangelici consecratione: non materiale oleũ
fundit sup capita ordinãdorũ: nec man⁹ arietis sangui
ne inunguãtur: qm̃ nõ his peccata tollũtur. Sed desuper
dato leticie oleo grã sanctispũs in remissionẽ peccatorum
perfundunt: quo potestas traditur: per quã aliorũ etiam
crimina expiant. Tunc habebant sacerdotes potestatẽ di
Leuitici scernendi inter leprã ⁊ nõ leprã corporalẽ: ac per hoc iudi
xiij. care hũc mundũ: istũ immundũ: habilem vel dignũ ad tẽ
Mat. pli materialis ingressum. Nunc vero potestatẽ accipiũt iu
xviij. dicandi inter morbos ⁊ languores anime: egrotantes sol
uere ⁊ ligare: aperire ⁊ claudere ianuam celestis paradisi.
Tunc tribubus ⁊ populis mandata dei reserabãt: ꝗ et le
gem ex ore ipsoꝝ requirere iussi sunt. Malach. ij. Tũc ꝙ
Johe. ij. pro petis populorũ inter vestibulũ ⁊ altare plorãtes deũ
precabantur. Nũc vero facti iudices peccata remittunt: le
Job. x. ges statuũt: ⁊ animas ꝓprias tradere pro salute subdito
Exo. xvi rum summi pastoris exemplo edocẽt. Tunc aliti sunt filij
leui cũ ceteris in deserto manna celesti: vermibus in diez
Job. vi. crastinũ reseruato scatenti: quã patres mãducantes mor
tui sunt. Nũc vero supersubstantiali pane/cibo angelorũ
Job. vi. veri paschalis agni carne ⁊ sanguine esuriẽtes saturãtur:
qui panis est ineternũ manens: mãducanti vitã tribuens
sempiternã. Tunc sacerdotis officiũ fuit circa oblationem
pecoꝝ animaliũ irrationaliũ: ⁊ aspersionẽ sanguinis tau
rorũ vituloꝝ ⁊ hircoꝝ. Leui. per totũ. Nunc vero summo
sacerdote christo iesu assistente futurorũ bonoꝝ pontifice
per amplius tabernaculũ non manufactũ: nec huius cre
ationis: neqꝫ per sanguinem hircoꝝ aut vitulorũ: sed per
propriũ sanguinẽ semel in sancta introeunte eternam re
demptionẽ inuenit: atqꝫ nouum sacrificium panis et vini
eiusdẽ sanguinis sui et corporis ſm ordinẽ melchisedech
instituente/omnia illius veteris testamẽti sacrificia abstu
lit: ecclesiã quoqꝫ suã ab intolerabili iugo tot sacrificiorũ
liberauit. Sacerdotesqꝫ euangelicos quidẽ preciosissimi
corporis ⁊ sanguinis sacrificium sub panis et vini specie
offerrẽt quotidie istituit: quo cõsciẽtias nostras ab operi
bus mortuis mundaret/ad seruiendũ deo viuenti: quod
omnia legis sacrificia nõ poterant: vt late deducit aposto
lus ad heb. ix. ❡ Quorsum hec tendunt: nisi vt sacerdo
tes nostri tanta sua dignitate/virtute ⁊ potestate desuper
nullo humano preuio merito cõcessa: se tanti status excel
lentie significent: vita et moribus cõforment. Pudeatqꝫ
spurcissimis lenocinijs delectari: carnis et mũdi illecebris
pollui: qui ad tremẽde maiestatis sacrificium/et mundissi
mum anime cibũ preparãdũ/cõsecrandũ/offerendũ/su
mendũ ⁊ dispẽsandũ ex plebeiorum turba populorũ sunt
assumpti. Neqꝫ in se glorientur quasi non acceperint: sed
humilientur sub potenti manu dei: qui infinita sua miseri
cordia hec tradidit. Et nihilominus ꝓ inflexibilẽ iusticie
rigorẽ/tẽpore sue visitationis/tãti cõmissi exiget rationẽ.
❡ F Ne aũt hac accepta potestate in immensum sacer
dotes glorient: sed acceptũ ministeriũ humiliter et digne
exequant: breuiter annotandum quid in huius sui officij
executione/misse videlicet celebratione/sacerdos sua vir
Aliquid tute efficiat. ❡ Circa qꝺ aduertendũ/ꝙ aliqͩ ab alio effi
fit ab a ci vel fieri tripliciter põt accipi. Nã aliquid dr ab alio fieri
lio tripli vel naturali potestate: vel meritoria operatiõe: vel assistẽ
citer. te virtute. Naturali potestate aliquid fit ab alio quando
agenti ex conditione sue nature/seu naturali virtute ⁊ ꝓ
prietate conuenit esse principiũ eius qꝺ fit. sic dicim⁹ ignẽ
⁊ calorem fieri ab igne: quoniã ignis habet in se formam
substantialẽ ⁊ accidentalem: puta calorẽ naturaliter: per
quas actiue concurrit ad productionẽ ignis ⁊ caloris. De
hac virtute actiua dicit beatus Augustinus: Sic deus res
administrat: vt eas proprios mot⁹ agere sinat. idest actio
nes et operationes facere ſm gradum entitatis eorum.
Et quod sic fit ab alio; dicitur vere effectus eius/a quo

fit: ⁊ ipsum a quo fit/causa eius quod fit. ❡ Alio mõ ali
quid dicitur fieri ab alio: non tamen naturali eius opera
tione: sed quia ab illo aliquid fit primo modo ad quod ali
ud sequitur: non naturali sequela: sed volũtaria quadam
alterius extrinseci pactione. Sic premiũ dicit aliquo mo
do fieri a merente pro quanto qui premiabit: facit aliquẽ
actum/qui ab alio acceptatur ad premium sibi pro hmõi
operatione conferendũ. Sic mercẽnarius dicitur operari
cibum suũ ⁊ mercedẽ acquirere suo opere ⁊ labore: ſm il Job. vi.
lud: Operamini cibum qui nõ perit: sed permanet invitã
eternam quẽ filius hominis dabit vobis. Glo. interlinea.
Operamini. i. operibus mereamini. Sic ⁊ iustificatio im
pij dicit qñqꝫ fieri intercessione iustorũ: vt cõuersio pauli
oratione protomartyris stephani: ⁊ qꝺ sic fit: non est vere
merentis effectus: sed neqꝫ ipse vere eius est causa: quia
non fit virtute ⁊ potestate merendi: sed fit per premiantẽ/
qui acceptat hmõi meritum quasi rationẽ efficiẽdi vel cõ
ferendi premiũ. ſm hunc modũ dicit beatus Augustinus
ad Sixtũ presbyterũ: et allegat magister dist. xxvij. lib. iij.
ꝙ diligere est bonus motus valde/qui meritum est/⁊ do
num dei: quib⁹ meremur ⁊ ipsorũ augmentationẽ/et alia
ꝗ cõsequenter hic ⁊ in futuro nobis apponuntur. ❡ Ter
tio modo aliquid dicitur ab alio fieri aliqua virtute occul
ta/non insistente ei a quo tale fieri dicitur: sed assistente.
ſm quem modum malefici ⁊ incantatrices quosdam effe
ctus producere dicuntur: ⁊ extrahere lac vaccarũ de sedi
bus vel manubrijs securiũ: qꝺ fit nõ aliqua naturali virtu
te maleficioꝝ: neqꝫ ex eorũ merito: sed virtute occulta siue
mala siue bona assistente. Sic ⁊ sancti dicuntur fecisse mi
racula: que facta sunt assistente virtute diuina: non semꝑ
propter merita sanctoꝝ: sed aliqñ ꝓpter fidẽ populorum
nutriendam vel generãdã. Sic etiã nõnulli reprobi mira
fecerũt: demones expulerũt ⁊c. qui dicturi sunt in finali iu
dicio. Dñe nõne in noie tuo prophetauimus: ⁊ in noie tuo Mat.
demonia eiecimus: ⁊ in nomine tuo virtutes multas feci vij.
mus: a iudice audituri. Nunqꝫ noui vos. Discedite a me
oẽs operarij iniquitatis. Non ergo fecerũt ea virtute pro
pria: qꝛ in noie tuo. Neqꝫ ex opere meritorio: quia reprobi
nunqꝫ noticia approbationis a dño cogniti. ❡ G Per
hoc ad propositũ ab omnib⁹ cõceditur de sacerdote cele
brante/ꝙ cõsecrat eucharistiã: ⁊ cõficit corpus ⁊ sanguinẽ
christi in altari. Vñ magister dist. xiiij. lib. iiij. Sacerdos
cõsecrat ⁊ sanctificat corpus christi. Et sequit: Ad presby
terũ pertinet sacramentũ corporis ⁊ sanguinis dñi in al
tari dei cõficere. Et Dionysius ca. iij. de ecclesiastica hierar
chia tradens ritũ hui⁹ sacrificij ait: At vero põtifex cũ diui
na munera laude prosecut⁹ fuerit: sacrosancta et augusta
mysteria conficit. Itẽ ⁊ Amb. lib. de sacramẽtis: hoc qꝺ cõ
ficimus: corpus ex virgine est. Ad idem de consecra. dist. j.
vasa. vbi reperitur terminus conficere. Consecrare autem
⁊ conficere christi corpus et sanguinem: nihil aliud est/ꝙ
conuertere substantiam panis in corpus: ⁊ substantiaꝫ vi
ni in sanguinẽ christi verbis saluatoris. Unde Ambrosius
in lib. de sacramẽtis. de cõsecra. dist. ij. panis. ij. Panis est
in altari vsitatus ante verba sacramentorum: vbi accessit
consecratio: de pane fit caro christi. et Aug. iiij. de trini. de
consecra. distin. ij. corpus. j. Corpus ⁊ sanguinẽ christi dici
mus illud quod ex fructibus terre acceptũ/⁊ prece mysti
ca consecratum/recte sumimus ad salutẽ spiritualem. Un
de magister distin. xij. iiij. ca. j. Sacerdotes dicũtur confice
re corpus christi ⁊ sanguinem: qꝛ eorum ministerio substã
tia panis fit caro: ⁊ substantia vini fit sanguis christi. Con
uersio autem hec tria dicit: scilicet substantie panis/et vi
ni desitionem: accidentium dictarum substantiarum con
seruationeꝫ: ⁊ corporis ⁊ sanguinis christi sub cõseruatis
speciebus et accidentibus presentialem inceptionem: de
quo infra latius differetur. Dico ergo ꝙ sacerdos nullum
horum trium facit sua naturali virtute primo modo predi
cto/quo aliquid ab alio fieri dicitur. Patet hoc de primo:
qꝛ panis desinit esse tam ſm materiam ꝙ ſm formã. Nam

totus conuertitur in corpus christi: vt.i.suo loco dicetur. Nunc autem actiua sacerdotis virtus nihil horum facit. Formam panis nō corrūpit: q2 substātialis forma nō corrūpit in materia: nisi per introductionē alicuius qualitatis incōpossibilis illi forme. Uel ꝑ destructionē alicui⁹ qualitatis necessario req̄site ad inexistētiā talis forme. Cōstat autem ꝙ sacerdos nihil horum facit ꝑ cōsecrationē: imo nullam q̄litatē inducit, vel corrūpit in materia panis ꝑ forme cōsecrationis ꝓlationē. Neq3 materiā destruit: q2 illa dependet a solo deo sm̄ theologos: ⁊ incepit esse per creationē. Ideoq3 desinere non pōt: nisi ꝑ annihilationē vel in ꝑexistens conuersionem: ad neutrū horū creata virtus se extendit. Patet de scḋo: q2 sacerdos sua naturali virtute nō cōseruat accidētia panis ⁊ vini sine subiecto: quia cōseruari est dependere ab aliquo in esse, saltē eo modo quo conseruatur. Manifestū est autē ꝙ hec accidentia nō dependēt a sacerdote, eo modo quo ibi sunt: q2 etiā manent vel manere possunt sacerdote defuncto: vt patet in hostia pro infirmis reseruata. Etiā creatura sicut in ꝓducēdo requirit materiā: ita ⁊ in conseruando. Neq3 eñ natura creata accidens conseruare pōt sine subiecto. Patet etiā tertiū: quia sacerdos corp⁹ christi attingere nō potest corporaliter vt ipsum ꝑsens faciat: neq3 sufficit volūtatis imperiū: q2 voluntas humana suo imperio extra sensibil facere potest. ¶ D Scḋo dico ꝙ sacerdos nihil horū triū facere potest suo merito: quia tūc sacerdos gratia iustificante carēs consecrare nō posset: cum sine gratia nullus mereatur: qḋ est manifeste falsum: nā vt dicit beat⁹ Aug. in lib. de corpore domini. de cōse. dist. ii. Utrū sub figura. Intra sanctā ecclesiam catholicā in mysterio corporis christi, nihil a bono maius: nihil a malo minus perficitur sacerdote. Cuius rationē subdit: q2 nō in merito cōsecrātis: sed in verbo efficit creatoris, ⁊ in virtute spūssancti: vt.s. latius probatum est lec.ii. Tertio dico ꝙ hec fiunt a sacerdote virtute occulta, non insistente: sed assistente. Primū patet: quia hec fiūt a sacerdote: vt probatū est. et nō primo modo nec scḋo: patet: ergo tertio modo qui est facere aliq̄d virtute occulta. Scḋm, ꝙ non virtute insistēte ꝓbatur: q2 quelibet virtus insistens est creatura: q2 depēdens: sed nulla creatura sua virtute pōt attingere dictos effect⁹: vt statim supra est deductum. Tertiū patet: q2 sacerdos facit virtute occulta nō insistente: ergo assistente. Patet consequentia: q2 ois v̄tꝰ occulta aut est insistens aut assistēs. Hec aūt virtus est virtus creatoris, ip̄a videlicet dei volūtas. Determinauit eñ deus se ad efficiendū ꝑdicta oia: cū sacerdos intētione debita profert verba sup̱ materiā debitā ad hūc effectū a se dño instituta. Un̄ vbi.s. dicit Aug. Credendū est ꝙ in verbis christi sacramenta cōficiant̄. Cuius eñ potētia creantur prius: eius vtiq3 verbo ad melius ꝓcreant̄. An aūt in verbis consecrationis sit aliqua virtus effectiua vel cooperatiua respectu predictorum insistēs: suo loco inquiretur. De his beatus Aug. iterum ait: Unde hoc sanctissime de⁹: ꝙ sacerdotes cum sint puluis ⁊ cinis: te presentē habeāt manibus ⁊ oculis. Nō vtiq3 ex debito: nec ipsorū merito: s3 ex tue voluntatis beneplacito. Hec est vera indulgētia: quā nulli angelorū: nulli archangelorum: nullis supernis spiritibus: sed hominib⁹: nō oib⁹: s3 ordinatis, credim⁹ cōcessam tāti videlicet mysterij celebratio. ¶ Lectio.v. A

Circa hanc potestatē cōsecrādi: que vt.s. habitū est: inauferibiliter oibus sacerdotibus conceditur: occurrunt duo dubia. Primū: cum autoritas celebrādi dignissima est: et summa oim ecclesiasticarū potestatum, ecclesie a christo traditarū: cur non summis ecclesie hierarchis: videlicet ep̄is est reseruata. Nā cum sacramentū confirmationis: q2 magna reuerētia tenēdū est: a solis pōtificibus debeat perfici: vt cōstituit Eusebius papa de conse. disti.v. manus. Manus quoq3 impositionis sacramētū magna veneratione tenendum est: qḋ ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotib⁹. Nec tempore apostolorum ab aliis: ꝙ̄ ab ipsis legitur aut scitur peractum esse: nec ab alijs, ꝙ̄ qui eorum tenent locū vnꝙ̄ perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter presumptū fuerit: irritū habeat̄ ⁊ vacuū: ⁊ inter ecclesiastica nunꝙ̄ reputabit̄ sacramenta. Ergo multo fortiori ratione videt̄ ꝙ hoc sacramentum solis ep̄is fuerat reseruandū. qḋ etiā ex eo videtur. Nam maior solēnitas requiritur in consecratione corporis christi: ꝙ̄ in confirmatione. Eadē ratione videtur ꝙ solēnior ⁊ excellētior requirit̄ minister. Ad hoc dubiū respondeo: licet propter excellentissimā dignitatem dñici corporis, deceret ꝙ officium cōsecrationis hm̄oi dūtaxat esset pōtificibus (immo potius solūmodo summo pontifici) reseruatū: tm̄ propter vtilitatē quā assequūtur fideles ex missarū frequentia: aliter disposuit diuina sapiētia: cuius ꝓuidētia in suis institutionibus regitur ecclesia. Un̄ multiplex ratio a doctorib⁹ assignat̄: quarum inter alias he sunt: scilicet diuini cultus dilatatio: humanorū defectuum reparatio: pene mortuorū mitigatio: bñficij redēptionis frequēs recordatio: diuine familiaritatis manifestatio: nostre elationis reprehensio. Ex hoc eñ ꝙ potestas hec est simpliciter sacerdotibus data: ⁊ nō solum pōtificibus: ex frequenti missarum celebratione multiplicatur cultus dei: qui precipuus vel maxim⁹ est in eucharistie adoratione, et eius summo patri oblatione. Deniq3 omnis ecclesie deuotio est in ordine ad hoc sacramentū. ait Sco. dist. viij. q.i. Propter hoc eñ clericus deuotius ⁊ maiori diligentia persoluit officiū diuinum. Propter hoc populus deuotius audit missam: ꝙ̄ quodcunq3 aliud officiū ecclesiasticū. Propter hoc etiam populus deuotius: singuliq3 cū maiori diligentia confitētur peccata: dū intendunt sm̄ ecclesie ordinationē saltē semel in anno cōicare. Et reuera facile ois diuin⁹ cult⁹ euanesceret: si non missarum frequentia seruaretur. Et hac q̄3 frequentatione, quotidiani defect⁹ nostri reparant̄: et pene animarū in purgatorio existentiū mitigant̄: ⁊ redēptionis bñficiū frequenter representat̄, ⁊ ad memoriam reducitur: ⁊ diuina familiaritas ex frequenti sue presentie exhibitione insinuat̄. presentie dico in carne. Et exēplū humilitatis nobis exhibet̄: vnde elatio nostra reprimit̄. Efficax eñ humilitatis exemplū est ꝙ dñs voluit corp⁹ suū a simplicibus personis tractari. Et ita ꝓpter dispendiū qḋ sustineret ecclesia ex raritate celebrationis cauēdū: ⁊ cōmodum qḋ accidit ex frequētia assequendū: potestas illa oibus sacerdotib⁹ est cōicata. Qḋ vero maior solēnitas requirat̄ in cōsecratione tāti sacramēti: attestat̄ celsitudini sacrificij: ⁊ in ꝑsona cōsecrāte ꝓuidet̄ nostre vtilitati: ⁊ ita non est par ratio in eucharistia ⁊ cōfirmatione. ¶ Sūt etiam ideo q̄dā reseruata ep̄is: nō tm̄ ea ꝑ quorū reseruationem dispēdiū sustineret ecclīa: vt dicit Hugo: ne eadem autoritas prorsus ab oib⁹ passim vēdicata, inferiores erga superiores redderet insolētes: ⁊ soluto obediētie vinculo scandalū generaret: vñ singulariter ep̄is reseruata est cōsecratio chrismatis: manuū impositio: cōmunis bñdictio: cōsecratio virginū, basilicarū, ⁊ hm̄oi: vt per hoc eorū superioritas sup̱ alios sacerdotes cognoscat̄: atq3 debitum honorem ⁊ obedientiā a populo consequantur in affectu. Hec omnia vt.s. Alexan. de ales. Alias etiam rationes addit beat⁹ Tho. in. iiij. scripto dist. xiij. q.i. sed ille sufficiant ad presens. ¶ B Scḋm dubiū: Cum tanta sit vtilitas in frequētatione hui⁹ mysterij: cur etiā non laicis iusti est cōcessa: ꝑsertim q2 sm̄ Chrys. ois sanct⁹ sacerdos. ⁊ omnib⁹ iustis d̄: qḋ.s. allegatū est: Uos estis genus electū: regale sacerdotium. i. Pe.ij. Ad hoc respondet Sco. dist. iij. q.ij. lib. iiij. Sine oī dubitatiōe solis sacerdotib⁹ tradita est potestas cōsecrandi. Un̄ ex̄ de sum. trini. ⁊ fi. ca. c. firmiter. dicitur ex constitutione Inno. iij. in concilio generali. Hoc vtiq3 sacramentum (loquitur de sacramento eucharistie) nemo potest conficere: nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus sm̄ claues ecclesie: quas ipse concessit apostolis eorumq3 successoribus iesus christus. Ipse enim in vltima cena

(vt etiam sup:adictū est) ait apl's: Accipite ⁊ diuidite inter vos. Luce. xxij. glo. Accipite et date. Ex his verbis dn̄i discretiue ad apl'os directis/patet ꝙ solis apl'is imediate hanc dedit potestatē. Ad idē qd ibi sequitur: Hoc facite in meā cōmemoratione. Oīa hmōi tm̄ cenantibus dicta sunt: apl'is scilicet ⁊ discipulis: quoꝝ successores sunt epi ⁊ sacerdotes vt frequenter dictū est. Facit ad idem verbum
[1. Cor. x.] apl'i: Panis quem frangimus: nōne participatio corporis dn̄i est. Quē inquit frangim⁹/nos scʒ apl'i et discipuli. Si eīn quilibet posset conficere: aliū alij frangere non oporteret: sed quilibet posset de suo sacrificio cōicare. Hoc deniqʒ tenet romana ecclesia informata ⁊ edocta ab apostolis q informati erāt a domino. Vn̄ qui cōtrariū astruūt: a fidei veritate deuiant: ⁊ infideles iudicandi sunt. Ad illud vero qd allegat de Chrys. ⁊ Cano. beati Petri/Dicēdum ꝙ nō dicunt sacerdotes ppriē/scʒ a sacerdotali ordine: sed mystice: qꝛ scʒ mysticū sacrificiū deo offerūt/scʒ seipsos hostiā viuentē/sanctā/deo placentē: ſm exhortationē apostoli ad Roma. xij. Hec Alex. vbi. s. ❡ E Sed aliquis dice
[Mat. ulti.] ret: Etiā dn̄s solis discipulis dixit: Ite docete oēs gentes/ baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti ⁊c. Et licet sic dicendo discipulis contulerit omnib⁹ officiū ⁊ potestatē baptizandi: nihilominus potestas baptizandi data est ⁊ laicis. Unde licet sacerdotib⁹ conueniat ex officio baptizare: tamē si laic⁹ baptizat est vere baptizatū. Sic videtur esse de potestate consecrandi. ❡ Item in celebratiōe duo sunt: Consecratio ⁊ cōicatio: q etiā separari possunt: q̄uis non debeāt: vt in. c. relatū. de cōse. dist. ij. vbi dicit: Certū est ꝙ hi qui sacrificantes nō edunt: rei sunt dn̄ici sacramenti. Refert eīn ꝙ quidā cōsecrantes nō cōicabant. Consecratio aūt est ppter cōmunionē: ergo cōmunio maius est q̄ cōsecratio. Cū ergo laico cōcedit qd maius est/ scʒ cōmunio: videt etiā concessum qd minus est. i. consecratio. Itē quia potestas cōsecrandi est potestas dignitatis: ergo conuenit digniori: sed dignior est iustus laicus sacerdote peccatore: nam peccator nō est dignus pane quo vescitur: priuatus eīn est omni dignitate: immo etiam dignitate viuendi. ❡ D Ad has obiectiones dicēdum/ꝙ qꝛ ptās cōsecrandi/potestas quedā est quā nemo habet: nisi qui eā a dn̄o acceperit: hāc aūt dn̄s imediate dedit in cena apostolis: ⁊ mediātibus illis/ceteris. Cū ergo iustus laicus illam nō accepit a christo: patet: nec ab apl'is: manifestū est ꝙ non habent eā. Si eīn vite dignitas cōferret eaʒ etiā angeli ⁊ magis virgo benedicta eam haberēt. Q' vo apostoli hanc potestatē laicis non dederunt: patet ex ritu ecclesie ab ipsis apostolis ad nos successione legitima descendente: que magne est autoritatis: vt. s. habitū est lec. ij. Tempore autem apostoloꝝ baptizabant diaconi: vt patet de philippo diacono eunuchum cādacis regine bapti
[Act. viij] zante. Et quoniam in omni gente etiam in infidelibus: a quibus aliquis exercebatur cultus: aliquib⁹ personis specialiter cōmittebatur potestas offerendi deo/⁊ consecrandi ea que sunt ſm ritum suū offerenda: qui ⁊ in illis primatum tenent: qd etiam apud pharaonē regē egypti seruatū
[Genes. xlvij.] legitur. Cū ergo in ecclesia est ordinatissima potestas offerendi deo ⁊ consecrandi: que ſm legē christi offerenda ⁊ consecranda sunt deo/cōgruum fuit illam aliquibus precipuis personis dari: hi aūt sunt sacerdotes. De baptizādi autē officio non est simile: quoniā cū illud sacramētum est necessitatis: licet officiū baptizandi sit sacerdotib⁹ specialiter datū: oībus tm̄ instante necessitate est concessum. Et licet sit aliqua similitudo illarū cōmissionū in genere/ quantum ad hoc ꝙ vtrūqʒ/Accipite scʒ et comedite ⁊c. ⁊ Ite baptizate/solis discipulis dictū sit: tamen vt patet ex factis sequentibus ⁊ ipsorum apostolorum institutionib⁹ differenter cōmittitur potestas consecrandi ⁊ baptizādi. Nam in collatione ordinis sacerdotalis: quo potestas cōsecrandi confertur: specialibus signis/scilicet manuū vnctione: calicis cū patena ⁊ hostie porrectione: ⁊ certa verborū forma hanc potestatem exprimēte significante/dat potestas: vt cognoscant se in illo ordinis sacramento autoritatem consecrandi accipere ⁊ potestatem placabiles deo hostias offerendi: vt dicit Hugo. Nō sic autem datur potestas determinata ad baptizandū: sed ex cōsequēti ad illā que est consecrandi: ⁊ que est ligandi ⁊ soluendi (que etiā speciali signo/manus scʒ impositione datur) officium baptizandi cōsequitur: nō specialiter traditur: ⁊ ideo etiā in necessitate alijs cōcessa designatur. Ordinatio aūt sacerdotū ad cōsecrandū et hierarchizādū ecclesiā dei ab ipsis apostolis cepit: vt patet ex epistolis pauli ⁊ actibus apostolorū. Et beato Dionysio in de ecclesiastica hierarchia ca. iij. ⁊. vj. ritum huius sacramenti/⁊ etiam ordinis describente: qui fuit tēpore apostolorū. Et per hoc patet ad primam obiectionē. ❡ Ad scd'am vero d: post Alexandrū de ales/ꝙ etsi cōmunio sacra sit maior in effectu sanctitatis ⁊ gratie quā confert digne suscipiēti: cōsecratio tm̄ est maior in excellentia sine autoritate potestatis: vn̄ magnitudo hec ⁊ illa non sunt eiusdē generis: ⁊ ita nec magis nec minus: ⁊ propter hoc nō sequit/ꝙ qui potest in hoc quod maius est: potest etiā in illud quod minus est: sicut lucere excellentius est q̄ calefacere: nec tamen: quicquid pōt lucere: potest calefacere. Instātia est de luna. ❡ E Ad tertiam dicit/ꝙ est dignitas meriti: et est dignitas autoritatis vel officij. Sacerdos iniustus etsi caret dignitate meriti: gaudet tamen dignitate officij. Laicus iustus ecōtrario caret dignitate autoritatis: gaudet tamen dignitate meriti. Potestas autem consecrandi cōsequitur dignitatē autoritatis: non meriti: vt. s. patuit. Non in merito consecrantis ⁊c. Illa tamen potestas quanto maior ⁊ dignior est: tanto malis sacerdotibus ea abutentibus periculosior est/ Nam etsi dominus suorum beneficiorum ingratos nōnunq̄ per beneficiorū subtractionez castigat: grauius tamen punit dum illa non tollit: sed ea permittendo conseruat in reprobis ad eorum ingratitudinis confusionem verecundiam/et grauioris damnationis iudiciū: vt Qui [Apocal. xxij.]
in sordibus est sordescat adhuc. Et sicut multo tēpore nō [xxij.]
sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltionē adhibere magni beneficij indiciuz est: vt habetur. ij. Machab. vj. ita peccatoribus dona sua cōseruare: eosqʒ in peccatis sustinere vt cum iudicij dies aduenerit: in plenitudine peccatorum puniat: grauis ire indicium est. Ad quod [j. Thes. v.]
pertinet illud apl'i: de iudeis gratiā christi cōtemnētibus vt impleant peccata sua semper. Peruenit eīn ira dei super illos vsqʒ in finem. Sic ſm Aug. ad permenianum/sacramentalis potestas in bonis pmanet ad premiū: in malis permanet ad iudicium. Sic tantū beneficiū saluatoris iusto iudicio dei permanet in sacerdotib⁹ malis: vt qd in eis fuit indiciū diuine familiaritatis/⁊ quasi arra glorie excellentis: sit illis in penā et cōfusionē maiorē corā electis pariter ⁊ damnatis. Ecce habēt sacerdotes christi/vn̄ in dn̄o glorient. habent vnde timeant ⁊ humilietur: habēt vnde munde ⁊ solicite coram dn̄o ambulent: vt in gloria cum fideliter mysteria dei dispensantibus premientur. Et tantū de potestate ordinis necessario requisita in ministro/ad effectum consecrationis. ❡ Lectio. vj. A



Preter ea que ex par

te ministri ad hui⁹ sacrificij perfectionē/de necessitate sacramēti superius dictū est requiri: scd'm fuit sermonis facultas. Per cuius defectū ab hoc ministerio excludūtur muti ⁊ elingues: etiā si fuerint sacerdotes rite ⁊ legitime ordinati. Cū eīn sicut cetera noui testamēti sacramēta: ita ⁊ eucharistie cōsecratio certam exigit materiā: expressam quoqʒ verborum formā: ſm illud Aug. homel. lxxx. et habetur. j. q. j. detrahe. Accedit verbū ad elemētum et fit sacramentū. si alterū illorū deficit: nō fit cōsecratio. Et quoniam verborum formam muti et elingues proferre non valent: manifestum est ꝙ non possunt hoc tantū conficere sacramentum. ❡ Et si queritur: Quid si sacerdos mu

sunt per vsum ⁊ propter necessitatē ⁊ vtilitatē. Multipli
cato em̄ numero p̄sbyteroꝝ/necesse fuit ⁊ vtile (ne freque
ter cessarēt a missarū solēnijs) vno assistēte celebrare. Sa
cerdos vo dicēdo: Dn̄s vobiscū: ⁊ Orate p me: loquit ec
clesie/⁊ ad ecclesiā debet cōuertere intētionē. Et ita qd di
citur/q̄ nullꝰ presumat celebrare nisi duobus presentibꝰ
⁊c. intelligit quātū ad intētionē sacerdotis q̄ debet cōuer
tere intentionē ad plures: vel assistētes: vel ad ecclesiā: q̄
plures verbis expressis respōdeant vel voto. Vel pōt dici
q̄ intētio decreti est/q̄ nullꝰ ex ꝯtēptu celebret vno tm̄ assi
stēte: bn̄ tn̄ pōt in necessitate. vn̄ Inno. recitato p̄dicto de

creto rn̄det sic. Aliud est necessitatis articulus: ⁊ aliud re
ligionis cōtēptus. Pie q̧ credendū est: ⁊ satis autoritati
bus sacris cōprobat/q̄ angeli dei comites assistūt oranti
bus: sm illud p̄phete. In ꝯspectu angeloꝝ psallā tibi deꝰ
meus. ⁊ illud Tob. xij. Qn̄ orabas cū lachrymis ⁊ sepelie
bas mortuos: ⁊ derelinquebas prādiū tuū: ⁊ mortuos ab
scōdebas p diē i domo tua: ⁊ nocte sepeliebas eos: ego ob
tuli orationē tuā dn̄o. Ad idē est btūs Grego. iiij. dialo et
sm Bern. serm̄. de dedicatione. Dicit etiā glo. in. d. c. q̄ re
clusus missaꝫ solꝰ cātare pōt: dū clerici copia nō suffragat.
¶ E Sꝫ circa p̄missa de loci ⁊ tp̄is circūstātijs q̄rit q̄ pe
na illoꝝ/q̄ ex p̄missis aliqd hoꝝ omiserint: puta qui nō ve
stibꝰ sacris: aut in loco non sacro: seu vasis indebitis sine
igne vel tpe incōgruo celebrarēt: aut p̄dictoꝝ aliq̄ vel plu
ra omitterēt. Ad hoc rn̄det primo q̄ omissio hoꝝ oim vel
aliquoꝝ/ceteris existētibꝰ q̄ supra ad celebrationē eucha
ristie de necessitate req̄ri expressa sunt. s. debitis materia/
forma/ministro/⁊ intētione/nō impedit effectū p̄ncipalē
cōsecrationis: q̄ est trāssubstātiatio panis ⁊ vini in verum
corpꝰ ⁊ sanguinē dn̄i nr̄i iesu christi. Nā hec. s. vestes/locꝰ
tēpus/vasa/ignis/ministri/circūstātes/preuie orationes/
⁊ similia sunt de genere illoꝝ q̄ nō simpliciter ad ꝯficiēdū
req̄runt: qm̄ nō req̄runt ex ordinatione christi: q̄ sacramē
tum hoc instituit: ⁊ sine his cōsecrauit: sꝫ req̄runt ex ordi
natione eccl̄ie: licet nō tpe vno: sꝫ successiue ob reuerentiā
tāti sacramēti: ob significationē ⁊ deuotionis tā populoꝝ
q̄ ministroꝝ exercitationē: eccl̄ia aūt circa sacramētorum
essentialia nihil imutat. Sicut em̄ sacramēta a solo deo opo
tet āt istitui: ita a solo deo pn̄t mutari: ab eo nāq̧ sacramē
ta instituunt: a quo habēt cū certitudine efficaciā: quippe
cū sint signa practica/efficacia ⁊ certa. Certitudinē aūt et
efficaciā nemo sacramēti dare pōt nisi solꝰ deꝰ. Siqdē effe
ctꝰ sacramētalis ē grā iherēs vel subsistēs/scꝫ charitas in
fusa vł corporis christi p trāssubstātiationē p̄sentia. vtrūq̧
a solo deo est q̄ gratiā infundēdo creat: et naturā trāssub
stātiādo mutat: sequit q̄ solꝰ deꝰ sacramēta instituit. Vn̄
minꝰ bn̄ sentiūt q̄ sacramenta q̄dā ab apl̄is aut eccl̄ia asse
rūt i stituta: licet apl̄i p̄cones ee poterāt istitutiōis a chri
sto facte. Tn̄ circa ritū ⁊ vsum sacramētoꝝ eorūq̧ dispēsa
tionē eccl̄ia q̄dā instituere pōt: atq̧ p eā instituta mutare
p rerū ⁊ tēpoꝝ q̄litate. Sn̄ia est doc. subti. in. iiij. dist. iiij. q.
iij. ⁊ alijs plerisq̧ locis. Nihil aūt dubium quin omittens
aliquid p̄dictoꝝ ex ꝯtēptu aut scienter quin peccet morta
liter faciēs in hoc temere cōtra cōstitutionē aut cōsuetudi
nē generalē romane eccl̄ie. vn̄ btūs Aug. in li. ex dictis ba
silij. ⁊ habet dis. xj. ecclesiasticaꝝ. ait: Ecclesiasticaꝝ istitutio
onū q̄sdā in scriptis: q̄sdā vero apostolica traditiōe p suc
cessores i ministerio cōfirmatas accepimꝰ. Quasdā vo cō
suetudine roboratas approbauit vsus: quibꝰ par ritus et
idem vtrisq̧ pietatis debetur affectus. Et prosequēdo de
clarat exēplariter in mysterio misse ꝯ consecratione fontis
⁊ vnctione baptizatorum ⁊c. Idem ad casulanum presby
terum. Sicut preuaricatores diuinarum legum: ita cōtem
ptores ecclesiasticarū consuetudinum coercendi sunt. ea
dē dist. in his. ¶ F Sed de pena canonis dicit Sco. vbi
supra. In nullo premissorum incurrit irregularitas nisi in
duobus casibus. Primus si sciēter celebrat quis in loco in
terdicto a iudice: alius si celebrat in calice nō idoneo. Pri
mum probatur per cap̄. Postulasti. de clerico excommuni
cato ministrāte. ⁊ per. c. Tanta. de excessibus prelatorum.
Clarius tamen ⁊ expressius habetur in. c. si qui. §. is vero.
de sentētia excommunicationis lib. vj. Et notāter additū
est in loco interdicto a iudice/quo modo celebrās in loco
interdicto a iure nō a iudice/vt i loco humano semine vel
sanguine polluto nō incurrit irregularitatem: vt in allega
to ca. si qui. dicitur. Si qui in ecclesia sanguinis aut semi
nis effusione polluta: vel qui presentibus maioris excom
municationis sentētia nodatis sciēter celebrare presumit
licet temerarie agat: irregularitatis tn̄ (cū illud nō sit ex
pressum in iure) laqueū nō incurrit. Is vero qui sciēter in

loco celebrat supposito īterdicto: nisi super hoc priuilegia
tus existat aut a iure sit ꝯcessum eidē: irregularitatē incur
rit: a qua nequit per aliū ꝙ per romanū pontificē liberari.
Et hoc verū si pctm̄ fuerit notoriū: qm̄ si notoriū non fue
rit sed priuatū / nō est pctm̄ in loco hmōi celebrare: q: recō
ciliatione nō indiget: vt sentit Ioh. in sum. cōfes. ⁊ Host. ⁊
Goo. q. s̄. allegata. ¶ Scdm̄ scʒ de calice nō idoneo: pbat
de cele. mis. c. vlt. Ubi sacerdos qui in calice nō idoneo ce
lebrauerat / iubet officio ⁊ beneficio ꝑpetuo priuari. Ve
rum ꝙ hec pena infligit ꝓpter multa: q: videlicet celebra
uit in pane fermentato: in calice ligneo: sine igne ⁊ aqua.
Et ita dubiū est si ꝓpter quodcūqʒ hoꝝ separatim debeat
infligi depositio: q: oīa supradicta insimul cōcurrebāt. Et
tantū de his q̄ requirunt ad celebrationē / tam de necessi
tate sacramēti / ꝙ de necessitate ministri: siue respiciant sa
cramentū / siue ministrū / siue circūstantias tēporis loci et
circūstantiū: q̄bus nō existentib⁹ sacerdos conficere non
poterit ordinate. Sequitur nunc textus canonis.

¶ Explicit pars prohemialis canonis.

¶ Incipit pars principalis ⁊ executiua.

¶ Lectio. xv. A

Aggressuri canonis

expositionē post ea de quibus differēdis ma
terie coegit connexio: magistri / patres ⁊ dn̄i
diuini mecū imperatores subsidij / oro ꝯcur
rite: quo negato frustra incassumqʒ labor / ⁊ opera impēdi
tur. Et sicut cito discit quicq̄d magistrāte spū sancto doce
tur: ita eius semoto magisterio / obscurū est quicq̄d huma
na voce ꝓfertur. Postulemus aūt ea nobis impertiri / que
dignissimū eucharistie sacramentū: circa qđ principalis ca
nonis versat intētio: exigit ⁊ requirit. Hec sm̄ ꝓdicta sunt
fides / spes ⁊ charitas. Charitas vt pulset ⁊ excitet affectū
vt rōni imperet: quaten⁹ ad tā fructuosam tāti sacrificij in
daginē actū cōsiderationis dirigat. Fides intellectū illu
minās / quaten⁹ cōsideratis ⁊ inuentis fideliter assentiat.
Spes vt appetitū solidet: quaten⁹ tāti fruct⁹ mysterij lon
ganimiter expectet. Charitas / qua toto corde diligētes tā
ti beneficij autorē: quod canonis officio ꝯficit: gratiā quā
possum⁹ repēdam⁹ ipsius bn̄ficij amorosa consideratione
exercitio ac condigna pōderatione: quo ad exercitādū no
strā dilectionē tātā ad nos indignos charitatē maiestas il
la benignissima demōstrauit. Quo nāqʒ magis diuina chri
sti bonitas ineffabilē suā ad nos miseros ⁊ pauperes cha
ritatē ostēderet: nisi ꝑ hoc ꝙ ipse qui se in preciū patri pro
nobis in cruce obtulit: seipm̄ etiā i cibū nobis tribuit. Ut
sicut soluēdo preciū a morte perditos redemerat: ita cibū
tribuēdo celestē / infirmos nos ad vitā spūalē gratie robo
raret. Fides quā cū apostolis deuote augeri oremus: qua
diuinorū memoria mirabiliū oēm naturalis rōnis perspica
citatē excedētiū in sacramēto: de quo canon noster: facraʒ
capiam⁹: cui⁹ intelligētia nec arte pōt / nec doctrina hoīm
indagari. De quo btūs Aug. Mira mihi videntur q̄ de h̄
sacramento leguntur. Fides est necessaria: sciētia ratiōis
superuacua. Sciētia rōne ⁊ intellectu colligit: fides auto
ritate videt. Hec ergo sunt q̄ fidē necessario exigūt: ratio
nē oīno nō admittūt: excedūt simplicē creditorem: arguūt
improbū discussorē. Et post pauca: Credi nāqʒ oportet fa
lubriter qđ inuestigari nō pōt vtiliter. Spes rursum ad ro
borandum nos exigit: ne cū retro abeūtib⁹ ad hui⁹ sacra
menti predicationē: dū nō subito que veritas protulit: ver
ba intellectu capiebāt dicentib⁹. Dur⁹ est hic sermo. Quo
modo potest nobis hic dare carnē suam ad manducandū
⁊ nos ab incepto recedam⁹: sed lōganimiter cū discipulis
expectem⁹ veritatis intellectū: qui perseueranter christo
adherētes instrui meruerūt: ⁊ plene cōseq̄ quod sperabāt.
¶ B Ut ergo de⁹ aperiat nobis ostiū sermonis ad lo
quendum mysteriū christi: vt oportet sermone sale cōdito
hui⁹ rei gratia flectamus cū apostolo genua nostre men
tis ad patrem. Eph. iij. dn̄i nostri iesu christi / ex quo omnis
paternitas in celis ⁊ in terra nominat: vt det nobis sm̄ di
uitias glorie sue / virtutē corroborari per spiritū eius in in
teriori homine: christū habitare ꝑ fidē in cordib⁹ nostris:
in charitate radicati ⁊ fundati: sine qua sciētia nō edificat
sed inflat: vt possim⁹ comprehēdere cum omnib⁹ sanctis
que sit huius sacrosancti sacrificij latitudo in peccatoꝝ ex
piatione. Lōgitudo in perseuerātī filiorū alendoꝝ ac ec
clesie sustētatione. Sublimitas in celestiū fructuū exubera
tione. ꝓfundū in mysterioꝝ occulte sapiētie cōprehēsione.
Scire etiā supereminētem scientie charitatē christi in hui⁹
beneficij largissima donatione: vt impleamur in oēm ple
nitudinem dei: nunc virtutū / tūc beatitudinis premiorū.
Ei autē q̄ potens est omnia facere in nobis supabundāti⁹
ꝙ petimus aut intelligim⁹ sm̄ virtutē gratie que operat
in nobis: ipsi gloria in ecclesia pro tāto ecclesie sacrificio in
christo iesu in omnes generationes seculi seculorū Amē.
¶ Huius itaqʒ orationis impetrādi fiducia stipati: simul
aggrediamur spe comite / qualemcūqʒ sacri canonis expo
sitionem: cuius tale est initium.

Te igitur clementissi

me pater per iesum christū filiū tuū dn̄m no
strū ⁊c. ¶ C Iste est canon / secreta / actio
seu sacrificiū / pars principalior totius officij
misse: in qua ꝑmissis populi illuminatiōe / cōsecrādorūqʒ
munerū oblatione / agit de ipsoꝝ munerū cōsecratione: q
in verū christi corpus ⁊ sanguinē substātialiter cōuertunt.
¶ Dixi primo. Iste est canon. i. hec verboꝝ congeries hac
in clausula: Te igit: incipiēs vsqʒ ad mysterij cōsummatio
nē: q̄ sm̄ Alber. procēdit vsqʒ ad illā clausulā: Orem⁹ p̄ce
ptis salutarib⁹ moniti ⁊c. Uel sm̄ Alex. vsqʒ ad finē oratio
nis dn̄ice canon dicit. Dicitur ⁊ secreta actio ⁊ sacrificium.
Ideo canon. q: canon grece / latine sonat istitutio: sm̄ Pa
piam. sm̄ Isido. li. vj. etymol. c. xvj. idē est ꝙ regula. distin.
iij. Canon. Hec aūt verboꝝ cōnexio: quā canonē appella
mus: regulariter partim a christo: partim a sctis patribus
instituta est. A christo q̄dē instituta sunt vba substātialia:
q̄ formā integrāt cōsecrationis. Cetera vo q̄ ad laudē dei
dicunt: ⁊ oꝛones q̄ ꝑ ꝑplo offerunt: a sctis patrib⁹ nō vno
tēpore: nec ab vno tm̄ sm̄ Inno. ⁊ Durā. in rōnali: sed a di
uersis ⁊ diuersis tēporib⁹ particularim edita sunt: ⁊ ꝑ Ge
lasiū papā. l. s. a btō petro principaliter simul ordinata: cui
tm̄ etiā posteri⁹ q̄dā addita sunt: vt īfra suis i locis appare
bit. Ad h̄ de cōse. dist. j. Iacob⁹. vbi dr̄ i glo. Uerba q̄b⁹ cor
pus ꝯficit: ab ip̄o dn̄o sunt tradita: sʒ post alij alia addide
rūt ad decorē ⁊ solēnitatē. Nā ⁊ btūs petr⁹ q̄sdā oꝛones q̄
in canone legunt: fert instituisse. Un̄ Hugo de sacramētis
li. ij. par. viij. c. vlti. ait: Celebratio misse in cōmemoratione
passionis christi agit. Et post pauca: Hāc missam btūs pe
tr⁹ apl's ꝑm⁹ oim̄ ātiochie dr̄ celebrasse: in qua tres tm̄ ora
tiones in initio fidei dicebant: incipiētes ab eo loco vbi dr̄
Hāc igit oblationē. Sed ꝯ illud est qđ Act. ij. dr̄. Erāt aūt
ꝑseuerātes in doctrina aploꝝ ⁊ cōicatione fractiōis panis
⁊ orationib⁹. qđ sm̄ glo. ⁊ doc. cōiter exponit de sacramen
tali pane eucharistie / quo tūc quotidie cōicabāt. vnde dn̄s
Anto. in sua chroni. ti. vj. c. ij. §. j. exponēs illū textū ait: Cō
gregatis simul in domo aliqua / ꝑmissis orationib⁹ ⁊ q̄bus
dā cerimonijs deuotis: vt pie credi pōt: etsi nō ꝑ scripturā
expressum est: oēs cōicabāt etiā laici: qđ sacramētū cōfice
bāt ipsi apl'i vel alij discipuli ordinati a christo vl' ab aplis
ei⁹ in sacerdotes. Itē de ꝯse. dist. j. Iacob⁹. dr̄: Iacob⁹ fra
ter dn̄i sm̄ carnē: cui primū credita est hierosolymitana ec
clesia: ⁊ Basili⁹ Cesarien. ep̄s cuius claritas per totū orbē
refulsit: in scripturis addiderunt nobis misse celebratio
nem. Glo. i. ordinem celebrāde misse. Potest ergo forte di
ci ꝙ Hugo loquebatur de celebratione post apostoloꝝ di
uisionem facta: dum beatus petrus in certo loco sedē pri
mam constituit. Uel primus intelligitur celebrasse cū so
lēnitate pōtificali: vt dicit dn̄s Antoni. par. j. titu. vj. c. viij.
¶ D Dicit sm̄ canon secretū ꝓpter tria: scʒ rōne signifi

cationis/operationis/plationis. Dicit secretū rōne significationis duplicis: in christo scȝ ⁊ celebrāte. In christo quidē/q: representat secretū hoc quo christus latuit: ⁊ se abscōdit a turbis. Unde fm Inno. ⁊ Alex. de ales par. iiij. q. xxxvij. mēbro. ij. ar. j. Dn̄s iesus vbi fuit honorifice suscept⁹ hierosolymis cū ramis palmarū ⁊ laudib⁹. Joh. xij. iudei volebāt eū capere: ppter qḋ recessit ab eis ⁊ abijt in bethaniā ⁊ abscōdit se ab eis. Nō metu formidinis: sed puidentia dispēsationis: q: nōdum venit hora ei⁹ qua aduenīēte spōtane⁹ accessit. vñ Mat. xxvj. ait. Surgite eam⁹: ecce appropinquat q̇ me tradet. Et cū (vt Johā. xviij. ait) cohors venisset cū laternis ⁊ facibus ⁊ armis vt apprehēderēt eū ipse sciens oia que super ipm vētura erāt: processit dicēs. Quē queritis? Et respōdētibus eis: Jesum nazarenū. Dixit: Ego sum. Et abierūt retrorsum et ceciderūt in terram. Potestate quoq; accepta surgēdi: iterū querenti dn̄o quē quererēt respōdētes: iesum nazarenū. Rursuȝ dixit eis iesus. Dixi vobis q: ego sum. Si ergo me queritis sinite hos abire. Illud ergo latibulū quo dispēsationis gratia latuit: significat hoc secreti silētiū. In sacerdote aūt silētiū significat mētis: quo sine tumultu/⁊ verboꝝ strepitu mētis deuotio ad deū dirigat. q̇ exauditor est cordis non vocis. Nā fm beatū Grego. Illā orationē de⁹ nō exaudit: cui ille qui orat nō intēdit. Tūc em̄ sacerdos debet intrare cubiculū cordis ⁊ sensuū interduso ostio deū patrē orare nō in multiloq̇o: sicut ethnici faciūt: sed in corde puro cōsciētia bona et fide non ficta. Neq; exorādus est clamorib⁹: q̇ renū scrutator est ⁊ cordiū. Hiere. xvij. qḋ āna typū gerēs ecclesie insinuabat. q̇ nō clamorosa petitione: sȝ tacita deuotione quod petijt impetrauit. Dicit em̄. j. Reg. i. ꝙ āna loquebat in corde suo: tantūq; labia illius cōmouebant: ⁊ vox penitus nō audiebat. Et in ps. Dicite in cordib⁹ vestris: ⁊ in cubilibus vestris cōpūgimini. Uerba tamē sunt proferēda: ne qḋ petere vel intēdere debemus: ignorem⁹.

¶ Dicit etiā secretū rōne operationis: q: operatio illa occultissima est ⁊ abscōdita omni intellectui rationalis creature. Quid em̄ secreti⁹ ⁊ mirabilius: q̄ꝫ vt panis ⁊ vinū substātialiter desināt remanētib⁹ proprijs ⁊ cōmunibus eorum accidentib⁹. Ex quibus ratio in cognitionē substātie cōsueuit deuenire. Percipit oculus panis colorē: gust⁹ ipsi⁹ saporē: olfact⁹ odorē: ⁊ tn̄ fallitur ratio iudicans esse panē. Quid insuper secretius: ⁊ ab humanis corporis ⁊ mentis sensib⁹ remotius: q̄ꝫ ꝙ gloriosa christi persona: que in cruce pepēdit: nō quidē gloriosa sȝ mortalis: ⁊ nūc residet ad dextrā patris gloriosa ⁊ immortalis: fm oēs suas partes essentiales/q̄ꝫ quātitatiuas/sub parua hostia ⁊ q̄libet ei⁹ parte: fm esse suū verū ⁊ reale cōtinet. Absconditū est hoc mysteriū a mūdi sapiētib⁹: ⁊ reuelatū paruulis fidelibus oēm intellectū suū captiuantibus in obsequiū fidei/veritatē illā occultissimā sed certissimā astruētis. Idcirco etiā sacerdos celebrās q̇busdā velatur cortinis in laterib⁹ altaris depēdētib⁹: ad designādū ꝙ sacerdos intrat ad maximū fidei sacramētū: in cui⁹ figurā sanctasanctoꝝ in moysaico tabernaculo depēdēte velo claudebant: nec nisi summo sacerdoti semel in anno licuit introire: vt habet Heb. ix. Unde statutū est vt nulli laicoꝝ liceat in eo loco cōsistere: vt sacerdos possit libere sacramētū. i. sacrū secretū deuotius celebrare. de vi. ⁊ hone. de. c. j. ¶ E Dicitur tertio secretū rōne prolationis: ne scȝ tāti mysterij verba per quotidianū vsum ex manifesta prolatione vilescāt: ⁊ in locis nō cōpetētibus passim ⁊ indiscrete dicātur. et fiūt dicentibus in ruinā: vt dicit Alex. Unde beatus Diony. in ecclesia. hierar. de ritu sacrificioꝝ loquēs dicit. Greci hoc vidētes dici debāt/putātes tā humilib⁹ verbis tantū sacrificiū inesse non posse. Fertur etiā ꝙ cū antiquit⁹ publice ⁊ alta voce canon diceret: oēs pene per vsum/illū sciebāt: ⁊ in plateis ⁊ vicis illū decātabant. Unde cū quidā pastores in agro pane super lapidē posito canonē dicerēt: ad prolationē verborum illorum/panis cōuersus est in carnem: ipsi autem igne de celo accerrimo diuino iudicio sunt percussi. Propter quod sancti patres statuerūt vt de cetero canon diceretur sub silētio. Sed intelligēdum est ꝙ hec cōuersio panis in carnem/nō fuit facta virtute illorum verborum: quoniam non nisi prolata a sacerdote rite consecrato cū debita intentione virtutem habēt cōuersiuā substātie panis in corpus christi: sed aliunde facta est diuino miraculo: quomodo cruor fertur effluxisse de hostia cōsecrata ad pūctiones infidelium iudeorum. Sicut ⁊ de quibusdam imaginibus christi/⁊ sanctorū ad sectionem peruersorum factū fuisse referūt historie: ⁊ hoc in vindictam impiorum: vt sic eorū infidelitas/peruersitas ac temeritas puniret: manifestaretur q; potētia diuina: insinuaretur quoq; non in ludo ⁊ iocis vtendū esse sacramentalibus verbis ac diuinis mysterijs: sed cū reuerentia ⁊ timore eis modo ac fine quib⁹ sunt a christo ⁊ sanctis patrib⁹ instituta. Factū quoq; est ceteris in exemplū ⁊ terrorem: ne similiter deo irreuerentiam faciant sacra mysteria in ludibriū conuertēdo. Possunt tamē nihilominus sacri canonis verba legi/exponi/masticari/pia ⁊ religiosa volūtate ac inuestigari: a quo et ad q̇d instituta sunt ac doctrinaliter disputari: sicut in presentiarū agim⁹/quo sensu intelligēda: que eorū efficacia: ⁊ cetera ad maiorem deuotionē ac gratitudinē excitantia etiā virtuose ⁊ meritorie: dicente scriptura sacra cuius canon ille pars est per organū sapientie. Qui me elucidant: vitam eternaȝ habebūt. ¶ F Dicitur tertio actio: vnde mos locutionis habet/cū sacerdos ad illa verba peruenit dicere/iam est in actione. Nominat autēȝ actio duplici de causa. Primo: quia in ipsa sanctissimū christi mysterium peragitur. Secundo: q: causa nostra corā misericordi deo per sacerdotem tanq̄ꝫ corā iudice deducitur. Peragitur siquidē hic christi mysteriū: quo ex maxima ⁊ ineffabili charitate pro spirituali refectione in via peregrinantib⁹ dedit carnem propriam in cibū: ⁊ sanguinē suum in potum: que vt iugiter peregrinantes sibi possent applicare: ⁊ in vsum salutarē assumere: verba certa ad hoc instituit: qb⁹ ab idoneo ministro super certa materia/intētione debita platis statim ibi esse inciperet verū corp⁹ suū/⁊ sanguis eius naturalis. Uerba aūt quibus hoc peragit: canonis sunt partes principales: hinc recte actionis nomē sibi vēdicat. Recte vtiq;/quia actio proprie accipiēdo/non est nisi a principio libero ⁊ contingēter agēte: ppter qḋ Damas. dicit bruta nō agere: sed magis per nature imperiū duci. Hoc autē qḋ hic per verba agit: fit a principio liberrimo/⁊ maxime cōtingēter operāte: diuina scȝ volūtate: que est tota causa cōtingētie ⁊ libertatis in creaturis. ¶ Agitur secūdo causa nostra in canone corā summo oim iudice christo deo nostro per sacerdotē: q̇ nuncius est inter spōsum ⁊ sponsam/christum scilicet ⁊ ecclesiam. Hic quidē offert corpus ⁊ sanguinem christi: que per canonis verba cōsecrauit/pro salute viuorum ⁊ mortuorum misericordissimo deo/memoriam faciens passionis vnigeniti sui: que placita fuit et acceptissima oblata in cruce superbenedicte trinitati: ppter cuius memoriam in oblatione sacerdotis eandem hostiā offerentis/de⁹ ipse agit: ⁊ liberalissime concedit viatoribus dona plurima. Nunc cōuersionem per gratiam: nūc conseruationem in gratia: nūc contra mundi pericula firmamentum: nūc angelorum custodiam: nunc tentationū refrenationem: nūc detentorum in purgatorio liberationem: ⁊ alia multa de quibus infra deo duce/latius tractabitur. ¶ G Dicitur quarto sacrificiū: quia per hunc canonem de exigui panis specie/⁊ modici vini calice/conficitur sacrificiū absq; vlla comparatione placidius cruentis veteris instrumenti victimarum ⁊ holocaustorum hostijs ac decimarū primitiarū legalibus sacrificijs: que omnia sacrificiū nostrū figurabāt: ⁊ aduenīente nostri sacrificij veritate cessabāt: qm perfecti⁹ oia prestat pro q̇bus consequēdis illa litteralia psoluebāt. Offerebāt em̄ veteres illi sacrificiū ꝓ peccato: hostiā pacificā ꝓ gratia referenda vel impetrāda: holocaustum pro vnione offerētiū cū deo per amoreȝ intimū: prout hec leuitici tradit historia. Ois

aũt hec nostrũ sacrificiũ prestat. Quapropter iure sacrifi-
cij nomē obtinet canon: cui⁹ orationib⁹ vbis ⁊ cõsecratio-
ne sacrificiũ illud conficitur ⁊ immolat: quo etiã que dicta
sunt: largius ⁊ pfectius impetrant. Hic ergo canon/secre
ta/vel actio seu sacrificiũ est pricipalior pars misse. Ad cu
ius intellectũ aduertēdũ est/q̃ sm Alex. de ales/par. iiij.
q. xxxviij. in principio. Officiũ dicit quasi efficiũ/ab efficiē-
do dictum: prima littera propter sermonis decorem muta
ta. Vel d: ab officiēdo vt quisq̃ illa agat que nulli officiat
sed prosint oibus: vt dicit Rabanus. Et vt idē dicit: Offi
cioꝝ genera licet sint plurima: illud tamē pcipue qḋ in di-
uinis reb⁹ habet: officij nomine cēsetur esse nũcupãdum.
¶ Missa vero multipliciter dicit. Qñq̃ dicit missa totũ
qḋ dicitur ab introitu vsq̃ ad Ite missa est. Qñq̃ dicitur
pars q̃ primo canit/scilicet introit⁹ q̃ d: missa/eo q̃ angel⁹
mittit. Qñq̃ d: missa illud qḋ dicit ab introitu vsq̃ ad of-
fertoriũ: que dicit missa cathecuminoꝝ. i. nouiter in fide in
structoꝝ nõdũ baptizatoꝝ: ⁊ sic dicit missa ab emittēdo: q:
tũc emittebant foras. Tũc em̃ diacon⁹ dicere solet. Exeãt
cathecumini foras. Inde missa dicit sm Isido. q: sacramē
tis altaris interesse nõ pñt: qui nõdũ regenerati noscunt.
Amplius enim nõ licet: neq̃ iudeis: neq̃ paganis: neq̃ ca
thecuminis interesse: q: nondũ sunt mēbra ecclesie: de q̃b⁹
accipitur illud Ioh. ij. Iesus aũt nõ credebat semetipsum
eis. Qñq̃ dicit missa solũ canon: vel etiã illa canonis ver-
ba: quibus corpus dominicũ cõficit: eo q̃ tũc mittit chri-
stus corporalē suã presentiã exhibēs sacramēto: sm quam
acceptionē misse dicit christ⁹ in cena: ⁊ apostoli post missio
nē spũssancti missam celebrasse: licet totũ misse officiũ sm
q̃ nũc institutũ est: neq̃ oia verba canonis: que temporis
successu addita sunt: protulerũt. ¶ B Misse itaq̃ pmo
modo accepte canon est pars principalior: sic em̃ accipien
do missam/põt diuidi in quattuor partes. In prima insi-
nuat illuminatio ppli: q̃ extendit vsq̃ ad offertoriũ inclu-
siue. In scḋa parte cõsecrãdoꝝ oblatio: que icipit ab offer-
torio exclusiue: ⁊ terminat in principio canonis: Te igit.
In tertia parte oblatoꝝ cõsecratio ⁊ immolatio: que extē-
ditur vsq̃ post cõmunionē. In quarta parte accepti bene
ficij diuini rememoratio/q̃ extendit vsq̃ ad finē. ¶ Aliter
diuidit missam (dicit Albertus magnus) in partes tres:
sc3 introitũ/in quo est tãti boni aduocatio. In instructio-
nem/in qua de hoc bono pfecta ponit illuminatio. Et i ob
lationē/in qua est isti⁹ boni adeptio/distributio ⁊ cõmuni
catio. Et hec tertia pars respicit canonē. Adeptio vero bo
ni principali⁹ est in misse officio. Unde manifestũ est q̃ ca-
non est principalior pars misse: propter quam alie partes
misse premittunt ⁊ sequũtur. ¶ Vel melius diuidit missa
in tres partes: sc3 in preparationē tã populi q̃ materie cõ
secrande. In eucharistie cõsecratione ⁊ oblationē. In cõ-
secrate cõmunionē ⁊ mysterij conclusionē. Prima pars di
ci potest missa cathecuminoꝝ pro eo q̃ maior ei⁹ pars ad-
mittit cathecuminos. Scḋa canon. Tertia cõmunio: de h
infra lectione. lxi. ¶ Quia autē canon coheret alijs misse
partibus tanq̃ cõsequens antecedenti: quod notat p no-
tam illatiuã (igit) in principio canonis positã: ea propter
breuiter precedentia canonē percurram⁹: vt sic canonis co
herentiam clarius agnoscam⁹. ¶ I Eoꝝ itaq̃ que in
laudem fiunt et solēnitatē consecrationis: sm Alex. q. xiij.
parte. iiij. §. vlti. quedã precedũt missarũ solennia: quedã
sunt de integritate ipsi⁹ misse pmo modo accepte. ¶ Mis-
sam precedũt tria/sc3 cõfessio: altaris osculatio: thurifica-
tio sm morē romanũ. Quib⁹ significant tria que reddũt
fideles dignos ad celebrandũ/⁊ ad celebrationi assisten-
dum. Primũ est peccatoꝝ purgatio. Secundũ mēbroꝝ cũ
capite vnio. Tertiũ celebrãtis ⁊ assistentiũ deuotio siue de
uota oratio. Quia ergo iust⁹ prior. i. in sermonis principio
est accusator sui. Prouer. xviij. Sacerdos sacris vestibus
(de quibus dictũ est) ornatus/anteq̃ sacrũ inchoat officiũ
pm corã astãtib⁹ peccata sua cõfitet. In qua cõfessione at-
tendendũ est q̃ peccata in genere nõ in specie (vt q̃dã mi
nus puide faciũt) cõfitēda sunt: q: hec cõfessio manifesta
est: nõ occulta. Similiter assistētes sua peccata confitētur:
vt purgari a pctis mereant: sm illud ps. xxxi. Dixi confite-
bor aduersum me iniusticiã meã dño: ⁊ tu remisisti imple-
tatē pcti mei. Delet em̃ cõfessio generalis pctã venialia/et
oblita criminalia: sm magistrũ in. iiij. dist. xxi. allegantē ad
hoc beatũ Aug. Sed de hoc alibi. ¶ Pectora em̃ in cõfes-
sione pcutiũt: exēplo publicani qui pcutiebat pect⁹ suũ di
cēs. De⁹ ppitius esto mihi pctõri. Luc. xviij. vt sic iustifica-
ti in domos suas descēdant. ¶ L Scḋo accedēs sacer-
dos osculat altare/significans q̃ christ⁹. q̃ est sacerdos in
eternũ sm ordinē melchisedech: sacrã sibi ecclĩam copula
uit. Cant. j. Osculet me osculo oris sui. Osculo siq̃dē os
ori coniũgit. Et in christo nõ solũ est humanitas vnita dei
tati: verũetiã spõsa ecclesia spõso christo est copulata: sm
illud Esa. lxi. Induit me vestimēto salutis: ⁊ indumēto iu
sticie circũdedit me: quasi spõsum decoratum corona: ⁊ q̃si
spõsam ornatã monilibus suis. Vox est ecclesie ad christũ
ei⁹ spõsum: sm glo. qui perfectos in ecclesia eodē noie ap-
pellari dignat sc3 spõsi: imperfectos vero sponsas. Ipse ḡ
spõsus christ⁹ spõsos fecit ⁊ spõsas: tñ vna in capite ⁊ me-
bris est ecclesia. Hec glo. Christ⁹ ergo sponsus est: ecclesia
tota spõsa. vnde Ioh. iij. Qui habet sponsam sponsus est.
¶ Per altare significat ecclesia: de quo Exo. xx. Si altare
lapideũ feceris mihi: nõ edificabis illud de sectis lapidi-
bus. Per lapidis sectionē/fideliũ diuisio designat. vnde
dñs sectionē lapidũ in altari prohibēs/diuisionē fidelium
in ecclĩa reprobat. Diuisionem dico p errores et scismata.
¶ L Tertio sequit thurificatio/qua significat deuotio ⁊
oratio celebrãtis ⁊ assistētiũ directa ad deũ. iuxta illud ps.
cxl. Dirigat oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo dñe
Quod etiã signatũ est in Apoca. c. viij. vbi dicit: Stetit an
gelus iuxta arã tēpli/habēs thuribulũ aureũ in manu sua
⁊ data sunt ei incensa multa: vt daret de orationib⁹ sctõꝝ
super altare aureũ/qḋ est ante thronũ dei. Angelus ille sa
cerdos est. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiũt sciētiã
⁊ legē requirũt ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ est
Ante altare. i. cõspectu ecclĩe. Per thuribulũ aureũ/chri-
stus incarnatus significat: cuius bonitas ⁊ immēsa chari
tas per thuribulum aureũ plenũ igne intelligitur. Habe-
re aũt thuribulũ vt incēset: moraliter instruit q̃ si q̃s vult
incēsum orationis ac deuotionis deo offerre: thuribulum
incarnationis per fidē debet tenere. Nam sine fide scilicet
mediatoris ipossibile est deo placere. ad Heb. xi. Tũc em̃
a deo nostrum munus accipitur: cũ super dñice incarnatio
nis fidē posuerit quicquid operat. Grego. in glo. Exo. xx.
Et data sunt ei incēsa multa. i. orationes deuote: vt eis of-
ferat deo de orationib⁹ sanctoꝝ. Et dicit glo. notanter de
orationib⁹: ⁊ nõ orationes: q: dñs nõ oēs orationes exau
dit: sed illas que sunt ad salutē: vt patet de oratione apli
ij. Cor. xij. qui ter dñm rogauit vt discederet a se stimulus
carnis angelus sathane eũ colaphizãs: ⁊ respõsum est ei.
Sufficit tibi gratia mea. Nã virt⁹ in infirmitate perficit.
Super altare aureũ. i. in summitate ecclesie triumphãtis.
Ante thronum dei. i. diuinã maiestatem. Hec breuiter de
preuijs officio misse tacta sufficiant.

¶ Lectio. xvi. A



Que vero in ipso mis

se officio/ad laudem ⁊ solēnitatē/canonem
precedunt: ad illuminationem populi perti-
nent: vel ad consecrandorum oblationem: vt
dictũ est. prime partis sunt particule decē. ¶ In prima in
sinuatur illuminatio populi: vt intelligat aduentum chri-
sti esse desiderãdum: ⁊ hoc fit per introitum: qui desideri-
um aduētus christi in carnem representat: de quo Luc. x.
Multi prophete ⁊ reges voluerunt videre que vos vide
tis ⁊ nõ viderunt ⁊c. Cui⁹ repetitio clamoꝝ multiplicatio
nem designat dicētium ⁊ clamantium: illud Esa. xvi. Emit
te agnum domine dominatorē terre. Et illud eiusdē. xlv.

Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustum: aperiat terra
⁊ germinet saluatorē. Itē illud Esa. lxiiij. Utinā dirumpe
res celū ⁊ descēderes. ⁊ similia. ¶ Et nota ꝙ sacrificiū il/
lud memoriale est dñice passiōis ſm illud. j. Cor. xj. Quo/
tienscūq; mducabitis panē hūc ⁊ calicē dñi biberis: mor/
tem dñi annūciabitis donec veniat. Ideo totū misse offi/
ciū ad passionē dñi representandū ordinat. Et q: christus
nō ſm diuinitatē: sed ſm carnē assumptā passus est: ideo
in ipso officio aduent⁹ in carnē primo/ ⁊ progressio ei⁹ ad
passionē insinuat: ⁊ deinde ipsa passio signis ⁊ verbis ex/
primit ſm Alexā. ¶ In scda particula illuminat popul⁹:
vt intelligat aduentū christi nō solū desiderandū fuisse: sz
etiā postulādū: hoc per Kyrie eleyson. ¶ In tertia vt in/
telligat ipm esse acceptandū/siue eidē esse cōgratulandū:
per Gloria in excelsis. ¶ Quarto vt intelligat postulatio
ni gratie illi⁹ esse insistēdū/scz p collectā. ¶ Quinto vt in/
telligat doctrine illi⁹: q̄cunq; sit pphetarū ⁊ apostolorum
totaliter esse innitendū: s. z per epistolā q̄ de prophetarū ⁊
apostoloꝝ scripturis sumit. ¶ Sexto vt intelligat ꝙ in sta/
tu presentis miserie penitētie lamēto est insistendū/scz per
graduale. ¶ Septimo ꝙ de expectatione leticie est gau/
dendū: scz p alleluya. ¶ Octauo ꝙ eiusdē mādatis est so/
licite ⁊ deuote obediēdū/scz p euāgeliū. ¶ Nono ꝙ fidei
documenta sunt publice confitenda: scilicet p symbolum.
¶ Decimo ꝙ deo sunt dona ⁊ munera offerēda: scilicet p
offertoriū. Hec autem decē fuerūt necessaria ad suscipien/
dū christū aduenientē in carne visibiliter: ⁊ tūc etiā neces/
saria sunt ad suscipiēdū eundē christū venientē sub sacramē
to inuisibiliter. Hic est eñ q̄si nou⁹ aduēt⁹: cū christus qui
ſm carnē erat absens: in hoc sacramēto fit presens. Et hic
quidē aduēt⁹ desiderādus est/postulādus ⁊ acceptādus.
Innitēdū quoq; est eius gratie ac intendēdū eius doctri/
ne: necnō propter eius memoriā ingemiscēdū gemitu pe/
nitētie: a qua sua cepit p̄dicatio: atq; exultādū ppter spē
superne leticie. Sed ⁊ mandata eius diligenti⁹ obseruan
da: ⁊ fidei eius verba publice cōfitēda: ⁊ per ipsam fidem
deo dona ⁊ sacrificia sunt offerēda: que omnia decet excel
lēter ⁊ diligētius fieri in eius presentia. Hec oia Alexan. q̄
latius singula prosequit questione superius allegata. Sz
hec breuiter commemorata sufficiant.

Secunda pars misse.

¶ B Post populi illuminationē/sequit cōsecrandorū
oblatio: que est pars misse scda ⁊ preparatio immediatior
ad tertiā misse partē/q̄ est canon noster. Hāc secūdā par/
tē licet Alex. incipiat post offertorium populi in oblatione
munerū cōsecrādorū: tñ dñs Albert⁹ eam in ipso offerto/
rio inchoat: ⁊ in canonis principio terminat. Scdm quem
pars illa in quinq; subdiuidit: scz in salutationē offerto/
rium/ppparationē/secretā ⁊ cōclusionē/q̄ est pfatio. ¶ Cir/
ca primū sacerdos populū salutās dicit: Dñs vobiscū. Pri
mo q̄dē salutauit populū post introitū ante orationē: ad
cōsolandū de desiderio quo aduocat⁹ est dñs: optās vt cū
eis sit dñs ad eiusdē desiderij cōpletionē. Scdo cū euāge/
liū legeret salutauit: vt cū eis sit dñs ad instructionis per
fectionē: modo salutat vt dñs adsit ad offerēdorū receptio
nē. q. d. ſm Alber. Dñs vobiscū: vt in sacrificiū deo offera/
mini. Dñs vobiscū: vt circa saporē oblationis afficiamini.
Dñs vobiscū: vt oblato sacrificio incorporemini. Naz dñs
nobiscū est/dū nos sibi oblatos suscipit: quādo nos circa
suū sacrificiū affici facit: ⁊ qñ nos sibi vnit. Cui ex psonis
offerētiū respōdet: Et cū spū tuo. quatenus hoc sacrificiū in
spū offerat ⁊ a dño acceptet: ſm illud Dan. iij. In aio con
trito/⁊ spū humilitatis suscipiamur. Et illud ps. l. Sacrifi
ciū deo spūs cōtribulatus: cor cōtritū ⁊ humiliatū de⁹ nō
despicies. Et illud Ioh. iiij. Deus spūs est: ⁊ eos q̄ adorāt
oportet in spū ⁊ veritate adorare. ¶ Deinde sequit offer/
toriū: cui premittit sacerdos verbū ad orationē exhortato
riū: Oremus. ⁊ tñ orationē nō statim dicit: ad innuendū ꝙ
pura oratio exigit vt deo munera ⁊ dona placabilia offe/
rant. Oratio eñ est pi⁹ affect⁹ mētis in deū direct⁹. Et po/
pul⁹ offerēdus dño pri⁹ debet toto in ipm eleuari affectu: Oro q̄d
vt de se dignū deo faciat sacrificiū. Exhortationē igit sta/
tim offertoriū subseq̄t dictū ab offerēdo: q: tūc cātāte cle
ro fiūt oblatiōes. Nō eñ solū sacerdos: sz cū sacerdote po
pul⁹ sua vota deo offerre debent: ⁊ in tā sancta oblatione
oēs participare. vñ Raban⁹. Post euangeliū oblationes
offerunt a populo: ⁊ offertoriū cātat a clero: qd ex ipsa cā
vocabulū sumpsit/q̄si offerentiū cāticū. ¶ C Sunt aūt
tria offerēda: vt dicit Alex. Primo ipe psone: scdo manua/
les oblationes: tertio ipsi sacrificio necessaria. s. panis vi/
nū ⁊ aqua. Sz de hoc tertio in sequēti clausula. Canit aūt
offertoriū solēniter/dū sacerdos populi munera suscipit:
ad significādum ꝙ q̄ deo offerunt/cū mētis iubilo offerri
debēt: q: hilarē datorē diligit de⁹: ⁊ oblatio nra spōtanea ij. cor. ix.
esse dz nō coacta: ſm illud: Ois volūtarius ⁊ prono aio of Exodi.
ferat ea. s. dona dño. ⁊ Eccli. xxxv. In oi dato hilarē facvul xxv.
tū tuū: ⁊ in exultatione scrifica decimas tuas. Unī ⁊ dauid
j. Paral. vlt. Ego in simplicitate cordis mei let⁹ obtuli vni
uersa hec: ⁊ populū tuū q̄ hic repert⁹ est: vidi cū ingēti gau
dio tibi offerre donaria. Dñe de⁹ abrahā ⁊ ysaac ⁊ israel pa/
trū nroꝝ/custodi i eternū hāc volūtatē cordis eoꝝ: ⁊ semp
in veneratiōe tui/mēs illa pmaneat. Uelut dic Inno. Of
ferēda cantat: q: p sacrificiū laudis offert. ps. Circuiuibo ⁊
immolabo in tabernaculo ei⁹ hostiā vociferationis: cātabo
⁊ psalmū dicā dño. Hec aūt cōsuetudo tracta est a lege. ij.
Paral. xxix. Cūq; offerrētur holocausta: ceperunt laudes
canere dño: ⁊ clāgere tubis: atq; in diuersis organis: q̄ da/
uid rex israel ppparauerat: cōcrepare. ¶ D Circa hec vidē
dū an ppls ad offerendū in missa obligēt: simul ⁊ q̄ dona
licite offerant. Circa primū Grego. papa. vñ. ita statuit: vt
habet de conse. dist. j. ois christian⁹. Ois christian⁹ pcuret
ad missarū solēnia aliq̄d deo offerre: ⁊ ad memoriā redu exo. xxiiij
cere/qd dñs p moysen dixit. Nō apparebis i cōspectu meo
vacuus. In collectis sanctoꝝ patrum liquido apparet/ꝙ
oēs christiani offerre aliquid ex vsu sanctorū patrū debēt.
Hec ibi. Sonat ad idē. c. statuim⁹. xvi. q. j. vbi dicit/ꝙ obla
tiones ⁊ decime quas populus dare debet extra parochia
lē ecclesiā sine cōsensu epi dari nō debent. ⁊ xxxij. disti. pre/
ter hec. vbi dicit/ꝙ oblatiōes eccl'ie dei fideliter reddant
a laicis/al's a sancte ecclesie cōmunione separent. Uerūta
men hec duo vltimo allegata ca. q̄dā intelligūt de oblatio
nib⁹ iter viuos vel causa mortis factis hoc est de donatio/
nibus ecclesijs spōte factis ppter viuētes vel mortuos ea
cōditione: vt de illis fiāt certe oblationes: cui⁹ opinionis
est Ray. Sed primū capitulū qd de quotidianis oblatio/
nibus loq̄tur: a diuersis diuersimode intelligit ⁊ exponit.
Hugo dixit: vt recitat Host. in rubri. de paro. ⁊ alijs paro/
chianis. §. In tertia. ꝙ q̄libet cogi pōt p excōmunicationē
offerre ſm tenorē dicti. c. ois christianus. Alij intelligūt di
ctū. c. de oblatione interiore seu bonoꝝ operū. Utrūq; au
tē reprobat Host. Primū p hoc ꝙ in. d. c. dr: Ois christia/
nus pcuret ad missarū solēnia aliq̄d deo offerre. Notādū
inq̄t ꝙ dicit missarū solēnia/quasi dicat de solennib⁹ loco
rum festiuitatibus: in quibus tenetur quia totam missam
audire: sicut dominicis diebus et alijs festis que annume/
rantur de ferijs. c. conquestus. Cōtra secūdam opinionem
similiter dicit/ꝙ in festis istis tenet offerre aliquod corpo
rale. Nec enim subdit de oblatione interiore/vel bonorū
operum tñ intelligi potest: q: ad illā tenetur quilibet sine
missarū solēnitatib⁹. Hec ille. Siquidē quilibet semp habi
tualiter tenet offerre deo suā volūtatē p humilē obedien/
tiā: p quā tenet semp etsi nō pro semp/opera q̄ in pcepto
sunt pficere. Ad hoc facit qd in ipso. c. dr. Reducere debet
ad memoriā: qd dñs p moysen dicit. Nō apparebis in con/
spectu ⁊c. vbi ad lrām dñs loquit de oblatione ⁊ sacrificio
corpali. Dicit ḡ Host. post recitatas opi. pdictas. Tu dicas
ꝙ in pcipuis festiuitatib⁹ tenetur q̄s offerre ⁊ cogi potest/
maxime cū sit quedā generalis cōsuetudo hoc vbiq; ter
rarum. Precipuas festiuitates que sint/supra declarauit

eas esse de quibus alleg. c. conquestus. Huic cōcordat glo.
ca. ois christianus. sup verbo vacu⁹, que dicit. Uacuus a
bonis operibus: vel ad litterā: ⁊ est consiliū in dieb⁹ priua
tis: sed in dieb⁹ festiuis preceptū: ⁊ ita videt̄ ꝙ oblatiões
sint ex debito exigēde: ⁊ ad eas dandas parochiani sint co
gendi. Hec glo. ¶ E Sed inter hec quasi via media in-
cedendo quattuor: vident̄ tenenda. Primū: Omnis chri-
stianus officio misse assistēs / tenet̄ offerre oblationē inte-
riorē spiritualē: ⁊ hoc actu virtute vel habitu. Hec oblatio
nihil aliud est nisi oblatio suipsius ꝑ promptā ⁊ obedien
tem sue volūtatis diuine volūtati subiectionē: qua semꝑ
Mat. xxvi. ex animo dicere possit deo illud saluatoris. Nō mea s; tua
voluntas fiat. Hāc oblationē ab omnib⁹ reqrit dñs: hinc
per Salomonem ait. Prebe fili mi cor tuū mihi. Prouer.
xxiii. ⁊ in ps̄. Sacrificate sacrificiū iusticie ⁊ spe. in dño. Sū
ma aūt iusticia est reddere dño seipsum per obedientie de
bitum. hinc Eccle. iiij. Melior est obedientia ꝙ̄ stultorū vi
ctime. Cōcordat samuel propheta. i. Reg. xv. ⁊ Eccli. xxxv.
Sacrificiū salutare est attendere mādatis: ⁊ discedere ab
omni iniquitate. Hoc est sacrificiū de quo pene omnes cla
mant prophete: vnde ⁊ in ps̄. xxxix. Sacrificiū ⁊ oblationē
noluisti: aures aūt (haud dubiū quin ad obediendū) per-
fecisti mihi. Et sequit̄. In capite libri scriptū est de me: vt
face. volū. tuā: deus me⁹ volui ⁊ le. t. in medio cordis mei.
Sine hac spirituali oblatione cetera corporalia deo mini
me sunt accepta: dicente aplo. Corporalis exercitatio ad
i. Timothei. iiij. modicū vtilis est. Pietas aūt ad oia vtilis est: ꝓmissionē
habens vite que nunc est: ⁊ future. Pietas ad cultū ⁊ reli-
gionē omnipotētis dei refert̄. glo. qua eligat volūtas pro
pria loco obediētie sub voluntate diuina. Hec ꝓmissionē
habet vite ⁊c. vt hic bonis spiritualib⁹ abundet: ⁊ tempo-
ralium sufficiētiam habeat: vt dicit glo. interli. Deniq̄ ad
cain qui munus domino obtulit: seipsum aūt diabolo mā
cipauit: dicit̄ in glosa beati Grego. xxxii. moraliū. Genes.
iiij. Nōne si bene offeras: male aūt diuidas peccasti? Bñ
obtulit qui creaturā creatori obtulit. Male aūt diuisit: q̄
de bonis suis deo: ⁊ seipsum obtulit diabolo. Hinc ibidē
dicitur. Respexit domin⁹ ad abel ⁊ munera eius: ad cain
aūt ⁊ munera ei⁹ non respexit. Prius respexit domin⁹ per
sonam: deinde ad munera. Nec vnq̄ possunt placere mu
ra nisi placeat ꝑsona. Nō em̄ placēt munera nisi per grati-
am: grā aūt prius iustificat subiectū. i. animā vel personā:
ꝙ̄ ei⁹ operationem: prius naturaliter etsi nō tempore. Et
quis hec interior oblatio omni tempore deo sit offerēda:
singulariter tn̄ in missa (i qua cōmemorat̄ illa singularis
oblatio christi: qua se patri obtulit ꝓ nobis: fact⁹ obediēs
vsq̄ ad mortē crucis) dignū est deuoti⁹ offerri. ¶ F Se
cundū: offerre aliquid de exteriori substātia i misse officio
Op⁹ meritorium est opus meritoriū deo gratum ⁊ acceptū / vtile ⁊ fructuo-
sum. Opus dico supererogationis ⁊ cōsilij: ⁊ nō generali
ter precepti. Primū / sc; ꝙ sit opus meritoriū: patet quoni
am opus illud meritoriū est qḋ refert̄ finaliter in deū: ipm
recognoscēdo summū bonū / a q̄ nobis oia bona interiora
⁊ exteriora spūalia ⁊ corporalia sunt donata. Sicut autē
hoc recognoscimus quātū ad interiora / offerendo nostrā
volūtatē: ita quātū ad exteriora / offerēdo corpalē substā
tiā. Nā sicut homo per cēsum: quē tēporali dño offert: reco
gnoscit dñm in se habere tēporale dominiū: ita per obla-
tionē corporalē deo oblatā: tanq̄ per signū oblationis in-
terioris idipm quoad dñm profitemur: qḋ tāgitur Deut.
xxvi. vbi d̄r. Tolles de cūctis frugib⁹ tuis primitias: ⁊ po-
nes in cartallo: pergesq̄ ad locum quē dñs deus tuus ele
gerit vt inuocet̄ nomē eius. Accedesq̄ ad sacerdotē q̄ fue-
rit in dieb⁹ illis: ⁊ dices ad eū. Profiteor hodie corā dño
deo tuo / ꝙ ingressus sum in terrā ꝓmissionis. Et sequitur
Idcirco nunc offero tibi primitias frugū terre: quā dñs de⁹
dedit mihi. Sic ꝑ oblationē recognoscat se ꝑtinere ad do-
minum: omniaq̄ se a dño gratuitu recepisse. ¶ Qḋ etiam
oblatio exteriorū sit grata dño ⁊ accepta: patet: q: in vete
ri testamēto precepta: ⁊ in nouo cōmēdata pariter ⁊ ꝑsua

sa. Nā licet i ceteris dñs multa israelitico populo miracu-
lose donauerit. Siqdē ꝓparauit viā ꝑ mare rubrū in deser
to: in inuio viā preuia nube mōstrauit: noctis tenebras ig
nis colūna illustrauit: manna de celo pluit: aquam de pe-
tra ꝓduxit: in terrā promissionis induxit: eāq̄ gētilibus ꝑ
ditis: habitatorib⁹ tribub⁹ distribuit: ac in oibus populo
necessarijs ipse prouidit. Ea tamen que ad se deū pertine
bāt: ⁊ ad ministros sibi deputatos: voluit cōmunibus po-
puli oblationib⁹ perfici. Unde tabernaculū suū de dona-
rijs populi fieri precepit: ⁊ suos ministros partem in terre
distributione habere noluit: s; eos de oblationib⁹ decima
rum / primitiarū / sacrificiorū ⁊ victimarū populi viuere vo
luit: vt sic populi zelū ad se / ⁊ ad sibi deputatos famulos
cōprobaret. His aūt hodie in ecclesia decime succedūt: et
populi christiani oblationes. In nouo q̄ testamēto dñs
cōmēdauit viduā / duo era in gazophylatiū mittentē. Con Luc. xxi.
suluit etiā mun⁹ ad altare post fratris recōciliationē offer Mat. v.
ri. ¶ Est deniq̄ dignū vt q̄ spiritualia de altari percipiūt
etiā tēporaliū participiū cōferāt ad altare. hinc aplȳs Ro
mo. xv. Si spiritualiū eorū participes facti sunt: debent et
in carnalib⁹ ministrare eis. Est quoq̄ offerētib⁹ vtile: qm̄
specialiter participāt fructū sacrificij: ⁊ ꝓpter suā deuotio-
nē / ⁊ sacerdotis specialē applicationē: quo sc; sacrificij fru
ctū offerētibus applicādo specialiter impertit̄. Nec ex hoc
vilior est pauperū cōditio ꝙ offerāt nō habētiū / aut mini-
ma offerentiū. Tum quia vidua tm̄ duo era offerēs / cun-
ctis diuitib⁹ maiora tribuentib⁹ est prelata. Tū q: vbi defi
cit substātia: sufficit volūtas pia. Unde Grego. homel. v.
Ante dei oculos nunq̄ est vacua man⁹ a munere: si fuerit
arca cordis repleta bona volūtate. Nā oblatio interior: q̄
nūq̄ volēti deficit: prefert̄ exteriori habētib⁹: vtraq̄ simul
melior est. Nō habentib⁹ sola sufficit voluntas pia. ¶ G
Tertiū in his festiuitatibus: in quibus ex generali loci cō
suetudine / omnes generaliter offerre consueuerunt: q̄lia
sunt quattuor festa principalia: de quib⁹ in. c. alma. de sen-
tē. excō. lib. vi. Singuli tenētur offerre: ⁊ de necessitate pre
cepti se cōsuetudini cōformare. Singuli intellige vtriusq̄
sexus annos discretionis habentes: qui sm̄. c. ois vtriusq̄
de peni. ⁊ remis. in paschate venerabilē eucharistiā suscipe
re sunt astricti. Hec est oim canonistarū / ac beati Tho. i. q̄.
sen. q. lxxvi. ar. iiij. Un̄ ⁊ addūt ꝙ possunt cogi per episco
pum: cuius in hoc est officiū implorandū. Alloquitur ad
hoc c. ad apostolicam. de simo. ¶ Quartū: presbytero pa
rochiali pauperi: nec alī vnde viuat: et populo ministret
habenti: tenent̄ subditi offerre vt habeat quo viuat: ⁊ eis
spūalia ministeria ipēdat. Hec veritas est legis nature ⁊
diuine: quā apl̄s tradit dicēs: Quis militat suis stipēdijs i. Cor. ix.
vnq̄? Quis plantat vineā ⁊ de fructu eius nō edit? Quis
pascit gregem: ⁊ de lacte ei⁹ nō māducat? Et ne quis hoc
apostolū suo sensu / ⁊ non sm̄ legē dei dicere putet subdit.
Nūquid sm̄ hoiem hec dico? An et lex hec non dicit? Scri Deute.
ptū em̄ est in lege moysi. Nō alligabis os boui triturāti. ⁊ xxv.
velut exponēs legē addit. Nūquid de bobus cura est deo?
An ꝓpter nos vtiq̄ dicit. nā propter nos scripta sunt. Et
sequit̄. Si nos vobis spiritualia seminamus: magnū est si
nos vestra carnalia metamus? Et sequit̄. Nescitis qm̄ qui
in sacrario operant̄: que de sacrario sunt edūt. Et qui alta
rio deseruiūt: cum altario participāt? Ita ⁊ dñs ordinauit
his q̄ euangeliū annūciāt: de euāgelio viuere. Hec aposto
lus. Ait em̄ dñs Luc. x. postq̄ ꝓhibuit euāgelizātib⁹ po-
tare sacculū ⁊ perā ostendēs eis vnde viuerent. Edētes ⁊
bibētes que apud illos sunt. Dign⁹ est enim operari⁹ mer
cede sua. ¶ H Ex his verbis christi ⁊ apostoli duo notā
tur. Primū ꝙ sacerdotes populo seruiētes i doctrina euā
gelij ⁊ ministerio ecclesiastico ⁊ sacramētali / viuere debēt
⁊ sustentari impēsis et prouisionibus populi: vt decenter
officio suo cōgruere ⁊ vtiliter possint ac salubriter suo po-
pulo deseruire. Nam de cōmunitate viuere debet: quisq̄s
cōmunitati seruit. patet manifeste ex preallegatis. ¶ Se
cundū ꝙ de ꝓuisione populi sacerdotes sustētari debent

nō luxu fari:nō supbire:nō diuitiarū accumulatiōe pau-
peres opprimere:aut eis onerosos se reddere. Vñ a diui
tijs cōgregandis cohibuit euangelizantes dñs/dum pe
ram ⁊ sacculum eis abstulit. Et aplūs dum euāgelizātes
de euāgelio viuere cōstituit:grauiter eos obiurgans qui
in questu euangeliū ponētes/questū existimant pietatē
Questus aūt magnus esse debet ministris eccīe/pietas
cū sufficiētia. Et quales esse debeant clericoꝝ diuitie nō
tacuit:cū addit. Habentes inquit alimēta: ⁊ qbus tega-
mur his ꝯtenti simus. Nam q volūt diuites fieri/incidūt
in tentationē:⁊ in laqueum diaboli:⁊ in desideria multa
inutilia ⁊ nociua: que mergūt hoīes in interitum ⁊ pdi-
j. Timo. vj. tionē. Nihil intulim⁹ in hūc mundū:haud dubiū qn nec
auferre qd possumus. Hui⁹ exemplū aplūs in se ptulit:
q ne esset oneri populis/qbus euāgelizauit: victum ma
nuū labore acqsiuit: vt habet Actuū.xx. Vnde in cano-
ne dist.xc.clericus.dicit:Clericus victū ⁊ vestitū sibi arti
ficiolo vel agricultura/absq officij sui dūtaxat detrimē-
to preparet. Idem habetur in duobus ca.sequentibus.
¶ 3 Qualia aūt exteriora ⁊ corporalia offerri debeāt
dñs Albertus circa hanc materiā tradit dicēs.Exteriora
oblatio debet esse pinguis deuotione:lata charitatis di-
lectione:mūda acquisitione:vtilis valore. Debet esse pin
guis deuotione vt plus de cordis deuotione q de manu
pcedat:fm illud ps. Holocausta medullata offerā tibi.
⁊ Eccli.xxxv.Oblatio iusti impinguat altare: ⁊ odor sua
uitatis est in ꝯspectu dñi. Debet esse lata charitatis dile-
ctione:ne fiat pximi rancore aut odio vel cū pximi detri
Homel. xxxv. mento:qr fm be. Greg. nullū sacrificiū dñs accipit: nisi
qd in altari boni operis flamma charitatis accēdit. Hinc
Mat.v. dñs ait. Si offers mun⁹ tuū ad altare: ⁊ recordatus fue-
ris q: frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi
munus tuū ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri
tuo: ⁊ tūc veniens offeres mun⁹ tuum.vbi glosa. Prius
charitatē pximo exoluat:q munus suū deo placere exo
ptat.Hoc quoad primū. ¶ Quoad secūdum rephendit
Matth. xvj. dñs errorem scribarū ⁊ phariseoꝝ dicentiū. Melius fo-
re si substantia terrena dño offeratur in templo: q si alē
dis parentibus pauperibus impendatur. Et simile vide
tur si oblatio facta pergat in detrimentū alioꝝ qbus of-
ferens est debitor/siue vxoris/siue liberoꝝ/siue credito
rū:nō eñ perficienda sunt ꝯsilia in fraudē pceptoꝝ:in h
eñ casu nō essent cōsilia. Non tñ ppter hoc de suis quis
phibetur facere elemosynā/aut oblationē: aut puidere
saluti aīe ppter heredes qbus nondū est ius quesitū in
hereditate:cū saluti corporis prouidere possit ꝯtradictio
nibus eoꝝ nō obstātibus quibuscūq. ¶ Debet esse mū-
da acquisitione/idest nō sit res iniuste acqsita: ⁊ non de
re nō sua:vnde Prouer.iij. Honora dñm de tua substan
tia: ⁊ de pmitijs frugum tuarū da pauperibus. quasi di-
cat.Qd tuū est:non qd alterius/offeras dñō:oīa imolan
tis ex iniquo oblatio est maculata: ⁊ nō sunt beneplaci-
te subsannationes iniustoꝝ. Subsannatio eñ ⁊ nō obla
tio est:q offert de furto/de rapina/de vsura/vel aliter de
iniusto lucro. vnde Eccli.xxxiiij. Dona iniquoꝝ nō pbat
altissimus:nec respicit in oblationes iniquoꝝ:nec in mul
titudine sacrificioꝝ eoꝝ propitiabitur peccatis. Clamat
eñ rapina:clamat vsura:clamat pauperū sudor contra
opprimentes eos. Quare qui offert sacrificiū de substā-
tia pauperū:quasi qui victimat filium in ꝯspectu patris
sui. Eccli.xxxiiij. De re ergo nō sua:ad cuius videlicet resti
tutionē iniustus possessor tenetur:neq oblatio:neq ele
mosyna fieri pōt:sed nec scienter recipi debet: vt decla-
rat Iohā.cancella.parisi.in de solicitudine ecclesiastico
rū ca.xij.nisi forte nesciretur cui facienda esset restitutio
tunc eñ p modū restitutiōis cōuerti posset in pios vsus
p his qbus debent per oblationem vel elemosynam de
quo alīs. ¶ Debet etiā esse mūda acquisitione:vt non sit
turpiter acquisita.i.vt nō sit preciū pcti. vnde Deutero.
xxiij.pcipitur. Non offeres mercedē prostibuli: nec pciū
carnis in domo dñi dei tui. Et hoc ppter cauendum scan
dalū:ne videat ecclesia fouere pctā/si de pcti lucro ob-
lationē reciperet: vt dicit btūs Thom ij.ij.q.xlvj.arti.iij.
¶ 4 Debet esse quarto vtilis valore: vt pficiat ad fi-
nem ppter quē offertur. Qui in genere duplex est. Pri-
mus est ꝯfessio seu prestatio supremi dominij beneficiē
tie/misericordie/⁊ ceterarū pfectionū in deo: ⁊ q ad hūc
finē offerūtur:debent habere aliquē ordinē siue cōueni
entiā ad repsentandum ea in quoꝝ testimoniū offerunt:
sicut candele tenebrosa illuminantes significāt diuinam
tus rogat. Nō est aūt rogatio siue petitio/locutio vel ora
tio vt qbusdā videt optatiua: fm Guil. parrhis. in de diui
na rhetorica circa principiū: sed oro alterius inclinatiua:
nō eñ qui optat: vel desiderat aliqd/ id eo ipo petit: nam
multi optant siue desiderāt q̄ nō petūt. Multi etiā optāt
siue desiderāt q̄ habere nolūt: sicut viri sancti & sapiētes/
qui multa cōcupiscūt & desiderāt: a quib9 tñ abstinet se vi
riliter & auertūt. Qui aūt petit/indubitāter ondit se velle
obtinere qd petit. Hec Guil. Itaq; in pposito. rogam9 et
petimus deū patrē clemētissimū: vt nobis q̄ petim9 tribua
tur. Quō aūt intelligendū sit deū petitionib9 ad petita cō
ferendū inclinari: inferius dicet/cū de sanctoꝝ imploratio
nibus sermo fiet. ¶ Addit: Ac petimus. ad exprimendū
affectus magnitudinē. Accumulat eñ fm Alex. verba de
precatoria dicēs: Rogam9 & petim9 vt sic geminata postu
latione/meli9 obtineat qd intēdit. Et pluraliter loquit/si
gnificās se vice oim orōnē fundere deo patri. ¶ J Pe
timus aūt nō supbe: sed Supplices.i.humiles: qm ab ini
tio supboꝝ supplicatio nō placuit dño: sz humiliū. Judith
ix. vñ & Jac.iiii. Supbis de9 resistit: humilib9 aūt dat gra
tiā. Humiles ergo nō presumentes de nostris meritis: nec
in iustificatiōib9 nostris/psternim9 preces nr̄as ante faciē
tuā: sed in miserationib9 tuis magnis & multis cū viro de
siderioꝝ sancto daniele (Eiusdē.ix.) sciētes qm oratio hu
miliātis se celos penetrat: & nō discedet donec altissimus
eā aspiciat. Eccl. xxxv. Unde & legim9 q pharisaeus ille q̄ iu
sticias suas allegauit corā deo spretus est: vbi publican9
cōfitens humiliter/iustificat9 abscessit. Lu. xviii. Et q2 duo
sunt quib9 petēs obtinet qd intēdit: sz diuina clemētia ex
parte exorati: & humilitas ex parte orantis. Ideo pter
primū dicit/pater clemētissime. Propter scdm/supplices
petimus & oram9. Petim9 aūt: Per iesum christū filiū tuū
dñm nostrū. tanq̄ p mediatorē inter te patrē & nos mise
ros pctōres: q̄ ppiciatio est p peccatis nostris: q̄ lauit nos
in sanguine suo: & recōciliauit nos pditos tibi: regenera
uitq; nos in spem viuā: p quē cū essem9 tenebre/facti sum9
lux in dño. Per hūc ergo mediatorē/te patrē clemētissimū
rogamus & petim9/p quē impetrādi certitudinē accepim9

Ipse eñ veritas eterna sub iuramenti pollicitatione no
bis pmisit. Amen amē dico vobis: si qd petieritis patrem
meū in noie meo/dabit vobis. Joh. xvi. Propter qd meri
to p ipm implorām9. Et q2 p te rogam9 & petimus dñe no
ster iesu christe: aperi igit p nobis os tuū sanctissimū: os
bñdictū. Te nāq; os tuū aperiēte/oēs nostri accusatores
obmutescent: te prestāte patrociniū cause nostre/ nulli ex
aduersis cōsurgent. Si nāq; tu p nobis/qs cōtra nos? Te
dante vocē gratiosissimā pariter & patri gratissimā/vocem
illā angeloꝝ eloquijs incōparabilē: an auertet pater mia
rū aures suas. Qui te a nobis audiri mādauit/dicēs: Hic
est filius me9 dilect9 in quo mihi bene cōplacui: ipm audi
te. Mat. xvii. Quō te p nobis interpellantē nō exaudiet.
Tu eñ suscipere dignat9 es patroni & aduocati officiū: te
ste dilecto tuo discipulo. Aduocatū habem9 apud patrem — i. Jo. ii.
iesum christū iustū: & ipse est ppiciatio pro pctis nostris.
Hinc nostrā age fideliter causā. Nō opus est vt iterū san
guinē tuū fundas viuificū in sanctificationē nostrā: suffi
cit nobis vt preces fundas placationis in cōspectu patris
An denegabis nobis preces rogatus: q̄ & sanguinē pro — Heb. ix.
priū tribuisti nō petitus? Tu nāq; appares vultui dei pro
nobis: vt semp viuens interpellas pro nobis. Ideoq; p te
iesum christū dñm nostrū filiū suū/patrē rogam9 & petim9
¶ L Quibus vbis describit christus quintupliciter.
Primo quantū ad effectū salutarē q2 iesum: quātū ad di
gnitatē regalē q2 christū: quātū ad pprietatē psonalē q2 fi
liū tuū: quātū ad pñdentiā vniuersalē q2 dñm: quantū ad
profectū humanalē q2 nostrū. Quoad primū dicit euāge
lista. Vocatū est nomē eius iesus. Luce.ii. cuius interpre
tationē Mat.c.i. aperit. Ipse eñ saluū faciet ppłm suū a
peccatis eoꝝ: venit eñ saluū facere qd perierat. Luce. xix.
Nec venit vocare iustos: sed pctōres: qm nō est opus be
ne habētib9 medico: sed male habentib9. Mat. ix. & Petr9 — Act. iiii.
aplus. Nō est aliud nomen sub celo datū hoibus/in quo
oporter nos saluos fieri. Ipsum eñ est nomen salutiferū
q2 ois quicūq; inuocauerit nomen dñi salu9 erit. Johel.ii.
Ecce effectū salutarē. ¶ Describit in noie christus/ digni
tas regalis: q2 christus vnctus interpretat: & ipse quidem
vnctus est fm illud ps. de eo: Unxit te deus de9 tuus oleo
leticie pre participib9 tuis. Reges q̄ppe pphe & sacerdo
tes in lege vngebant: & ipse rex fuit/ pphetā & sacerdos.
Rex. Jo. xii. Bñdictus q̄ venit in noie dñi/rex isrl. & iterū.
Noli timere filia sion: ecce rex tuus venit tibi. Math. xxi.
Et ps. de christo loquēs. Sedes tua deus in seculū seculi:
virga directionis virga regni tui. Et iterū. Deus iudicium
tuū regi da: & iusticiā tuā filio regis. & in Apoc. xix. Habet
in vestimēto & in femore suo scriptū: Rex regū & dñs do
minātiū. Ecce dignitatē regalē. ¶ Notat tertio pprietas
psonalis in vbo filiū tuū: de quo ps. Filius me9 es tu: ego
hodie genui te. Et precursori/voce patris lapsa de celo di
ctū est. Tu es filius me9 dilectus in te mihi cōplacui. Vñ & — Luc. iii.
ait vox verbi iohānes. Et ego vidi/ & testimoniū perhibui:
q2 hic est filius dei. Johā.i. Lucas quoq;: Et qd nascet ex
te sanctū/vocabit filius dei. Ipse quoq; se dei patris filiū
nedū verbis creberrimis: sed & signis & virtutib9 certissi
mis declarauit. Unde ceco nato post eius illuminationē
loquens ait: Credis in filiū dei? Sequit. Et vidisti eum: &
qui loquit tecū/ipse est. Joh. ix. & eiusdem. xx. Hec scripta
sunt: ait Johānes qui veritati testimoniū phibuit: vt cre
datis: q2 iesus est christus filius dei: & vt credentes vitam
habeatis in noie eius. ¶ L Inuenit etiam presidentia
vniuersalis in verbo dñs. ad Ephe.i. Deus pater cōstituit
illū ad dexterā suā in celestib9 sup oēm principatū & pote
statem & virtutem & dominationem &c. Et oia subiecit sub
pedib9 eius: & dedit ipsum caput super oēm ecclesiā. Ipse
quoq; dñs ait Mat. vlti. Data est mihi ois potestas in ce
lo & in terra. Iterū. Vos vocatis me magister & dñe: & be
ne dicitis: sum etenī. Joh. xiii. Item ad Heb.ii. apls. Con
stituisti eū super oia opera manuū tuarū. vbi Amb. Ecce
potestas christi ostendit. Sicut eñ a diuino opere nihil ex

cipitur: ita nec a christi potestate. Item ad Philip. ij. Prop-
pter qd̄ et deus exaltauit illum: et donauit illi nomē qd̄ est
sup om̄e nomen: vt in noīe eius om̄e genu flectaē celestiū
terrestriū et infernoꝝ. Attende hic presidentiā vniuersalē.
Signatur demū profectus humanalis in verbulo noster.
Siquidē noster iesus: noster christus: noster filius: noster
Esa.ix. dn̄s. Paruulus em̄ natus est nobis: et filius datus est no-
bis. Datus in antidotū nostre saluationis: in pabulū nr̄e
refectionis: in sacrificiū nr̄e recōciliationis: in sacramentū
nostre sanctificationis: in preciū nostre redēptionis: q: ie-
sus. i. saluator. in aduocatū nr̄e allegationis: in magistrū
nostre eruditionis: in lumē nostre illuminationis: in dire-
ctionē nostre viationis: q: christus. i. vnctus. in scutū nr̄e
protectionis: in ducē nostre gubernationis: in ꝓpugnatorē
nostre defensionis: in iudicem nostre remunerationis: q:
dn̄s noster. Magna igiē fiducia preces fundim⁹ ad te pa-
trem clementissimū: vbi assiduū habem⁹ interpellantē ie-
sum prudentissimū aduocatū christū: mediatorē acceptis-
simū patris celestis filium: petitiōis effectuū largitorem:
cum patre potentissimū celi et terre nostrū et vniuersitatis
dn̄m. Rogamus ergo et petim⁹ supplices te pater clemen-
tissime per iesum christū filium tuū dn̄m nostrum.

Lectio. xxi.

A

Vti accepta habeas

et benedicas: Hec dona: hec munera: hec sctā
sacrificia illibata. Captata beniuolentia
eius q̄ petiē in v̄bo: Te pater clementissime.
Cōmemorato etiā mediatore / cui⁹ merito oratio nr̄a pa-
tri acceptabilis reddiē: in v̄bo Per iesum christū filiū tuū
dn̄m nostrum. Insinuato deniq̄ supplicādi affectu / quo
mens orantis in sublime tolliē / in verbo Supplices roga-
mus et petim⁹. Sequiē expressio eoꝝ q̄ a clementissimo pa-
tre obtineri desideranē. Que duo sunt. Primū vt grata
sint offerenda munera. Scd̄m vt fiant sacrificia idonea.
Primū expͥmiē cū diciē: Vti accepta habeas. Scd̄m cum
diciē: Et bn̄dicas. Et tertio offerenda cōgruis vocabulis
designanē: cū sequiē: Hec dona: hec munera: hec sancta sa-
crificia illibata. In his tribus versabitur hec lectio. xxi.
B Petim⁹ ergo quoad primū: Te pater clementissi-
me. vti. i. vt. accepta habeas. i. placita tibi sint et grata hec
dona et munera q̄ panis sunt et vinū: terrena et a terrenis
tibi oblata: et idcirco diuine maiestati tue indigna: tn̄ q: p
filiū vt a nobis iugiter offeranē sunt instituta: petim⁹ igiē
vt in honorē dilecti filij tui / hec dona accepta habeas: vt
placita sint tue volūtati. Quia em̄ oblatiōes / holocausta
et vete. le. sacrificia / neq̄ sufficiētia erāt: nec tibi placuerūt
idcirco fili⁹ tuus in vltima cena finē eis iponere volēs: ac-
ceptis in manib⁹ pane et vino grās agens / bn̄dixit dixitq̄
discipulis. Hoc facite in meā cōmemorationē. Per qd̄ hec
ipsa dona et munera nobis in sacrificiū cōmendauit. Peti-
mus igitur vt accepta sint tibi nostra munera: noua filij
tui instituta: q̄bus superuenientibus vetera sunt ꝓiecta:
sic em̄ in lege mandasti. Supuenientibus nouis vetera ꝓij-
cietis. Leuiti. xxvi. Et recte in tēpore plenitudinis gratie /
vetera imperfecte legis sacrificia ꝓijcienda fuerant: q: im-
perfecta ac insufficientia fuerāt: qm̄ deo non placuerunt:
pctā nō abstulerūt: nec gratūfacientē gratiā contulerunt.
De pͥmo dicit Hiere. vi. c. Holocaustomata vestra nō sunt
accepta. victime vestre nō placuerūt mihi. et Osee. vi. Mi-
sericordiā volo / nō sacrificiū. in ps. quoq̄. Quomō si vo-
luisses sacrificiū dedissem vtiq̄ / holocaustis nō delectabe-
ris. Et in alio ps. Nō accipiā de domo tua vitulos: neq̄ de
gregibus tuis hircos. De secundo idē ꝓpheta dicit. Holo-
caustum pro peccato nō postulasti. et apostol⁹ ad Hebre. x.
Impossibile est sanguine hircorū et taurorū auferri pctā.
De tertio idē apostol⁹ ad Roma. iij. Ex operibus legis nō
iustificabitur oīs caro. et Ezech. xx. Dedi eis precepta non
bona et iudicia in quibus non viuēt. Precepta scilꝫ quātū
ad sacrificia / et cerimonialia ac iudicialia in q̄bus nō viuēt

vita scꝫ gratie. Et iterū ad Gal. ij. Si per legē iusticia: ergo
christus gratis mortuus est. Quia igitur pater clemētissi-
me / legis oblationes et sacrificia reprobas tāq̄ inutilia ad
eterne vite consecutionē / et remissionē pctōrū. Te suppli-
ces per iesum christū filiū tuū petim⁹: vti accepta habeas
hec nostra dona / munera et sacrificia: que idē filius tuus in
quo tibi bene cōplacuit: nos tibi offerre voluit ꝓ cursu le-
gis euāgelice et gratie. C Sed p̄dictis videē obuia-
re illud Leuiti. iiij. Si peccauerit aīa de populo terre: offe-
rat capram immaculatā: et adolebit eā sacerdos super altare
in odorē suauitatis dn̄o: rogabitq̄ pro eo: et dimittetur ei.
Videē ergo q̄ legis sacrificia placuerūt dn̄o: et accepta fue-
rant ad remissionē pctōrū. Itē ibidē. xviij. c. Custodite le-
ges meas atq̄ iudicia: que faciēs homo viuet in eis. Vita
aūt hoīs spūalis est per gratiā iustificātē: igitur videtur
q̄ gratiā ꝯtulerūt. Preterea ad Heb. ix. Si sanguis tauro-
rū et hircoꝝ et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat
ad emūdationem carnis: quāto magis sanguis christi. Et
post pauca. Oīa pene in sanguine mundanē sm legē. Ex
q̄bus verbis videē elici posse q̄ p sanguinē animaliū obla-
torū in sacrificiū / remittunē peccata delinquētiū. Pro
horū solutione aduertendū / q̄ in sacrificio veteris legis
tria cōsideranda occurrūt: scilꝫ caro et sanguis animalis
qd̄ offerebaē. Scd̄o res spūalis q̄ figurabatur: vt i agno /
vel vitulo christus: in capra penitētia: i boue vita robusta
et actiua: in aue vita sublimis et cōtēplatiua. Tertio perso-
ne ꝓ quibus sacrificiū immolabaē: et harū fuerūt due spe-
cies: q: quedā digne: q̄dā fuerūt indigne. Indigne / q̄ sa-
crificium hmōi carnaliter tm̄ attendebant. Digne vero q̄
ea spūaliter itellexerūt: et i christū in eis figuratū explicite
vel implicite credentes: sm spiritualē hoꝝ intellectum vi-
tam suam ordinauerūt. C Scd̄o aduertendū q̄ pctā re- Pctā re
mitti p illa sacrificia / dupl'r pōt intelligi. Vno mō quantū mitti per
ad reatū culpe / qui et cordis macula / et dei offensa appel- sacrificia
latur. Alio modo quantū ad reatū pene. pene dico nō de- dupl'r in-
bite ꝓ pctō in inferno / vel purgatorio soluende: sed pene telligiē.
legis quā incurrebant ex esu ꝓhibitoꝝ ciborū / et ex tactu
morticini: ꝓpter q̄ ꝓhibiti fuerunt iudei ab ingressu tēpli:
et ita facti quasi irregulares: de quo Nume. xix. C Tertio
notādū / q̄ sacrificia veteris legis iustificare dupliciter ac-
cipitur. Vno mō q̄ cōferant gratiā gratūfacientē: q̄ ē vera
ꝑfecta et gratuita iusticia / qua redditur deo honor: et debi-
ta obedientia. Alio mō q̄ in hoꝝ sacramentoꝝ exhibitiōe
iustificenē sacrificātes iusticia q̄ est virt⁹ moralis et politi-
ca q̄ acquiritur ex frequenter iuste operarī: sicut cetere vir-
tutes morales ex actibus frequentatis. C D Per has
distinctiones respōdeē ad obiecta. Vnde dicendū q̄ sacri-
ficia illa sm se sumpta / et v̄tute operꝫ operati deo nō pla-
cebāt: neq̄ propter ipsa deus peccata sacrificantiū remis-
sit quantū ad culpe reatū / siue consciētie maculā. Et sm
hoc intelligēde sunt autoritates inducte. Illa Hiere. Vi-
ctime vestre non placuerūt mihi. Et illa apl'i. Impossibile
est sanguine hircoꝝ auferri pctā: q: ad hoc victime ille insti-
tute non fuerāt a deo: neq̄ ad hec attingere potuerūt: cū
fuerit res pure corporee et materiales: q̄ ad pctōꝝ deletio-
nē nullū efficientis cause ordinē habuere. Verūtamē per
hec sacrificia remittebanē pctā quantū ad penas legis / et
immūdicias corporales: q̄ fuerūt irregularitates quedā
cōtracte ex cōtactu cadauerū / vel aliarū corporaliū immun-
diciarū: que ꝓhibebāt ab ingressu tēpli: et reddiderūt po-
pulos inidoneos ad cultū dei. Has pene et impedimēta tol-
lebanē p quedā sacramētalia illius legis. Et sm hoc intel-
ligiē dictū apostoli / q̄ sanguis hircoꝝ et cinis vitule inqui-
natos sanctificat ad emūdationē carnis. Carnis dr̄: nō aīe
ad denotandū q̄ gratiā / q̄ immūdiciā mētis delet: nō ꝯtule-
rūt. Sicut in noua lege dispēsatio cū male nato ad suscē-
ptionē ordinū / tollit irregularitatē: sꝫ gratiā nō infundit.
Dicūt tn̄ doctores cōiter / q̄ hec sacramēta oblata in chari-
tate ex obediētia dei instituētis / in ꝓtestationē vere fidei
saluatoris: quem p hec venturū credidere et ꝓtestabātur:

deo placuerūt: et remissionem peccatorū quantum ad de-
lendū reatū anime pmeruerunt: et grām gratūfacientē cōtu-
lerunt. Et ſm hoc intelligi debet illud Leui. iiij. facta men-
tione de ſacrificio ſeqtur. Et orabit ſacerdos pro eo: et di-
mittet ei ſcʒ peccatū: nō quidē ex oblato munere: ſed ex of-
ferentis deuotione. Et ſilr illud ad Gal. ij. Ex operibus le-
gis non iuſtificabit homo: niſi per fidem ieſu chriſti. Dua-
rū ſiquidē dicere videtur φ aliquis ex obedientia et chari-
tate ſeruet preceptū dei: et nō mereat: φ q̄ deus det prece-
ptū alicui: et nolit preceptū obſeruantē mereri quātū cūq̄
ex obedientia et deuotione obſeruet. Nec̄ tñ ex his ſequi-
tur φ fuerit ība ſacrificia: q: nō cōtulerūt gratiā ɔ̄tute ope-
ris operati: ſed virtute boni motus interioris voluntatis:
q̄ non neceſſario requirit in ſacramentis noue legis: ſʒ ſuf-
ficit remotio obicis: vt declarat Sco. in. iiij. di. i. q. v. Sacri-
ficia tñ iſta veteris legis, inquātū ſub precepto cadebant:
iuſtificabāt iuſticia morali et politica, etiā ſecluſa deuotio-
ne que dicta eſt, offerentis: inquantū ſcʒ opera legis, q̄ in-
ſta erant: q: diuinis preceptis ɔformia: generabāt habitū
iuſticie que ītus moralis eſt in offerentib⁹. Hec em̄ ex fre-
quentatis actibus gignitur naturaliter: et non gratuito in-
funditur ſupernaturaliter. ¶ E Et ſm has diſtinctōes
tranſeūt autoritates hincinde allegate: q̄ videnť oppoſi-
te, et ſibijnuicē repugnare. Qia tñ hec veteris teſtamenti
ſacrificia per vnicū chriſti ſacrificiū in cruce euacuata ſunt
cui⁹ nos quotidie memoriā facimus, offerentes eandem
hoſtiam in altari. Vñ petimus a patre ſacrificiū noſtrum
acceptū haberi: et ſue maieſtati dignū: nō munerū natura-
li pp̄rietate: ſed mediatoris chriſti inſtitutione. ¶ Vt ve-
ro ipſa munera apta reddant cōuerſioni in verū corpus
chriſti: addit: Et benedicas. hec. ſ. munera. i. benedictionē
virtutis tue et gratie in ea diffundas: vt idonea ſint tā di-
uino ſacramēto: vt dicit Alber. nō em̄ noſtrū eſt benedice-
re ſed tuū: noſtrū aūt eſt te inuocare o pater clementiſſime:
vt tu benedicas. Nume. vj. Inuocabūt nomen meum ſup
filios iſrael: ego aūt bñdicā eis. Rogamus ergo et petim⁹
ſupplices clemētiſſimū patrē, quatenus benedicat et ſan-
ctificet mūera oblata: vt i viuū ſacrificiū ɔuertant: veʒ ſcʒ
corpus chriſti et verū ei⁹ ſanguinē. ¶ F Exprimunť aūt
offerēda mūera, panis ſcʒ et vinū aq̄ mixtū triplici noie, cū
dicit: Hec dona: hec munera: hec ſancta ſacrificia illibata.
Eadē ſacrificia ſunt his noibus deſignata ſm Alex. Nā q̄
ſacris altarib⁹ offerunt, munera dicunť, dona et ſacrificia.
Unde Mat. v. Si offers mun⁹ tuū ad altare etc. et ad He-
bre. v. de pontifice dicit: φ ɔſtitut⁹ eſt a deo vt offerat do-
na et ſacrificia p peccatis. Nō ergo per premiſſa tria aliud
et aliud dicitur: ſed res vna p ſui magnitudine, diuerſa ap-
pellatione laudat. Hoʒ em̄ verborū inculcatio pie deuo-
tionis eſt exercitatio: et ineffabilis cōmendatio ſacramēti.
Siquidē nō inuenit aliqd̄ vocabulū, quo tantū ſacramen-
tū digne valeat appellari: niſi φ grece dicitur eucharistia
qd̄ exponit bona gratia. Pronomē hec, demonſtratiuum
pōt demonſtrare ad litteram ſubſtātias oblatas paneʒ et
vinū: vel per tropologiā offerentē ipm: vel p allegoriā, q̄
in his ſubſtātijs ſignificat chriſtū. Nā qd̄libet hoʒ nō in-
cōuenienter dici pōt donū, mun⁹ et ſacrificiū. Et ſm hoc
tripľr pōt exponi. ¶ Quo ad primū quantū ad litterā pñt
hec oblata tripľr cōſiderari. Uel vt ex liberalitate dei in
nos pfluūt: et ſic dicunť dona. Uel vt a nobis pie recipiūn-
tur: et ita ſunt munera. Ut aūt deo a nobis offerunt: ſunt
Donum quid — ſacrificia. vnde Iſido. Donū proprie dicit qd̄ inferiori a ſu-
periore cōfert. Iac. i. Omne datū optimū, et omne donū
Munus — perfectū deſurſum eſt. Munus qd̄ ab inferiore ſuperio-
ri pſentat. Gene. iiij. Reſpexit dominus ad abel et ad mu-
Sacrificium. — nera ei⁹. Sacrificiū, qd̄ creatori offert. ps. Uoluntarie ſa-
crificabo tibi. et in alio. Sacrificate ſacrificiū iuſticie et ſpe-
rate in dño. Et ſm hoc ſunt dona nobis ad ſuſtentationeʒ
a deo collata. mūera a nobis deo vt laudet reddita: ſacri-
ficia, q: p pctis noſtris deo oblata nos ſacros efficiūt. vñ
Alexan. His vocabulis trib⁹ inſinuat φ hec demonſtrata
ſunt nobis a deo collata: a nobis deo preſentata et oblata
in verū et ſummū ſacrificiū tranſſubſtātiata. Sic ergo ſm
Inno. donū eſt dātis: mun⁹ recipientis: ſacrificiū offeren- — i. Paral. vlti.
tis. Dona itaq̄ offerim⁹ cū dauid dicentes. Que de manu
tua accepim⁹: offerimus tibi: q: offerri nō poſſunt niſi do-
na dei. Nō em̄ iniuſte acquiſita: aut tēporalia lucra offerri
poſſunt: vt. ſ. habitū eſt. Munera do dū volūtarie reddi-
mus. Non em̄ offerri poſſent niſi eſſent noſtra munera: q:
munera ſunt voluntaria: et hec reponi pñt in dei donaria.
Exo. xxxv. Omnis volūtarius et prono animo offerat do-
mino. vñ in ps. Filie tyri in munerib⁹ vultū tuum depreca-
bunť. Exponit Alb. Filie tyri in munerib⁹, ſunt aie angu-
ſtiate huius ſeculi in labore: vel acquirētes vel poſſiden-
tes q̄ dño debent offerri. vnde et magi. Venim⁹ cū mune-
ribus adorare eū. Mat. ij. Sacrificia aūt offerim⁹, dū ſa-
crū facimus. ſm Iſidoꝛ. Dum prece myſtica in memoriam
paſſionis dñice cōſecramus. Et ſm hoc aliq̄ (vt refert Ale-
xan.) ſic diſtinguūt. Hec dona ſcʒ nature: hec munera ſciľ
deuotionis noſtre: hec ſcā ſacrificia illibata maieſtati di-
uine: vt hec dona referatur ad naturā: hec munera ad gra-
tiam: hec ſacrificia ad incorruptionis gloriā. ¶ G In
his prioribus expoſitionib⁹ p pnomen hec, ipſa dona pre-
ſentia panis et vinū ad ſenſum demonſtrant. Et huic con-
ſonat Augu. Dona offerimus cū nos ipſos deo offerim⁹:
munera cum eius beneficiorū memores ſumus: ſacrificia
illibata cū ei humilitatē ac laudes ipendim⁹. vñ ps. Sacri-
ficiū deo ſpūs cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deus
non deſpicies. Poſſunt nihilominus per pnomen hec, ad
intellectū offerētes myſtice demōſtrari: vt nos offerentes
intelligamur per dona, munera et ſacrificia. ¶ Poteſt etiā
tertio per pnomina, ille qui venit offerendus ad intelle-
ctū allegorice demōſtrari. i. chriſtus quātū ad corpus et ſan-
guinē ſic intelligendo: Rogamus te pater clementiſſime
vt hec dona, hec munera, hec ſacrificia: hoc eſt chriſtum in
cuius corp⁹ et ſanguinē hec materialia dona panis et vini
ſubſtantia orant ɔuerti: accepta habeas et benedicas, fa-
ciendo ſcʒ vt effectū et optatū habeāt in illis p quib⁹ offe-
rim⁹. Dicit aūt chriſt⁹ quātū ad corpus et ſanguinē donū,
munus et ſacrificiū. Donū, inquantū a patre nobis datus
eſt liberaliter. Eſa. ix. Fili⁹ datus eſt nobis. Mun⁹, inquā-
tum hec ſpūſſcī formatiōe in vtero virginis deuote ſunt
recepta ſm illud Luce. i. Ecce concipies in vtero et paries
filiū. et ſequit. Spūſſanctus ſuperueniet in te etc. Sacrifi-
ciū, inquantū ex nimia charitate in cruce ſeipſum obtulit
ſponte in ſacrificiū noſtre redēptionis. ſm illud Eſa. liij.
Oblatus eſt, q: ipſe voluit. et ad Ephe. v. Dedit ſemetipſ
p nobis oblationē et hoſtiā deo i odorē ſuauitatis. ¶ Uel
dicit chriſt⁹ donū, munus et ſacrificiū: q: ipſum pater de-
dit: filius obtulit: ſpūſſanctus accepit: ſinguli tñ dederūt
obtulerūt et receperunt: ſed ad diſtinctionem dicit pater
dediſſe pp̄ter autoritatē: filius obtuliſſe propter humili-
tatē: ſpūſſanctus accepiſſe propter benignitatē. ¶ Ex p̄-
miſſis itaq̄ patet quomodo offerentes, oblata et qui pa-
tri offerendus in eis ſignificatur: ſunt dona, munera et ſa-
crificia. ¶ H Dicitur etiam pluraliter hec dona, hec mu-
nera etc. q: panis et vini prius q̄ conſecrentur: et diuerſe
ſunt ſpecies ſubſtantiaꝝ et diuerſe ſubſtantie ſpecieꝝ: ſed
vbi cōſecratio celeſtis acceſſerit: ſpecies q̄dē remanēt: ſub-
ſtantie conuertunt: vt ſint diuerſa continētia: vnum vero
cōtentū. Nā idē ſub vtraq̄ ſpecie cōtinet. ſ. totus chriſtus
licet nō in idē vtraq̄ panis et vini ſubſtantia cōuertat: de
quo infra latius. ¶ Uel referēdo p̄ciſe ad corpus chriſti
ſm vltimā expoſitionē. Quāq̄ chriſtus vnus, et in ſe indi-
uiſus, totaliter integraliterq̄ cōtineat: dicitur tñ plurali-
ter, hec dona, hec munera, hec ſacrificia: propter diuerſita-
tem realē ſui corporis et ſanguinis: que ſunt diuerſa et pri-
mo contenta ſub dictis ſpeciebus ex vi conſecrationis ſa-
cramētalis. Non em̄ corpus chriſti eſt ſanguis chriſti: nec̄
ſanguis chriſti eſt corpus chriſti vel pars eius. pars dico il-
lius corporis quod eſt primū ſignatum ſpecierum panis

Hoc em̄ est corpus illud/quod est ꝓximū perfectibile ab
anima rationali:tale autem non est sanguis: cū sanguis
nec sit animatus:nec animalis ſm pħos.ex pħo.ii.de aia.
c.xi. Ex aere quidē enim/aut aqua impossibile est cōstare
animatū corpus: oportet em̄ firmū esse. Relinquit autē
mixtum ex terra/⁊ ex his esse:vt vniuersaliter caro ⁊ ꝓpor
tionabile. Et cōmentator cōmen.cxi. Impossibile est em̄
sicut dicit ſm pħm/vt cōstitutio corporis esset ex aere aut
aqua:aialia em̄ necessario indigent corpore duro. sequit.
Ut est caro ⁊ ei⁹ silr in animalib⁹ carentib⁹ carne. Hoc etiā
cōsonat cōi dicto doctor asserentiū sanguinem christi nō
fieri presentem specieb⁹ panis ꝑ se ⁊ directe vi cōsecratio
nis:sed per quandā cōcomitantiā:qđ verū nō esset/si san
guis esset per se pars corporis. Quia ergo realiter plura
sunt/sanguis corpus:⁊ sub distinctis specieb⁹ ꝑ se cōtinen
tur:petimus in plurali/vt hec dona/hec munera. hec san
cta sacrificia accepta habeat ⁊ benedicat. ❡ I Et dicū
tur hec dona sancta ⁊ illibata sacrificia (ſm Alex.) San
cta rōne significationis/nō ſm se:sed qꝛ significant sacro
sanctū corpus ⁊ imaculatū sanguinem christi. Et illibata/
nō quasi nondū gustata:ſꝫ illibata.i.immaculata:qꝛ sine
macula cordis ⁊ corporis oportet offerri:quaten⁹ ⁊ cor ab
iniquitate mūdet/⁊ corpus ab imūdicia: ſm illud Esa.lii.
Mūdamini q̄ fertis vasa dñi. ❡ Uel dicunt̄ scā.i.ad san
ctū vsum deputata:quō Achimelech dixit ad David in fi
gura hui⁹ sacramēti. Nō habeo panes laicos ad manū: ſꝫ
tm̄ panē sanctū.i.Reg.xxi. Panis laicus cōis panis est/q̄
sacerdotib⁹ in officio nō cōmittit: sed panis dicit sanctifi
catus ⁊ sanctis ministrādus. ❡ Uel referendo hec dona/
hec munera ⁊c. ad id qđ signāt/⁊ in qđ cōuerti orant/scilꝫ
corpus ⁊ sanguinē christi: sicut sunt sancta ⁊ illibata.i.mū
da:⁊ nulla sordiū aut pctōꝝ cōtagione maculata: qꝛ san
ctispūs opatiōe de purissimis sanguinib⁹ gloriose ꝟginis
formata/⁊ vnione inseparabili:ſm Dam. ineffabili sum
me ⁊ sanctissime deitati vnita:rōne cui⁹ in ipsis oīs sancti
tas redūdat. Unī ⁊ scribit ps.xv. Nō dabis sanctū tuū vi
dere corruptionē. Nec in se solū sancta sunt ⁊ imaculata:
sed etiā q̄ ad nos. Nos em̄ scrificauerūt ⁊ mūdauere a sor
dibus pctōꝝ:ſm illud Apoca.i. Lauit nos a pctis nostris
in sanguine suo. ❡ De his munerib⁹ ⁊ donis oblatis/fru
mento scꝫ de quo panis/⁊ vino dicit Zach.ix. Bibentes
inebriabunt̄ quasi a vino:⁊ replebunt̄ vt phiale/⁊ quasi
cornua altaris:⁊ saluabit eos dñs eoꝝ in die illa:vt gregē
populi sui:qꝛ lapides eleuabunt̄ sup terrā eius. Quid em̄
bonū eius est:⁊ quid pulchrū eius/nisi frumentū electoꝝ/
⁊ vinū germinans virgines? Que exponens dñs Alb. ait
Hec de sacramento altaris intelligunt̄:qꝛ bibentes dñi ca
licem inebriabunt̄ amore eternoꝝ vsq ad obliuionem sui
⁊ terrenoꝝ:quasi vino qđ letificat deū ⁊ hoies. Ebrietas scꝫ
illa ſm glo. placebit deo sicut sacrificiū altaris: phiales em̄
super altare liba fundunt̄. Uel ſm Alber. illo vino repleū
tur phiale spiritualis animi deuotione: quoꝝ intima san
guis dñi infundit:⁊ sic eum replet deuotionis odoramen
to:vt his sanctificati ⁊ cōfortati sacramentis:efficiant̄ cor
nua altaris ad ventilandū omne qđ deo nō militat. Et sic
salute sacramēti saluabit eos dñs eoꝝ in die illa/noue scꝫ
gratie:qꝛ tunc clare fulgebit ad tenebrarū purgationem:
saluabit aūt sicut peculiarem greges populi sui: cui de se
ipso pabulū preparauit. Lapides em̄ sancti/hoc est mini
stri noui testamenti solidi/viui ⁊ preciosi: tunc eleuabunt̄
in dignitatem in terra ecclesie/quibus merito ꝑpetue san
ctitatis sacramenta cōmittunt̄. Et hanc refectionem in il
libato sacrificio determinat dicēs: Quid est bonū? Bonū
inquā ois boni:bonum qđ oia bonificat:sine quo nihil est
bonū. Et quid pulchrū eius/qđ oia mūdat ⁊ pulchrificat
nisi frumentū/quo toto amore fruendū est. Electoꝝ qui a
massa perditionis per gratiā vocationis diuine separati
Ephe.i. sunt:⁊ ante mūdi cōstitutionem electi in ipso. Hoc autem
frumentū illibatū sacrificiū est: quod ad gustū vel vsum
alicuis deo nunq̄ libatum fuit. Apoca.ii. Dabo ei manna

absconditum/quod nemo nouit nisi qui accipit. Uel ſm
glo. Frumentū electorū saluator est: qꝛ ipse est panis qui
de celo descendit:⁊ cōfirmat cor electorū/qui bibit ab his
qui sancti sunt corpore ⁊ spiritu: qui introducti in cellam
vinariam/gaudentes sequunt̄ agnū quocunq ierit. Hec
glo. Sanguis autē est vinū germinans virgines.i. virgi
neas mentes: ⁊ tam virgineas nō germinaret omni ger
mine virtutū/nisi ⁊ ipsum esset virgineū: ⁊ ideo penitus
illibatū. Uel ſm glo. germinans virgines.i. populum in
vnū deū credentem:qui prius cultu idolatrie cōstuprāba
tur. ❡ L Dum aūt hec profert sacerdos/tribus cruci
bus panem ⁊ vinū signat/vtrūq cōiunctim. Nam ⁊ in se
quentib⁹ frequenter hmōi signationes iterat ante q̄ post
cōsecrationem:vt infra patebit. ❡ Ubi in primis aduer
tendū q̄ hmōi cruces quibus sacrificiū signatur:nō fiunt
dūtaxat ad consecrandū hostiā:ſm beatū Tho.par.iii.q.
lxxxiii.arti.iii. alioquin post cōsecrationem fieri non debe
rent. Sed principaliter per crucis signa modū ⁊ ordinem
dominice passionis representat:vt dicit Inno. q̄ verba ca
nonis ad cōsecrationem ⁊ effectum ipsius impetrandum
pertinent: signa ad historiā recolendā. Unde qꝛ sacrificiū
istud perfectissimū memoriale est dominice passionis: vt
nihil desit quo vel visus/vel auditus tam salubri memo
rie cooperet̄: vniuersa in huius sacramenti consecratione
ac dispensatione cōcurrentia/siue visu/siue auditu perce
ptibilia/ad passionis dominice representationē sunt ordi
nata: vestes scꝫ ⁊ vasa/altaris palle ⁊ tabula cerimonie ⁊
verba/vt ex predictis patet. Cū ergo christi passio in cru
ce sit cōsummata:cōuenienter per signa crucis ipsa passio
representat̄:vt hoc signo quo passio cōsummata est: eius
memoria mentib⁹ tenacius infigat̄. Et quoniā passio qui
busdam gradib⁹ completa est: siquidem alique passionis
partes precesserūt crucifixionem: aliqua in cruce sunt con
summata: ideo vt cōgruo ordine singula representententur
que crucifixionem precessere ꝑ crucis signationes ante cō
secrationem factas. q̄ vero in cruce ⁊ post crucem acta sunt
vel passa:per eas que cōsecrationem sequuntur designā
tur. Crucem precesserūt dñi traditio: ⁊ ad mortem vendi
tio/⁊ mortis ipsius in sacramenti huius institutione pre
signatio. In traditione cōsiderant̄ ꝑsone a quib⁹ christus
traditus est ad mortē. In venditione ꝑsone quib⁹ vendi
tus est. Persona quoq vendētis ⁊ venūdati: que oia re
presentant̄ ꝑ cruces in canonis principio: ⁊ circa hec ver
ba: Benedictā/ascriptā/ratam. Et iterū circa hec verba:
Corpus ⁊ sanguis consignatas: vt patebit in processu.
❡ L Christi itaq triplex traditio designat̄ ꝑ tres cru
ces in horum verboꝝ: Hec dona/hec munera/hec sancta
sacrificia illibata/prolatiōe designatas. Traditus est em̄
christus a deo/a iuda/a iudeoꝝ populo. A deo patre/a fi
lio/a spiritusancto. A deo patre ſm illud Rom.viii. Pro
prio filio suo nō pepercit deus:sed pro nobis oibus tradi
dit illum. Tradidit em̄ filiū preordinando eius passionē
ad humani generis salutem: dandoq homini christo vo
luntatem patiendi. Et non cohibendo occidentiū seuitiā:
immo dando eis que cogitauerūt in dñm faciendi facul= Jo.xix.
tatem. Unde dixit christus pilato: Nō haberes potestatem
aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desup. Tradidit
etiam seipsum filius.i.Pe.ii. Tradidit aūt iudicanti se in
iuste. ⁊ ad Eph.v. Christus seipsum tradidit pro ecclesia
vt illam sanctificaret: mūdans eam lauacro aque in ver
bo: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā nō habentem
maculam neq rugam. Item a spiritusancto. Is est qui ꝑ
os cayphe prophetauit: Expedit vt vn⁹ moriat̄ homo pro
populo ⁊ non tota gens pereat. Joh.xi. ❡ De secūda tra
ditione iude habet̄ Luce.xxii. Juda osculo filium homi
nis tradis. ⁊ Math.xxvi. Querebat opportunitatem iu
das vt eū traderet. ❡ De tertia dicitur de funesto iudeo
rum cōsilio. Uinctū adduxerunt eum ⁊ tradiderunt pon
tio pilato presidi. Math.xxvii. Et pilatus ad christum:
Gens tua ⁊ pontifices tradiderūt te mihi. Joh.xix. Pri

ma traditio qua traditus est a se/a patre/ꝛ spiritusancto
facta est ex charitate nimia. Jo.iij. Sic deus dilexit mun/
dū: vt filium suū vnigenitū daret. Et iterū in ꝑsona redē/
pti hominis loquens apl's ait ad Gal.ij. In fide viuo filij
dei qui dilexit me ꝛ tradidit seipsum pro me. Secūda fuit
ex auaricia. Nam cōstituerunt ei: haud dubiū quin inde:
triginta argenteos: querēti a iudeis: quid vultis mihi da/
re ꝛ ego vobis eū tradā. Math.xxvi. Tertia facta est ex
inuidia. Sciebat em̄ pilatus ꝙ ꝑ inuidiā tradidissent eū.
Ibidem.xxvij. Tradidit ergo illū deus ex dono: iudas ꝑ
munere: iudeus in sacrificiū illibatū: qḋ tamen nō iudei:
sed gētiles libauerūt: quoniā ablatū est ab eis regnū dei:
ꝛ datum genti facienti fructū eius. Math.xxj. In huius
ergo triplicis tradicionis memoriā quam deus fecit ex do
no: iudas pro munere: iudei in sacrificiū illibatum: singuli
aūt ad mortem scilꝫ crucis: tres cruces facimus: vnam in
prolatione verbi/hec dona. secūdā verbi/hec munera. ter/
tiā in verbo/hec sancta sacrificia illibata. ¶ M Secū/
dū durandū aūt in rationali/etiā fiunt tres cruces in ca/
nonis exordio/ob reuerentiā eius cui᷒ potentia fit conuer
sio horū donoꝝ ꝛ munerū in verū sacrificiū/corpus scꝫ et
christi sanguinem. Hic em̄ est deus trinus: cui᷒ opera indi
uisa sunt: que tota trinitas tradidit ipm̄ ad mortem: vt to
ta redimeret nos a morte ꝑ ipsam. Uel ſm eūdem/in me
moriam trine crucifixionis christi. Prima fuit in volūtate
persequentiū iudeoꝝ/dum collegerūt pontifices ꝛ phari/
sei conciliū quō iesum occiderent. Ab illo em̄ die cogitaue
runt occidere eū. Jo.xj. Secūda fuit in vocib᷒ clamantiū:
crucifige crucifige eū. Math.xxvi. Tertia fuit in transfi/
xione manuū ꝛ pedū: nam crucifixerūt eum/ꝛ cum eo la/
trones: vnū a dextris: alium a sinistris. Luce.xxiij. Uel ſm
Alb. fiunt tres cruces propter tres christi illusiones. Fuit
em̄ derisus coram pontificib᷒/coram pilato/ꝛ coram hero
de. Uerū signatio triplicis traditionis principalior est: q̄
ſm Alex. tunc cepit cum filius ex decreto patris: ex cōsilio
spiritussancti: necnō ex ꝓprio beneplacito veniēs hieroso
lymā semetipm̄ exposuit passioni. Sequit: In primis ꝛc.

¶ Lectio.xxij. A



In primis que tibi

offerim᷒ pro ecclesia tua sancta. ¶ Postq̄
sacerdos deprecatus est deū patrem/vt sua
clementia apposita munera sanctificet. In
illa secūda prime partis particula specificat pro quib᷒ hec
ipsa dona ꝛ munera deo offerat. Et subdiuidit in partes
quattuor. In prima petit ea acceptari pro tota ecclesia ge
neraliter. In secūda pro summis ecclesie capitib᷒ speciali/
ter/ibi: Una cum famulo tuo. Tertio pro oibus recte cre/
dentibus fraternaliter/ibi: Et oibus orthodoxis. Quar/
to pro quibusdā specialibus singulariter/ibi: Memento.
¶ Circa primū quattuor petit. Primo tranquillitatē pa/
cis. Secundo custodiā ab aduersarijs. Tertio membroꝝ
ecclesie adunationem. Quarto cōuenientem totius eccle
sie gubernationem: vnde dicit/ Rogam᷒ ac petimus: In
primis te pater clementissime vti accepta habeas: hec do/
na/hec munera: que tibi offerimus. Offerimus/ſm Alb.
idest ad te porrigentes ꝛ eleuantes ferimus: vt sicut dici/
mus sursum corda/habem᷒ ad dñm: ita nos extendentes
eleuamus oblationem cordiū eleuatione ꝛ manuū prten/
sione. Unde ꝛ aaron pectora ꝛ armos dextros separās ab
hostijs/ eleuauit corā domino: sicut p̄cepit moyses Leui.
ix. Pectora quidē pro cordis eleuatione. Armos dextros
pro operis ꝑfectione eleuans per intentionem ꝛ deuotio/
nem coram dño. Dicit aūt offerimus in plurali: licet vnus
solus sacerdos celebrans offerat: q: sacerdos non in sua
dūtaxat persona sacrificat: sed in persona totius ecclesie.
Quapropter nihil in sacramento ecclesie a bono magis/
nihil a malo minus perficit sacerdote: q: nō in merito sa/
cerdotis/sicut nec in persona: sed in merito ecclesie eiusq̄
persona offertur: ꝛ in verbo creatoris conficit. Non ergo
sacerdotis iniquitas impedit sacramenti effectū: sicut nec
medici infirmitas virtutem impedit medicine: vt latius
supra dictū est lec.ij. In ꝑsona ergo ecclesie ait sacerdos:
offerimus tibi: scꝫ deo patri clementissimo: q: tibi soli vni
deo: nō idolis offerendū est. Exo.xx. Non adorabis ea/scꝫ
idola neq̄ coles. Ego sum dominus deus. Offerim᷒ autē
tibi in protestationem supremi dominij/qḋ habes super
omnia. Nam ꝛ sacrificiū describit/ꝙ est oblatio facta deo
in recognitionē supremi dominij. ¶ B In primis no/
tatur ordo huius oblationis quantū ad eos pro quib᷒ fit
oblatio: quoniā etsi charitate spiritualia bona oibus cō/
municanda sint: cum oēs diligere teneamur: nihilomin᷒
charitas est ordinata: ſm illud Cañ.ij. Introduxit me rex
in cellam vinariā: ordinauit in me charitatem. Unde offe
rendū est prius/idest principaliter pro ecclesia tota. Dein
de pro personis singularib᷒: quoniā bonū cōmune prepo
nendum est bono priuato ꝛ singulari/tanq̄ nobilius mi/
nus nobili. Unde ꝛ phs.j. Ethicoꝝ. Amabile quidem vni:
melius autem genti ꝛ ciuitati. Hunc aūt ordinem primū
orandi ꝛ offerendi pro oib᷒ generaliter: ac deinde pro his
qui in sublimitate cōstituti sunt: tangit aplus.j. ad Timo.
ij. Obsecro primo omniū fieri obsecrationes/orationes/
postulationes/gratiarū actiones pro omnibus hominib᷒
pro regibus/ꝛ pro omnibus qui in sublimitate constituti
sunt: vt quietam ꝛ tranquillam vitam agamus in omni
pietate ꝛ castitate. Hoc em̄ bonū est ꝛ acceptum corā sal/
uatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri/
ꝛ ad agnitionem veritatis venire. Ubi glo. Haymonis:
misse hic ordo ostenditur. ¶ C Pro ecclesia tua. Quia
ecclesie nomen frequenter occurrit: placuit hic varias no/
minis ecclesie acceptiones interserere: vt cōfusio quam
parere solet latens equiuocatio: euitetur. Has aūt latius
prosequit Guilhel. ockam lib.v. prime partis sui dialogi.
ca.xxxi. quem in plerisq̄ imitant dñs Petrus de aliaco car
dinalis cameracēn. ꝛ Joh. gerson cancell. Parrhisiensis. Ecclesia
¶ Nomen ecclesia varias habet significationes. Quan/ est equi/
doq̄ em̄ accipit pro templo materiali diuino cultui depu/ uocum.
tato: ꝛ ita accipit in veteri testamento. Deuter.xxiij. Non
ingredietur manser. i. de scorto natus/in ecclesiā dñi vsq̄ ad
decimā generationem. Et in nouo testamento.j. Coꝛ.xj.
Nūquid domos nō habetis ad manducandū ꝛ bibendū:
aut ecclesiā dei cōtemnitis? Illo modo etiam accipit. xvi.
q.j. quicunq̄.ꝛ.ij.q.vij. lator. vbi dicit ꝙ nemini licet eccle/
siam edificare nisi de fauore episcopi. Alio modo accipit
pro templo spirituali: ꝛ sic adhuc multipliciter accipitur.
Quādoq̄ multū generaliter pro quolibet spūali templo
dñi. hoc est pro qualibet rōnali creatura: quā deus inha/
bitat ꝑ gratiā: quō de templo loquit aplꝰ.j. Coꝛ.iij. Nesci/
tis q: templum dei estis vos: ꝛ spūs dei habitat in vobis?
Licet forte min᷒ ꝓprie: q: ecclesia grece: cōuocatio latine
dicit. Cōuocatio aūt nō est vnius: sed pluriū. Accipit er/
go aliter pro cōgregatione fideliū. i. cognoscentiū catho/
licas veritates: siue vniuersali siue particulari. Et ita ad/
huc multipliciter accipit. Quādoq̄ pro cōgregatione ca/
tholicas veritates clare ꝛ beatifice cognoscentiū: ꝛ hec cō
gregatio vocat ecclesia triūphans q̄ est beatoꝝ in patria:
qui aduersus diabolū militiā christo tenētes finaliter triū
pharūt. de qua dicit in ps. Laus eius in ecclesia sanctoꝝ.
Hec est illa ecclesia q̄ sancta est ꝛ imaculata ſm se totā et
oēs sui partes: sine macula atq̄ ruga: ꝛ vt sponsa castissi/
ma sponsum suū christū beatifico amore amplexat: in cu/
ius delitijs ꝑpetue viuit: nec ab eius amplexib᷒ aliqñ abrū
pi pōt aut separari: spūaliter fornicando: q: in amore ꝛ di
lectione sponse firmiter stabilita ꝛ cōfirmata. Alio mō ca
pitur pro cōgregatione cognoscētiū veritates catholicas
enigmatice: ipsis ꝑ fidem assentiendo. Uoco aūt catholi/
cas veritates quib᷒ quilibet viator actu vel habitu expli/
cite vel implicite assentire tenet: ꝛ hec cōgregatio vel mul
titudo hominū vocatur ecclesia militans: q: exercet chri/
sti militiam aduersus ipsius hostis; diabolum scꝫ carnem

⁊ mundū. De hac dicit Act. xx. Attēdite vobis et vniuerso
gregi i quo vos spūssctūs posuit epos regere ecclīam dei.
Et sic accepta adhuc dupliciter accipitur. Uno modo tm̄
pro ecclīa vniuersali: q̄ est vnica extra quā non est salus. de
qua dicit apls. Christū dedit caput super omnē ecclesiam
que est corp⁹ eius. ad Eph. i. et simile ad Col. i. Et hoc mo-
Math. xiij. do cōprehendit in se oēs fideles bonos ⁊ malos. sm̄ q̄ ex-
ponūt doctores sancti parabolas euāgelicas. Simile est
regnū celorum sagene misse in mare. Et illā. Simile est re-
gnū celoꝝ hoi regi qui fecit nuptias filio suo. Ibidē. xxij.
Itē. xxv. Simile est regnū celoꝝ decē virginibus q̄ accipi-
entes lāpades suas exierūt obuiā spōso ⁊ sponse. In qua-
rum parabolarū expositione dicūt sancti malos intra ec-
clesie gremiū cōtineri: dūmodo tm̄ in fide nō errēt. de quo
btūs Augu. in de fide ad pe. parte. ij. c. xliij. ait. Firmissime
tene ⁊ nullaten⁹ dubites arcā dei esse ecclesiā catholicā:
⁊ intra eā vsq in finē seculi mixtas frumento paleas cōti-
neri: idest bonos ⁊ malos sacramentoꝝ cōmunione misce-
ri: ⁊ in omni pfessione siue clericorū siue monachoꝝ siue
laicoꝝ bonos esse simul ⁊ malos. Extra hāc ecclesiam fo-
re paganos iudeos hereticos scismaticos iā dixerat cap.
xxxviij. atq extra hanc ecclesiā saluari neminē posse etiam
si pro christi nomine sanguinem fuderit. cap. xxxix. demon-
strauit. Ad idem beatus Grego. in home. xxxviij. ⁊ homel.
xi. ⁊ home. xvi. sup Ezechiel. Itē. xviij. moraliū exponens
illud Iob. xxviij. Auro locus est in quo conflatur. Una est
ecclesia in qua quisquis cōflari voluerit: ab oi etiā poterit
peccatoꝝ sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis: si
quid tribulationis extra hāc positi sustinetis: incēdi pote-
Adhuc varie accipit ecclesia. stis tm̄modo non purgari. ¶ D Hoc mō adhuc diuersi
mode accipitur. Uno mō p cōgregatiōe oim fideliū actu
existētiū que est ecclīa vera. Alio modo pro ecclesia repre-
sentatiua q̄ est cōciliū generale in spūsancto legitime con-
gregatū. de qua ecclīa sm̄ pluriū expositiones intelligit il-
lud vbū christi de correptiōe fratris. Si te nō audierit dic
ecclesie. Math. xviij. Ecclesia eīm vera omniū fideliū mul-
titudo propter suā dilatationē nunq̄ congregat: neq cō-
gregari potest ad quodcūq discernendū: sed conuocant
patres de omnib⁹ mūdi partibus q̄ diffiniūt ⁊ decernūt: ⁊
hec facientes ecclesiam verā representant. Et sic ecclīa est
supremū tribunal in terris habens autoritatē super quā-
liber psonā singularē cuiuscūq status eminētie aut digni-
tatis extiterit. etiā si papalis: prout in ɔstitutiōe Frequēs
cōciliȷ̄ cōstantien. clarius diffinitur. ¶ Accipit etiā adhuc
ecclesia p cōgregatione nō tm̄ omniū fideliū actu existen-
tiū: sed omniū qui fuerūt a tēpore christi ⁊ apostoloꝝ vsq
nunc sibi succedentium. ⁊ distinguit a synagoga moysi: et
sic accipit beatus Aug. in epl̄a fundamenti dicens. Euan-
gelio nō crederē nisi ecclesie autoritas me cōpelleret. Hoc
eīm mō ecclesia maioris est autoritatis q̄ euangeliū: quia
huius ecclesie euangelista scriptor euangeliȷ̄ est pars: to-
tū autē maioris autoritatis est sua parte. Hoc mō accepit
etiā ecclīam Aug⁹ in li. cōtra manicheos: ⁊ recitat dis. xi. c.
Palā. vbi ait. Palā est q̄ in re dubia ad fidē ⁊ certitudinē
valeat autoritas ecclesie catholice: que ab ipsis fundatissi-
mis aploꝝ sedib⁹ vsq ad hodiernū diem succedētiū sibi-
met: ⁊ epoꝝ serie ⁊ tot populoꝝ cōsensione firmatur. Ubi
ecclesia catholica episcopos ⁊ populos a tēpore apostolo-
rū vsq ad hodiernū diē sibimet succedētes īportat. Et h̄
vocat ecclīa christiana q̄ cepit ortū a christo: pmo in iudea
⁊ vocabat pmo ecclīa hierosolymitana. vn̄ Act. viij. Et fa-
ctū est in illa die persecutio magna in ecclīa q̄ erat in hie-
rosolymis. Scd̄a fuit antiochena in qua apl̄s petr⁹ primū
resedit: ⁊ ibi pmū inotuit nomē christian⁹. Un̄ fideles pri-
mo vocabant discipuli ⁊ fratres: postea vocati sunt chri-
stiani. vn̄ Act. xi. Audierunt aūt apostoli ⁊ fratres q̄ erant
in iudea. Et sequitur in eodē cap. Et annū totū conuersati
sunt scz paulus ⁊ barnabas ibi in ecclesia: ⁊ docuerūt tur-
bā multā: ita vt cognominarent primū antiochie discipu-
li christiani. Idē recitat in cap. Sacrosancta. distin. xxij. in

textu ⁊ glo. ¶ E Accipitur adhuc ecclesia p ɔgregatio-
ne oim fideliū a principio mūdi vsq ad cōsummationē se-
culi: ⁊ sic nō solū cōprehendit ecclīam christi: sed etiā syna-
gogā moysi: simul ⁊ eos q̄ fuerūt sub lege naturali. Et illo
mō accipit btūs Aug⁹. x. de ciui. dei. c. vlti. vbi vult q̄ non
solū a tpe corporalis psentie christi ⁊ aploꝝ eius: sed ab ipso
abraā vsq in hui⁹ seculi finē peregrināndo pcurrit. Et bea-
tus Grego. in homel. dñice in septuagesima dicit. Uniuer-
salis ecclesia que ab abel iusto: vsq ad vltimū electum qui
in fine mūdi nasciturus est: quot sanctos protulit: q̄si tot
palmites misit. Sic etiā ecclesia synagoga noiat. Numeri
xx. Cur eduxistis ecclesiā dñi in solitudinē. ¶ Accipit etiā
ecclīa p tota multitudine pdestinatorū: ⁊ iā saluatoꝝ q̄ sal-
uandoꝝ: siue iā sint beati in re: siue beati in spe: siue beati-
ficandi in re. ita accipit btūs Aug⁹ in multis passib⁹ preser-
tim in Enchiri. Accipienda inquit est ecclīa nō solū ex par-
te qua peregrinat a solis ortu vsq ad occasum laudās no-
mē dñi: verū etiā q̄ in celis ex quo condita est semp coheſit
deo: nec vllum malum sui casus experta est: ⁊ sue parti pe-
regrināti sicut oportet opitulatur: quia ei que vna erit con-
sortio eternitatis: nūc vna est vinculo charitatis que tota
instituta est ad colendū deū. Idē super illud ps̄. xxxvi. Iu-
nior fui etem̄ senui. ait: Dñs in corpore suo: qd est ecclesia:
iunior fuit in pmis hominib⁹: ⁊ ecce iam senuit. Et postmo-
dū. Caput nostrū christus est: corp⁹ illius nos sumus. Nō
q̄d soli nos: ⁊ nō illi q̄ fuerūt ante nos: Oēs qui ab initio
seculi fuerunt iusti: caput christū habent. Illū eīm venturū
crediderūt: quē iā nos venisse credim⁹. ⁊ in ei⁹ fide ipsi sa-
nati sunt: in cui⁹ ⁊ nos: vt esset ipse caput ciuitatis hierusa-
lem oib⁹ cōnumeratis fidelibus ab initio vsq ad finē. Adiun-
ctis ⁊ legionibus angelorū ⁊ exercitib⁹: vt fiat illa vna ci-
uitas sub rege vno: ⁊ vna q̄dā puincia sub vno imperato-
re. Felix in ppetua pace ⁊ salute laudās dñm sine fine btā.
Et in tali acceptione loquit Pascasi⁹ in li. de sacramētis.
Ecclīa sponsa dei corpus christi: est christus caput eius: et
oēs electi mēbra ei⁹ dicunt. ¶ F Accipit etiā ecclīa ali-
quando p pctōꝝ multitudine ⁊ iniquorū q̄ opponit eccle-
sie electoꝝ. de quo in ps̄. xxv. ait dauid. Odiui ecclesiā ma-
lignātium. quā btūs Aug. in li. de ci. dei. babylon. i. ciuita-
tē cōfusionis vocat: ⁊ in psenti currere pmixtim cū ecclesia
siue ciuitate dei: sed finaliter separandā ⁊ sempiterne mi-
serie subijciēdā cū suo capite diabolo latissime declarauit.
Hui⁹ ecclesie abominationes cōsiderās pphēta regi⁹ ps̄.
liiij. Uidi inq̄t iniquitatē ⁊ cōtradictionē in ciuitate. Et ite-
rū. Sup muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio ei⁹ ⁊ iniu-
sticia: non defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus. Et de hu-
ius ciuitatis incola dicit. Noluit intelligere vt bn̄ ageret.
¶ Sz horrēda hac malignātiū dimissa ecclīa ad eā q̄ fide-
liū est: reuertētes inuenim⁹ ⁊ alias ecclīe acceptiones. Ac-
cipit etiā ecclīa nō tm̄ pro hac ecclesia vniuersali: sed etiā
pro ecclīa particulari q̄ est pars ecclīe vniuersalis: ⁊ tales
plures sunt. Hoc modo dicit apl̄s ad Ro. vlti. Salutant
vos oēs ecclesie christi. pmisit etiā. Quib⁹ gratias ago: nō
ego tm̄: sed ⁊ cuncte ecclesie gentium ⁊ domesticam eccle-
siam eorū. Et in Apocal. Iohannes septē scripsit ecclesijs
asie. ⁊ sm̄ hoc dicimus: ecclesia orientalis: ecclesia occiden-
talis: ⁊ particularius ecclesia moguntina ecclesia cōstan.
⁊ ita in cap. allegato. Sacrosancta. distinguitur inter eccle-
siam romanā alexandrinā constantinopolitanam antio-
chenam. ⁊ in sequentibus cap. multis. eadem dis. Sic etiā
ait petrus. Salutat vos ecclesia que est in babylone colle- i. Pe. v.
cta. ⁊ sic accipitur in diuersis scripture locis. Et omnibus
his modis supra scriptis quibus ecclesia accipit p aggre-
gatione fideliū: cōprehendit tam viros q̄ mulieres: tā lai-
cos q̄ clericos: ⁊ forte alijs modis nō accipit in sacra scri-
ptura. Et ita ad ecclīam his modis acceptā fideles laici ⁊
mulieres ptinent: ⁊ ecclesiastice persone sicut sunt clerici.
¶ Uerū in iure canonico nomē ecclīa habet alias signifi-
cationes a pdictis: q̄bus tm̄ ad clericos restringit. Et sic
adhuc multipliciter accipitur: sm̄ q̄ notat extra de verb. si

gnifica. Cum clerici placenti. in glo. super verbo vocabu-
lum. Aliquãdo tm̃ pro epõ: aliquãdo designat oẽs viros
ecclesiasticos: q̃nq3 ponit̃ pro maiore parte capituli: quan
doq3 restringitur ad canonicos maioris sue matris eccle-
sie: quandoq3 signat quãlibet ecclãm puincie. Allegãtur
ad hoc iura in allegata glo. Clerici eñ iurium ꝯditores ꝛ
expositores hoc nomẽ ecclia sibi appropriauerũt/ vocan-
tes se tm̃ ecclesiasticos ꝑpter quandã pncipalitatẽ ꝛ emi-
nentiã ipsorum sup alias ꝑsonas eccliẽ: ratione actuũ spiri
tualiũ ad quos exercẽdũ potestatẽ ipi, nõ laici receperũt.
Acceptiones ecclesie. ℂ B Possunt autẽ acceptiones ille diffuse breuiter sic
summari. Ecclesia accipitur aliqñ ꝑ rõnali creatura: in bo
no ꝑ ecclia sanctoꝝ: q̃nq3 in malo ꝑ ecclia malignantium.
In bono vniuersalissime ꝑ cõgregatiõe oim angeloꝝ btõ
rũ ꝛ viatoꝝ fideliũ. Q̃nq3 tm̃ ꝑ ecclia triũphantiũ. Q̃nq3
tm̃ ꝑ ꝯgregatiõe deo militantiũ. Et sic tripliciter: vel oim
a ꝑmo iusto vsq3 ad vltimũ in fine mundi nasciturũ: et sic
cõprehẽdit synagogã ꝛ christi ecclãm. Scdõ ꝑ sola cõgre
gatione christianoꝝ tã preteritoꝝ q̃ ꝑsentiũ. Tertio ꝑ ꝯgre
gatione oim fideliũ nũc existẽtiũ. Et q̃libet harũ ecclãrũ
dr ecclia vniuersalis vera: ꝛ ecclia vniuersalis repñsentatiu
na q̃ est cõciliũ generale. Accipit̃ etiã ecclia nõ ꝑ cõgrega
tione vniuersali oim fideliũ existẽtiũ nũc. s3 ꝑ cõgregatio
ne aliq̃ particulari tã clericoꝝ q̃ laicoꝝ vni⁹ puincie/ dioce
sis/ ciuitatis vel dom⁹. Q̃nq3 etiã ꝑ ꝯgregatione clericoꝝ
tm̃. Q̃nq3 pro vno homine tm̃. Accipit̃ ꝑ domo materiali
diuino cultui dedicata. ℂ Ad ꝑpositũ itaq3 redeũdo/ pe-
tit sacerdos vt accepta habeat pater clemẽtissim⁹ hec do-
na/ munera ꝛ sacrificia ꝑ ecclesia: nõ domo materiali q̃ pe
ritura est: nõ pro triũphãte: q2 illius est pro nobis orare et
intercedere: nõ pro aliq̃ ecclesia particulari alias secludẽ-
do. S3 pro ecclesia vniuersali: q̃ est fideliũ habẽtiũ cõmu
nionẽ in ecclasticis sacramẽtis. Illi etenĩ ecclie vniuersali
ꝛ nulli particulari cũ exclusione aliaꝝ datũ est hoc scm̃ sa
crificiũ offerre ꝑ salute suorum mẽbrorum: quapropter in
hui⁹ sacrificii oblatione ꝑ ipsamet ecclia. i. corpore et oib⁹
mẽbris cõstituto/ orat in primis minister ecclesie dĩ. Te igi
tur pater clemẽtissime rogam⁹ ꝛ petim⁹ vt accepta habe-
as dona ꝛ munera q̃ tibi offerim⁹. In primis ꝑ ecclia tua.
ℂ D Addit̃. Scta. Nomẽ sancta q̃d importet iã supra
dictũ est lecti. xix. in angelici expositione hymni. Sed cum
vniuersaliter q̃ hic designat̃: ecclia nomẽ sit collectiuũ: ꝛ ni
hil aliud q̃ hoies christi fide ꝛ sacramẽtis vnitos significet
(quorũ pars maior cũ sctã nõ sit: s3 reproba: q2 neq3 spi
ritusancti vnita gratia: neq3 a pctis separata: neq3 ad ce-
lestia a terrenis ꝯuersatiõe leuata: quoniã multi vocati ꝛ
pauci electi. Matth. xx. per latã portã ꝛ spaciosam viam q̃
ducit ad ꝑditionẽ multi intrãt. Angustã vo portã ꝛ arctã
re dupliciter. Uno modo ex opere operãte. Alio modo ex opere operato. ¶ Ex opere operante, hoc est ex merito ꝑsonali persone celebrantis: propter qḋ confert deus petita a sacerdote eis, quib⁹ orationẽ et misse sacrificiũ applicat. Ex opere operato. i. ex ipsa consecratione oblatione ꝛ sumptione venerabilis eucharistie non habẽdo respectũ ad personalẽ sanctitatẽ aut meritũ sacerdotis. Et hoc põt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ hic valor sit ex diuina institutione: q̇ efficaciter determinauit se ad cõferẽdũ quosdam effect⁹ gratuitos ꝛ salutares ad cõsecrationẽ, oblationẽ ꝛ sumptionẽ corporis ꝛ sanguinis christi factã a sacerdote: sicut dicim⁹ de ceteris sacramentis noue legis, ꝙ habent virtutẽ ex christi institutione: ita ꝙ ipsis exhibitis aliq̇b⁹ assistit de⁹ causando in eis quosdã effectus salutares: scȝ remissionẽ pccõꝝ ꝛ gratiã gratũ facientẽ: ꝛ ꝫ modo missa ꝓficeret: etiã si ꝑ impossibile, nullus mortalium esset in grã. Sicut baptism⁹ tollit originale, ꝛ confert gratiã infanti baptizato: etiã si cuncti viatores essent pccõres. Quã efficaciã sacramẽtoꝝ meruit christi passio: sacramentis vero cõtulit specialis christi institutio. ¶ Alio mõ intelligiť missa habere effectum ꝛ esse accepta deo ex opere operato: ꝑcise rõne oblationis sacrificij qḋ in missa ꝓficiť: nõ attẽdẽdo christi institutionẽ: q: oblatio nõ videť grata deo ꝛ accepta, nisi sit alicui⁹ offerẽtis grati ꝛ accepti. iuxta illud Geñ. iiij. Respexit dñs ad abel ꝛ ad munera ei⁹. Prius ad abel offerẽtẽ ꝙ ad munera oblata. Hinc vidua paupercula plus omnibus in gazophylatiũ misisse dr̃ Luce. xxj. Quia que misit, ex voluntate misit magis accepta. Nã ꝫm beatũ Grego. Non pensat deus quantum: sed ex quãta ꝛ quali voluntate offeratur. Hinc passio christi patri acceptissima fuit: quia eã christus eterni patris filius in quo semper patri complacuit: voluntarie eam in animarũ nostrarũ salutem obtulit: quã si iudeus crucifixor solus obtulisset: patri minime placuisset. Et ita intelligendum est qḋ dicit Sco. arti. ij. ꝙ eucharistia non precise ratione rei contẽte plene acceptatur: sed oportet ꝙ sit oblata. Hoc enim bonum in eucharistia cõtentum equale est, qñ reseruať in pixide: et qñ offertur in altari: ꝛ tamen non eque valet ecclesie reseruatum in pixide: ꝛ oblatum in officio misse. Ultra igitur bonũ cõtentũ in eucharistia ad hoc ꝙ proficiat ecclesie, requiriť ei⁹ oblatio: ꝛ ad hoc ꝙ oblatio sit placita ꝛ accepta requiritur ꝫm premissa, ꝙ offerens sit placẽs et acceptus. ¶ H Est aũt duplex offerẽs: scȝ offerens immediate ꝛ ꝑsonaliter. Alius offerẽs mediate ꝛ principaliter. Primus est sacerdos cõsecrans ꝛ sumẽs sacramẽtũ, q̇ ita in ꝑsona sua, autoritate tñ diuina hec perficit, ꝙ nemo alius in sic offerẽdo secũ concurrit. Offerẽs vero mediate ꝛ principaliter est ecclesia militãs: in cuius persona sacerdos offert: ꝛ cuius est in offerendo minister Est enim hoc sacrificium, sacrificiũ totius ecclesie: in cuius signuȝ sacerdos nõ ex sua persona dicit Oro: sed ex persona ecclie oremus. Nec dicit. In primis q̄ tibi offero: sed q̄ tibi offerim⁹. Et post cõionem. Proficiant nobis quesumus dñe hec sacramenta q̇ sumpsim⁹. Quis ipse sol⁹ offerat ꝛ sumat ꝑsonaliter: vñ ecclesia offert ꝑ ipsum tanꝙ per ministrũ, quẽ ad hoc instituit ꝛ ordinauit. Prim⁹ offerẽs non semꝑ gratus est deo: nec semꝑ sibi placet: q: sepe pccõr est. Secũdũ offerens deo est semꝑ acceptũ: quia ecclesia semꝑ sancta est ꝛ vnica sponsa christi pudica, casta, nesciens maculam neqȝ rugam: Cũ ergo missa semper valorem suũ habet ꝛ accepta est deo. iuxta illud Ioh. vj. Panis quẽ ego dabo per me scȝ ꝛ sacerdotes, caro mea est pro mundi vita. Nõ ergo erit hoc regulariter ꝓpter offerens primũ, quod nõnunꝙ displicet: ergo erit ꝓpter offerẽs scḋm, scȝ ecclesiam que semper grata est deo: quia semper in ea sunt homines sancti ꝛ virtuosi: quorũ actiones et merita deo placent: q̇ ꝛ digni sunt inhabitatiõe spiritussancti: vt dicit Beda super illud Math. vlt. Ego vobiscum sum om. di. vsqȝ ad consumma. seculi. ¶ I Et ex hoc alicui videri posset ꝙ missa vno tempore efficacior est, et magis accepta deo, ꝙ̄ alio. Et regulariter ꝙ missa sacerdotis boni existentis in gratia: cuius personale meritum est partiale meritũ ecclie melior est, ꝙ̄ si ipse sacerdos esset extra gratiã. Patet: q: hoc modo missa est accepta: q: ecclesia sacrificium misse offerens est accepta: ecclesia autẽ accepta est propter mẽbrorum suorũ ꝛ gratiaꝝ in eis existentiũ merita: qm̃ ecclie meritũ non est vniuersale platonicũ, seu meritũ abstractũ extra hoĩes particulares ꝑ se existẽs: sed est ꝑsonarũ ꝛ membrorũ ecclesiã ꝯstituẽtiũ. Cũ aũt vno tempore sint plures homines boni et virtuosi ꝙ̄ alio: sequiť ꝙ ecclesia vno tẽpore magis accepta est ꝙ̄ alio. Et quoniã valor misse hoc modo est ex merito ecclesie: sequiť ꝙ ꝫm ꝙ variatur ecclesie meritũ: variatur ꝛ misse valor ꝛ premiũ: ꝛ hoc ꝫm verã iusticiam retributiuã, ꝫm quã non datur tantum pro merito minore, quãtum pro maiore. ¶ L ¶ Scḋo aduertẽdum ꝫm eundem Scotũ in quotľ. j. ꝙ meritum vel specialiter ipsa oratio: q̇ inter opera meritoria magis habet rationem meriti applicabilis alteri: q: de rõne sui est placatiua dei ꝛ reconciliatiua sibi: potest intelligi in triplici gradu valere alicui siue ꝑ aliquo: videlȝ specialissime, generalissime, specialiter modo medio. Specialissime semper valet celebranti seu oranti qñ est in gratia: ipse eñi habet motũ animi bonũ ꝛ elicit bonũ opus. Isti motus ꝛ opus non sic sunt alterius pro quo orat sicut orãtis: nec põt ille ordinata voluntate illud alteri dare ꝙ non sit suum meritum: quia magis tenetur ex charitate se, ꝙ̄ aliũ diligere: immo forte non posset dare quin esset suũ. ¶ Alio modo generalissime valet toti ecclesie: nec debet orans aliquem excludere de ecclesia: sed intentione habituali oẽs includere. ¶ Tertio modo valet illi cui per orantẽ specialiter applicatur: non enim valet ei specialissime: patet ex membro primo. Nec ꝑcise valet sibi generalissime sicut cuicũqȝ de ecclesia: quia tunc frustra essent speciales orationes ab ecclia ordinate: alia scȝ pro viuis: alia ꝑ defunctis. Et iterum pro viuis alijs ꝛ alijs: puta pro bñfactoribus, amicis

⁊ alijs diuersis personis/statib⁹ et cõgregationibus/causis ⁊ necessitatibus in missali romano specialiter assignate. Frustra inquã: q: nõ plus valerẽt illis/ꝙ cuiq; generaliter de ecclesia. ¶ Per hoc ad ꝓpositum: prima applicatio/scz specialissima/determinata est: q: semꝑ fit ipsi celebranti. Similiter scda/scz generalissime ꝙ semꝑ fit toti ecclesie. Et has duas determinationes facit regula charitatis: que debet esse primo ⁊ potissime ad seipsum: ⁊ generaliter ad oẽm proximũ: quapropter nullũ de ecclesia debet excludere: sed intẽtione habituali (vt dictũ est) oẽs includere: nec solum applicare debet missam toti ecclesie: secundo modo ex ordine charitatis: sed ex institutione et vsu ecclesie/ex qua orate haber pro omnibus orthodoxis catholice ⁊ apostolice fidei cultoribus. ¶ Potest tamẽ iudiciũ ecclesie arcere sacerdotes officium offerẽtes: vt dicit Gerson sup magnificat tracta. ix. partitione. iij. ne ꝑ expressam eccl'ie orationẽ cõprehẽdãt excõicatos: vt. xj. q. iij. Excõicatos. ⁊. c. seq. Non tñ excludit ecclesia eos ab effectu eorum charitatiuo: imo si excõicati fuerint in charitate: non possunt a virtute sacrificij: sicut nec ab alijs suffragijs ecclesie proijci et excludi: q: charitas facit bona oim quodãmodo cõmunia: sm illud ps. cxviij. Participem me fac deus omni. te. ⁊ custo. mãdata tua. Excluduntur tñ ab expressa oratione ecclesie: ꝙ statuit sic pro eis orari nõ debere: vt sic ab inobedientia resipiscant: ⁊ ad ecclesie gremium redeant.

¶ L Vñ dicit Durandus. Suffragia eccl'ie possunt valere dupliciter. Vno modo ex vi charitatis: que oẽs fideles connectit vt sint vnũ in dño: ⁊ istũ valorẽ nõ põt excõicatio excludere: q: si sit iniusta: nõ tollit charitatem ab excõicato/qua ꝑmanente/manet vnionis vinculũ ⁊ cõmunio. Si vero sit iusta: sic charitatẽ nõ tollit: sed ablatã presupponit. Neq; em̃ ferri debet nisi pro mortali peccõ quo charitas tollitur. xj. q. iij. Nemo epoꝝ. vbi d:. Nemo epoꝝ quẽ liber sine certa ⁊ manifesta peccati causa cõione priuet ecclesiastica: sub anathemate autem sine conscientia archiepi aut coepoꝝ nullũ presumat ponere: nisi vñ canonica

Anathema quid docet autoritas. Quia anathema eterne est mortis damnatio: ⁊ non nisi pro mortali debet imponi crimine: ⁊ illis ꝙ aliter corrigi nõ potuerũt. Itaq; qui sic excõicat̃: seipsũ mortaliter peccãdo priuauit gr̃a et charitate: ⁊ per consequẽs suffragijs ꝙ ꝓfluũt a charitate. Alio modo possunt valere suffragia eccl'ie ex intentione faciẽtis: q: scz ecclesia dirigit suã orationẽ vt illis prosint ⁊ suffragẽtur. Et illum valorem excõicatio excludit: q: ecclesia orare pro talib⁹ excõicatis non disposuit. Et hoc facit cõformiter dei iudicio: qui punit peccatores qñq; flagellis castigando/vt eos a pctis retrahat: qñq; auxilia sua subtrahendo/vt ita infirmitatẽ suam cognoscãt ⁊ humiliati redeant. Sic ecclesia inquantũ excõicatum separat a cõione fidelium vt erubescat: imitat̃ iudiciũ diuinũ/quo flagellis castigat: inquantum separat ipsum a suffragijs specialib⁹ imitat̃ iudicium quo deus hominẽ sibiipsi relinquit/vt per humilitatem se cognoscẽs redeat. ¶ M Quãuis igitur sacerdos generalissime debeat sacrificiũ suum toti ecclesie applicare: non tamen debet vocaliter pro excõicato orare: nec ei suũ sacrificiũ applicare: potest tñ alr̃ pro eo singulariter orare/vt deus cor suũ immutet: vt deposita temeritatis contumacia/ad gremiũ ecclesie reuertat̃. Sed de hac oratione priuata nõ loquimur in ꝓposito: sed de oratione que fit ex persona ecclesie pro mẽbris suis non rebellib⁹. Et ꝙuis eis virtus sacrificij sic non applicet̃: non tñ totaliter a fructu sacrificij excluduntur: si sint in charitate: quia sicut per excõicationem charitas nõ tollitur: ita nec fructus charitatis/qui est cõmunio ⁊ participatio boni quod ex charitate succrescit: ad talẽ em̃ participationis priuationẽ se potestas ecclesie nõ extendit. Recepit nãq; eccl'ia potestatẽ in edificationẽ: sm apl'm. ij. Cor. x. nõ in destructionem: que sequeret̃ si quẽ fidelem a charitate ⁊ cõione scoꝝ excluderet per suam excõicationẽ. Hoc em̃ esset corpus christi mysticum mẽbratim lacerare: vinculũ spũalis vnionis rũpere: et cõpagem totius ecclesiastice congregationis dissoluere. Itaq; gladius esset in manu filij ad trucidandũ matrem. datus mẽbro ad concidendum corpus: qđ nefas est ⁊ insanũ. ¶ Siquidẽ excõicatio medicinalis esse debet nõ mortalis: disciplinans nõ eradicãs. de snĩa excõi. Cũ medicinalis. lib. vj. Simile dicit Augu. in homel. de penitentia ⁊ habetur. ij. q. j. multi. Et apostolus. j. Corinth. v. excõmunicando tradidit hominem cum patris vxore incestũ cõmittentem sathane in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die dñi. Quem locũ exponẽs beatus Hiero. super librum Iudicum dicit. Traduntur peccatores sathane in interitum carnis: cũ pro delictis suis a christi corpore separant̃: ⁊ de ecclesia per sacerdotẽ pellunt̃: vt notat⁹ ab omnibus erubescat: ⁊ cõuerso eueniat ei id qđ sequitur: vt spũs saluus fiat in die dñi nostri iesu christi. et habetur. xj. q. iij. audi. ¶ N Et sic forte intelligunt ꝙdã dicentes (ꝙuis incaute) ꝙ excõicatio non ligat animã sed corpus: q: separat a cõione ⁊ conuictu fideliũ ciuili ⁊ exteriori participatione sacramẽtoꝝ: nõ a fructu aie qui dat̃ eccl'ie ob cõia suffragia ⁊ orones eiusdem: ꝙuis interdũ priuet̃ quis ꝓpter excõicationẽ fructu excrescenti ex applicatione eccl'ie specialis oronũ. ⁊ ex participatione sacramẽtoꝝ eiusdẽ. Priuãtur em̃ fructu ⁊ bono qđ ꝓuenturũ erat eis ex officio sepulture/⁊ exequiarũ suffragijs: illa nãq; excõicatis ab eccl'ia nõ impẽdunt̃. Priuant̃ ⁊ fructu/ꝙ ꝓuenit ex participatione sacramẽtoꝝ: scz sacre cõionis/pñie/susceptione ordinis ⁊c. a ꝙbus oib⁹ arcent̃ ab ecclesia. Quãuis nõ sit negãdũ vsquaq; quosdã particulariter excõicatos plus mereri per virtutes patientie/humilitatis ⁊ obedientie: quib⁹ se abstinẽt ab exteriori participatione sacramẽtoꝝ: ꝙ vtẽdo eorũdẽ cõione. Sicut verbi gr̃a. Si ꝙs de facto cõtrahens cũ sua sorore quã nõ posset ꝓbare sororẽ suã esse: ⁊ postea ad cor rediẽs eam a thoro separaret: ⁊ ꝓpter h̃ ab ecclesia excõicaret̃: q: nollet reddere debitũ cõiugale. Certum est ꝙ tenet̃ potius sustinere excõicationem ꝙ cõmittere incestum cũ sorore: quã excõicationis penã humiliter sustinẽs obediẽdo eccl'ie/in subtrahẽdo se a sacramẽtorum cõione meret̃ ⁊ participãdo cõtra ꝓhibitionẽ eccl'ie peccaret. Si ergo sic intelligit̃ dictũ premissum: scz ꝙ excõicatio non ligat aiam idest non tollit bona aie: neq; separat ab eterna btitudine/ꝙ bonũ est ad qđ cetera oia ordinant̃. Et h̃ intelligendo de excõicatione sm se ꝑcise: videt̃ ꝙ dictũ hoc veritatẽ habet: ꝙuis nihilomin⁹ sepe sit in detrimẽtũ aie: ꝑ quãto retardat a btitudine ⁊ glia. Nã ꝓpter excõicationẽ pene peccatis cõmissis/⁊ quãtũ ad culpe reatũ remissis/debite propter priuationẽ indulgentiarũ ⁊ suffragiorum ecclesie tardius soluunt̃. Preterea augmento gratie qđ sacramentoꝝ susceptio cõfert: similiter ꝓpter excõicationem priuatur/qua impediũtur sic excõicati a participatione sacramentorum: ⁊ per hoc certus glie gradus ꝑ excõicationem ei⁹ tollit̃: ꝙ scz rñderet gratia sacramẽtali. Nõ tamen excõicatio vt talis. i. vt pena precise simpliciter excludit a gloria: licet possit excludere a tanta. Pctm̃ tñ ꝓpter qđ excõicatur si excõicatio fuerit iusta: nisi resipuerit per penitẽtiã/⁊ per ecclesie reconciliationẽ quantũ in eo fuerit: excludit simpliciter a gloria. ¶ O Ex illo sequitur ꝙ nõ semper est excõicatus a deo qui excõmunicat̃ ab homine ⁊ prelato. Nec semper habetur ratum in celis: quod fit a presidente in terris: sed dũtaxat dũ ligat ⁊ soluit claue nõ errãte. Nõ em̃ cõmissum est prelatis ligare ⁊ soluere iuxta suorũ motus capitum: ⁊ suarũ beneplacita voluntatum: sed prudenter et legitime sm iuris diuini et humani dispositionem. Et hoc dicere non est prebere occasionem contemnendi gladium potestatis spiritualis: negare scz eius percussionem ad id quod nõ potest attingere: quin poti⁹ stulta ipsius extractio: et vsus indiscretus/ipsum reddit obtusum odibilemq;. Neq; enim leuiter extrahi debet gladius ille: sed pro inobedientia tantũ ⁊ criminibus grauib⁹ et manifestis. Nec furor illum extrahat: sed discretio rationis; restringenda est enim sub ratione potestas. Nec

quid agẽdum priusꝗ̃ concitata ad tranquillitatem mens redeat: ait Grego. ad mauriciũ imperatorem. De hoc late tractat̃. ij. q. iij. in pluribꝰ capitulis. ¶ Debet ergo p̃latus gladio hoc ferire in spiritualẽ salutez ecclesie: propter quã cõseruandã/ mẽbrum putridum morbosumqꝫ excõicatiõis gladio prescinditur: ꝛ in correctionẽ ac emẽdationẽ eius/ qui excõicatur: vt sic excõicatio habeat rationez medicine curatiue respectu eius cui infligitur: et preseruatiue respectu aliorum. Nostris autem tẽporibus gladius ille dilatatus est vsqꝫ ad profanas laicorum causas/ ac seculari foro agendas: intantũ vt nõnunꝗ̃ pro debito quinqꝫ solidorũ quis excommunicatione feriatur: quo abusu gladius ille ita obtundit̃: vt in causis vrgentioribus/ vbi vsus eius exposcitur: acumẽ scindendi perdidisse videatur: ita vt eius percussio magis vilipensionẽ inducit ꝛ contemptũ: ꝗ̃ corrigẽdarum salutẽ animarũ: verũtamen timenda est semꝑ pastoris sententia etiã si fuerit iniusta: vt dicit beatꝰ Grego. in homelia.

Excõicatio ꝑpt pecuniã abusus est,

¶ P Redeundo ad propositum vidẽdum est de tertia applicatione/ media scꝫ ꝛ speciali: quoniam de primis duabꝰ ex iam dictis patet. Hec quãdoqꝫ determinata est ex institutione ꝛ ordinatione ecclesie: que in diuersis parochijs instituit diuersos sacerdotes parochiales: qui tenẽtur officiare ecclesias ꝛ celebrare specialiter pro suis parochianis. Consimiliter in diuersis collegijs sunt diuersi sacerdotes instituti ad offerendum sacrificiũ altaris specialiter pro suis fundatoribus: etiã pro illis qui sunt in tali collegio: ex quadam singulari fraternitate/ societate/ conuictu ꝛ vnione tanꝗ̃ mẽbro eiusdem corporis quod est collegium de quo in ps. Ecce ꝗ̃ bonum ꝛ ꝗ̃ iocũdum habitare fratres in vnũ. Et Prouer. xviij. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Et de hoc potest accipi illud beati Hiero. ad rusticum monachum. In apibus princeps vnus est: ꝛ grues vnã sequuntur ordine litterato. sequit̃. Singuli ecclesiarum epi: singuli archiepi: singuli archidiaconi: ꝛ oĩs ordo ecclesiasticus suis rectoribꝰ nititur. et habet̃. vij. q. j. In apibꝰ. Habent autẽ ecclie singule suos ꝓprios rectores: nõ tñ ad correctionẽ faciendã sꝫ ad reconciliationẽ pctõꝝ per salutarẽ hostiã ꝛ orõnes eccl'e impetrandã. Vñ Alexã. papa. j. q. j. Ipsi. ait. Ipsi sacerdotes pro ppl'o interpellãt: ꝛ pctã ppl'i comedunt: qꝛ precibꝰ suis ea delẽt atqꝫ cõsumunt: qui quanto digniores fuerint tanto faciliꝰ in necessitatibꝰ ꝓ quibꝰ clamãt exaudiuntur. Ex quibꝰ patet ꝓprios sacerdotes suis fore specialiter obligatos. ¶ Q Sumit̃ etiã determinatio huiꝰ applicationis medie ꝛ specialis ex iusticia: vt scꝫ fiat pro illis/ q̃ bona nature/ fortune ꝛ anime specialiter contulerũt: quales sunt parentes: q̃ cũ magna solicitudine filios suos educarunt postꝗ̃ eos in naturali esse cõstituerũt. Sunt ꝛ bñfactores alij: q̃ dotarunt solẽniter monasteria/ ecclias ꝛ bñficia: vt ministros in eis residentes/ ꝛ his tẽporalibꝰ vtentes/ ad orandũ ꝛ celebrandũ ꝓ eis specialiter obligarent. Sunt ꝛ predicatores ꝛ magistri: q̃ ingẽti laborãt diligẽtia vt alios rite instituãt: q̃tenus ad vitã btĩssimã ꝑficiãt moribꝰ ꝛ doctrina: pro quibꝰ oĩbus ex equitate ꝛ iusticia sacerdos vt oret ꝛ celebret est specialiter obligatꝰ. ¶ Verũ in hac applicatione ſm prefatũ doc. loco quo supra/ gradus inueniunt̃/ ſm quos specialius ꝛ singularius pro vno/ ꝗ̃ alio sacerdos virtutẽ sacrificij referre põt. Et pñt tot gradus poni/ pro quot placet sacerdoti: differenter ſm magis ꝛ minꝰ specialiter celebrare. Et hoc verũ: nisi in sacerdotis obligatiõe aliud cautũ sit. Vbi g̃ra: ponamꝰ ꝙ aliq̃s sacerdos velit missam suã valere tribꝰ specialiter: vltra h̃ ꝙ valet toti eccl'e generalissime: sint hi pater/ eccl'e sue fundator/ ꝛ socius suus vel amicus fidelis. Sit primus a. scd's b. tertiꝰ c. Nec refert an in q̃libet gradu sit vna ꝑsona tñ an plures ex eis. Velit ergo ꝙ missa tantũ valeat a: quãtũ alicui valere potest alteri a se celebrãte. Et ipsi b. valeat quãtum alteri valere põt post a: et ipsi quãtum valere potest alicui post a ꝛ b. Esto igitur ꝙ ex ordine ecclesiastico vel bñficio recepto teneat̃ quis offerre pro aliquo specialiter in primo gradu. Non illi preiudicat si in scd'o gradu offerat/ vel applicet virtutẽ sacrificij alteri: ꝛ tertio gradu tertio ꝛ sic de quotcũqꝫ gradibus. Siquidem nunꝗ̃ applicatio facta posteriori/ subtrahit aliquid illi cui facta est in gradu priori. ¶ R Cui autẽ fieri debet applicatio in quo gradu dubium est: an scꝫ curatus debet in priori gradu applicare parochianis/ ꝗ̃ parentibus proprijs: an econuerso prius parentibus ꝗ̃ parochianis ꝛ fundatoribus. An priꝰ ꝛ magis pro iustis ꝗ̃ iniustis: an potius pro mortuis ꝗ̃ viuis. ¶ Et possunt fieri rationes ex varijs medijs: puta ꝙ legi naturali lex positiua non preiudicat. Ideo videtur magis obligari parentibus ꝗ̃ fundatoribus ꝛ parochianis/ quorum obligatio est positiua: parentũ vero naturalis. Neqꝫ presumendum aliquẽ positiua lege/ quẽ obligare voluisse contra legem nature: neqꝫ sua obligatione impedire sacerdotem quo minus reddere posset libere parẽtibus qd' tenetur. ¶ Sed ad oppositum: si parẽtes fuerint parochiani alterius sacerdotis: habent eũ sibi tanꝗ̃ filiũ spiritualibus obligatum: sicut huius sacerdotis parochiani habẽt hunc tanꝗ̃ patrem spiritualẽ sibi obnoxiũ. Obligatio autem spiritualis filiationis videtur esse efficacior ꝗ̃ carnalis. Sic ex maiori indigentia videtur magis applicãdum oblationis beneficium mereri nõ potẽtibus: puta defunctis ꝛ peccatoribus a deo separatis: vt isti liberent̃: hi conuertãtur. Sed ad oppositũ/ ex maiori vtilitate videri posset orandũ magis pro viuis viatoribꝰ vt eis gratia augeatur: ꝛ ex consequenti merita: ꝗ̃ pro mortuis vt sola pena remittat̃: quibꝰ nõ prestatur maior gratia/ nec crescũt merita. Sic ex charitatis ordine magis videt̃ diligẽdus iustꝰ qui deum diligit ꝛ proximũ/ et a deo diligit̃: ꝗ̃ peccator se contrario habẽs modo. ¶ S In his sufficit doctrina ꝛ regula vniuersalis pro q̃etatione celebrãtis. vñ ſm Sco. Securius videt̃ ꝙ talem generalẽ applicationẽ faciat in missa vel ante missam. Digneris dñe oblationẽ istam acceptare pro illis quibus nosti me teneri specialiter: et in eo gradu/ quo me nosti obligari. Et quantum ad specialẽ determinationem ad aliquẽ vel aliquos/ tutius est eam fieri sub conditione: si deus omnipotẽs tibi placet. Verũtamẽ quia particularis determinatio omittẽda non est. Tũ propter multiplicẽ sacerdotis obligationẽ. Tũ ꝓpter ingratitudinis euitationẽ. Tũ ꝓpter deuotiõis actualis augmẽtationẽ: quã naturaliter parit bñficiorũ recordatio/ si gratia dei coniungat̃. Nã particularia magis mouẽt. Tũ ꝓpter certiorẽ debiti impletionẽ ꝛ consciẽtie serenationẽ. In tãtis obligationũ angustijs salubre est cõsilium cancel. parisien. Ioh. gers. tracta. de solici. ec. patria. xliij. ita dicẽtis. Ex humilitate laudabili potest fieri corã deo cessio quedã omniũ bonorum spiritualium in manibus eius proportionabiliter ad forum exteriorẽ de tẽporalibꝰ bonis ratione debitorũ: ꝛ hoc ex consideratione tot exactorꝝ/ quibꝰ obnoxij sumus: ꝛ q̃ nos premũt ꝛ quodãmodo suffocãt. dicentes. Redde qd' debes: vt sunt creatio/ recreatio/ redẽptio/ debitorũ totiens facta remissio. Preterea tam crebra nũc vno modo: nunc altero mediate ꝛ immediate bonoꝝ multiplicium facta receptio. Quo casu pauper homuntio sic deprehensus ꝛ angustiatus dicere põt ad deum. Dñe vim patior: respõde pro me. Tu inquam qui preciũ nostrũ es: nostra iusticia: nostra redemptio copiosa/ redde creditoribus meis quõ vis ꝛ scis: tñmodo vita gratie in hac paupertate me sustẽtes ꝛ satis est. Idẽ in trac. de orõne cõsid. ix. de eodẽ tractãs ita dicit. Quisq̃s tu tandẽ ordinatꝰ es ad orandũ/ nõ tñ pro te: sed etiã ꝓ ceteris: poteris in ipsa meditatione tua discutere vt ab obligatione tua te apud deũ et hoiem dissoluas: Nihilominꝰ si q̃d in me cõsilij est: noli esse nimiũ scrupulosus circa tue orõnis numerũ/ põdus ꝛ mensurã. Cõmitte totũ illud deo/ q̃ tribꝰ digitis potentie sapiẽtie ꝛ clemẽtie appẽdit molẽ terre. Qui nũerat multitudinẽ stellaꝝ: ꝛ oĩbꝰ eis noĩa vocat. Qui numerauit arene maris: dic ei tota spei fiducia. Debitor sũ pñ nisupra ꝗ̃ possit exiguitas mea soluere debitorꝝ: qꝛ me creasti

debito: quia immemor tui: vitiis me fordidans cōtra tua
precepta: ⁊ tū mihi parcēs nō me dānasti. Debitor iterum
proximis: q: de labore manuū suarū et sudore vultus sui
comedo panē in abūdantia. Debitor carni mee et sangui-
ni: debitor orantibꝰ pro me: debitor lapsis ꝑ me: ⁊ ita de re-
liquis sine numero. Tot igitur pressus exactionibus, quid
agam: quo me vertā? Dn̄e vim patior, respōde ꝓ me. Sed
quid respondebis pro me. Recte prorsus. Si diuidas vni-
cuiqꝫ illud quātulumcūqꝫ suffragiorū qđ offerre paupertas
mea potest: quod quantū sit solus vides. Nolo calculum
ponere cū singulis proximis et benefactoribus meis. Tu
pro parte tua recipias missam istam. Tu orationem: turbo-
num opus alterū: tu sapiētissime merito: ū ⁊ suffraganeo-
rum ponderator deꝰ, distribue singulis prout vnicuiqꝫ opꝰ
est ad vtilitatē suā, ad liberationē meā. Exēplū in cuiuslibꝰ
applico mihi. Debitor itaqꝫ non habēs vnde soluat credi-
toribus suis, solet vel cogitur cedere omnibus bonis suis
tam habitis ꝙ habituris: retēta necessitate victus sui pro-
ut ordinauerit iudex vel aduocatus. Ita de spūalibꝰ. Ce-
do coram te dn̄e ⁊ pie deus. Hec ille. ¶ Nec tn̄ illa sic acci-
pienda sunt, vt sacerdos omittat determinatam ⁊ specia-
lem applicationem: in hac sola generalitate intentionem
suam figens: quoniā vt. s. dictū est: deus sm ordinē sue sa-
pientie, aliqua dare statuit propter speciales nostras ora-
tiones: ⁊ sacrificium specialiter applicatū: que alꝰ his pre-
termissis nō daret. Sed propter nimiū scrupulosos: quia
per nullam specialē determinationem a scrupulis seruan-
tur: vt hi facta determinatione speciali de qua certi esse nō
possunt, an facta sit prout fieri deberet: recurrant ad hoc
consilium applicationis generalis. ¶ T Fuerūt nōnul-
li qui ordinē dare nisi sunt (quo specialiū cōmissorum me-
moria sit habēda) ad obliuionis remedium ⁊ confusionis
ac fastidii subleuamen. Unde quidā ex ordine sex casuum
grāmaticalis declinationis noim, quasi magis celebranti
noto, ordinē memorandoꝝ tradiderūt: vt a noiatiuo siue
recto, q̄ primus est casuū. i. a seipso sacerdos a quo ordina-
ta charitas incipit: viuorum memoriam ordinet. Scdo ge-
nitiui. i. progenitoꝝ parentū ac ꝓpinquoꝝ carnaliū ⁊ spiri-
tualiū subdat memoriā. Tertio datiui. i. fundatoꝝ patro-
norū offerentiū ac bn̄factoꝝ a q̄bꝰ tpalia receperūt. Quar-
to accusatiui. i. inimicoꝝ: nam accusatiuꝰ ex vocabuli inter-
pretatione casus est aduersarioꝝ. In h tanq̄ ꝑfecti christi
imitātes exemplū pariter ⁊ doctrinam dicētis in euāgelio
Mat. v. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui ode-
runt vos: ⁊ orate pro ꝑsequētibꝰ ⁊ calūniantibꝰ vos: vt si-
tis filii patris vestri q̄ in celis est: q̄ solē suū oriri facit sup
bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Quātum
ad ea eñ q̄ a deo habent inimici, diligēdi sunt: naturā scꝫ
qua ad dei imaginē creati sunt: qua ꝓximi ⁊ fratres sunt
⁊ q: a christo redēpti ad fidē tanq̄ regni coheredes sunt
vocati. Nō quoad culpā ⁊ defectꝰ in q̄ a seipsis ⁊ suggesti-
one diabolica inciderunt. Quinto vocatiui. i. errātiū in fide-
lium ⁊ pctōrū: vt ad fidē ⁊ cōuersationē sanctā a suis erro-
ribus ⁊ vitiis cōuertant. Uel vocatiui. i. ꝑlatoꝝ presidētiū
⁊ rectoꝝ spūaliū ⁊ tpaliū ad eccl̄ie regimē vocatoꝝ: ꝓ qui-
bus vt spāliter oret aplꝯ hortat. i. Timo. ii. Obsecro inq̄t
primū oim fieri obsecratiōes, orōnes, postulationes, gra-
tiarū actiones, ꝓ oibꝰ hoibꝰ: ꝓ regibꝰ ⁊ oibꝰ q̄ in sublimi-
tate cōstituti sunt: vt quietā ⁊ trāquillā vitā agamꝰ in om-
ni pietate ⁊ castitate. Per reges, oēs intelligunt rectores
Sexto ablatiui. i. coꝝ q̄bꝰ bona aie, corporis aut fame ab-
stulimꝰ: occasionē dāni spūalis aut tēporalis dedimꝰ vbo
vel exēplo: q̄bꝰ obnoxii sumꝰ ad restitutionē sm illud sal-
uatoris Mat. v. Si offers munꝰ tuū ante altare ⁊c. Uerū
etsi hoc mō celebrātis memoria iuuari possit: non tn̄ hic or-
do supradictoꝝ graduū ordini correspondet: nā in priori gra-
du applicāda est virtꝰ sacrificii his, q̄bꝰ magis obligamur
Samꝰ aūt magis obnoxii eis q̄s dānificauimꝰ. Itē eccl̄ie
rectoribꝰ tanq̄ spūalibꝰ parētibus, q̄ ꝑ ablatiuū ⁊ vocati-
uum sm dicta intelliguntur: ꝙ inimicis ⁊ infidelibꝰ ac ce-

defic ꝑsecutoribus, q̄s accusatiuꝰ cōmemorat. Processus
etiā ille prolixus videt: ⁊ distractionē sacerdoti: ⁊ fastidiū
ingerens populo circūstāti. Qđ oimode cauēdū est: cum
non sibi: nec ꝓ se tn̄ sacerdos: sꝫ eccl̄ie ⁊ circūstantibꝰ in h
officio debeat deseruire. Ideo nonnulli alio mō memoriā
ordinant magis correspondēter ad gradus supradictos: vt in
primis specialē memoriā faciant eorū pro quibꝰ ꝓ ista vi-
ce celebrare cōstituere: qui variari possunt: vt sint nūc illi:
nūc alii. Nō eñ celebrās tenet in oibꝰ missis eundē deter-
minationis modū obseruare: vt scꝫ semꝑ in primo gradu
specialis applicatiōis, applicet parētibꝰ: vel fundatoribꝰ:
aut spūalibus filiis ⁊c. sed nūc istis: nūc illis. Qm̄ etsi sa-
cerdos obligatꝰ est multis: est tn̄ illa obligatio quantum
ad missam celebrandū precepti affirmatiui: qđ nō obligat
ad semꝑ: sed pro aliq̄n et certo modo: alioq̄n sacerdos te-
neret quotidie celebrare: qđ tn̄ beatꝰ Aug. nec laudat nec
vituperat. Laudaret aūt celebrare: ⁊ vituperaret nō cele-
brare quotidie, si ad id sacerdos teneret. Ideo dū ex fun-
datione sui bn̄ficii vel officii aut ex cura aiarū sibi iposita
nō obligat ad celebrandū: pōt applicare cui voluerit. In
quo simplices sacerdotes nō curati maiori gaudent liber-
tate pro quāto rōne bn̄ficii (si qđ obtinēt) solis fundatori-
bus sint obligati: ⁊ frequēter ad certas missas sm tenorē
fundationis, q̄s cū ꝑfecerint ad plures nō tenent: igit in
aliis quātū ad determinatiōes, sunt liberiores. Idō nūc ce-
lebrare pōt specialiter: et in primo gradu medie applica-
tionis ꝓ parētibꝰ: nūc ꝓ certo bn̄factore: nūc ꝓ certo libe-
rando seu cōuertendo pctōre: ⁊ h vel viuis vel defunctis.
¶ U Et sm hec primo ⁊ in ꝓmo gradu memoria est ha-
bēda pro illo vel illis ꝓ quo vel quibus hac vice ꝓncipali-
ter celebratur. Suo tn̄ loco. i. in memoria viuorū: si in hac
vita fuerint. Uel mortuorū, si hinc ꝑ mortē trāsierint. De-
inde scdo parentū ⁊ cognatoꝝ carnaliū ⁊ spūaliū. Tertio
cure sue subiectoꝝ tanq̄ spūalium filiorū: si curatꝰ fuerit.
Quarto confratrū suorū, suoꝝ mēbroꝝ eiusdē corporis: si
sit eccl̄ia religiosa collegiata vel domꝰ priuata. Quito fun-
datorū patronorū et bn̄factorū tpaliū ⁊ spūaliū. In q̄bꝰ
quilibet sibi regulā ⁊ ordinē cōstituat sm cōgruitatē ⁊ exi-
gentiā sibi cōiunctorū quo proptiꝰ sue occurrāt memorie.
Nō tn̄ opꝰ est vt memorādorū noia occurrāt aut recitent.
sufficit ꝙ ꝑsone occurrāt menti. Dū vo noia occurrūt in ge-
nitiuo casu mēte tenēda vel ore exprimēda sunt: vt Me-
mēto dn̄e famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ. huiꝰ ⁊ illiꝰ aut illoꝝ:
q̄tenꝰ debita ⁊ cōgrua ꝓcedētiū et sequētiū in textu cano-
nis fiat cōnectio. Et qm̄ nō satis certū est, q̄s cui in graduū
prefatoꝝ ordine ꝑponēdus sit: intēdat celebrās generali-
ter vt dn̄s iustissimꝰ oim distributor: acceptare dignet sacri-
ficiū pro his eo ordine ⁊ mō quo se nouerit obligatū. Ad-
dens saltē mente hoc vel equiualēs. Et oim quibꝰ me no-
sti debitorē. ¶ X Ne aūt in hac memoria vel sacerdoti di-
stractio: vel circūstantibꝰ fastidiū surrepat: seruet regula
Sco. vt scilicet sacerdos ante accessuꝫ altaris se recolligat
ac intētionē suā ad eos ꝓ quibꝰ specialiter celebrare dispo-
suit dirigat: ac intentionē talē deo offerat. Sic eñ sufficit
et in missa eorū memoriā habere in cōmuni: q: deus obla-
tionem ⁊ deuotionē suā pro illis acceptat: pro q̄bꝰ ordina-
uit se velle offerre. Et ita nō oportet morā facere in memo-
ria: dum ibi intētio ad eos refert generaliter: quoꝝ memo-
ria prius habita est in speciali. Et tātū de questione ꝓma.

¶ Lectio. xxviii. A



D secundā questio-
nem, qua quesitū est vtrū applicationē virtu-
tis sacrificii impediat malicia vel suspensio
celebrantis ministri. Respōdet ꝑ hāc conclu-
sionem. Personalis suspensio aut malicia sacerdotis non
tollit virtutem sacrificii alꝰs rite ministrantis. Hec conclu-
sio declaratur. Nam ꝙuis sacerdos peccator sit, et extra
gratiam: ⁊ per consequens nihil in se habeat vnde possit
a deo sua oblatio ⁊ obsecratio acceptari i ordine ad aliqđ

bonum cōferendū:quia tñ oblatio hec ⁊ oratio nō est sua principaliter:sed ecclesie sponse christi:inter quā ⁊ christū nuncius est/ei⁹ orationē portās in ore:quam porrigit exaudiendā patri misericordiarū:sequit᷑ ꝙ sua ꝑsonalis malicia nō reddit orationē illā ⁊ oblatione deo execrabilē/et inexaudibilē. Nō em̄ obsecrādo innitit᷑ gratie ꝓprie sanctitatis:sed dilectioni ⁊ charitati aliene. Vn̄ Guil. parrhis. in lib. de sacramentis trac. de ordine. Aliud inq̄t est interpellare pro alio vt amicū siue beniuolū:ac inniti grē ꝓprie sanctitatis. Et aliud interpellare vt nunciū/⁊ preces ⁊ interpellationē offerre aliene (vt ita dicam⁹) charitatis. Illud em̄ primū oim est ⁊ singulorū sanctorū:illud autē proprium est sacerdotū. Ex officio quippe sacerdotali/sacerdos non preces suas ⁊ supplicationes offert patri misericordiarū:sed preces ⁊ supplicationes ecclie:vt internūci⁹ ⁊ mediator. Et sicut aduocat⁹ nō iura vel statuta sua allegat:sed aliena:⁊ verba ei⁹ cui patrociniū prestat in ore gestat:sic ⁊ sacerdos ex officio publico v̄ba/iterpellationes ecclesie/⁊ orationes in ore gestat:et eas quodāmodo patri misericordiaꝝ ore suo porrigit audiēdas ex parte ecclesie sue. Et illud dicit diligēter attendēdū:quia illud est qḋ errare fecit hereticos circa illud sacerdotale officiū/scꝫ interpellandi. Non em̄ attendebant ꝙ sacerdos ex sacerdotali officio preces ecclie non suas offerat:⁊ ꝓpter hoc interpellationē malorū sacerdotū irritā ⁊ nullā dicebāt: sumentes occasionē ex illo qḋ dr̄ Job. ix. Pctōres deus non

Quis exaudiat. audit. Quo verbo magna cecitate abusi sunt. Ille em̄ ꝓprie exaudit᷑:cuius desideriū adimplet᷑. Oratio vero quā ore gestat sacerdos:nō sua est sed ecclesie:q̄ oratio quam sic porrigit si exauditur:ecclesia exauditur non sacerdos. Quēadmodū ergo petitio aliena in scriptis oblata principi/recipit᷑ ob gratiā ei⁹ cui⁹ est/et ex cui⁹ noie offert᷑: qui ⁊ in ea loquit᷑ petens ⁊ supplicās/⁊ ipse ꝓprie exauditur: quare ⁊ ei⁹ desideriū adimplet᷑/ac pro ipso petitio admittitur. Nō aūt ille ꝑ quē petitionis scriptura porrigit᷑. Sic dicim⁹ ⁊ de petitione ecclie/q̄ ꝑ sacerdotē licet malū/principi deo porrigit᷑. Nō em̄ refert an voce an scriptura petitio offerat᷑. Nec aliud aliq̄d vendicare debet in grā exauditionis ꝓcurator/qui ꝑ vocē petitionē porrigit/ꝙ̄ ille q̄ per scripturā:nec vox ampli⁹ aliq̄d hꝫ vel operat᷑ in eadēꝫ grā/ꝙ̄ scriptura. Constat aūt ꝙ ei q̄ ꝑ scripturā petitionē porrigit:nihil grē fit:sed ei cuius noie ⁊ ꝓ quo fit:ita nec ꝓprie dici pōt ꝙ malū sacerdotē de⁹ exaudiat in hoc casu ¶ B Deniqꝫ de⁹ ecclie precib⁹/fusis tñ ꝑ sacerdotē ad cōcedendū qḋ petit:nō propter sacerdotē talem cōsentit: in eo ergo qḋ cōcedit exaudit᷑ ecclia nō sacerdos. Ecclesie em̄ vox (interior scꝫ intellect⁹/⁊ significatio orationum vocalium/quas offert sacerdos) est quā audit pater misericordiarum. Exteriorē aūt strepitū ꝑ se non curat. Qui em̄ strepitu tantū exteriori clamat:illum deus apud se tacere reputat. Ex quib⁹ satis patet conclusio. Quāuis em̄ sacerdos malus sit:neqꝫ in se habeat vt possit sacrificium deo placere:ab eoqꝫ in ordine ad spūalia bona cōferenda acceptari:q: tñ nūcius ⁊ ꝓcurator est ecclie deo dilecte:in hac oblatione/q̄ ex officio sibi incūbit: respicit de⁹ ad ecclesiā principaliter offerentē ⁊ petentē nō obstāte malicia nuncij offerētis. Et si per impossibile in ecclia tota militante/nullus esset deo accept⁹:obsecratio huius sacrificij nihil a deo impetraret in tōne oblationis:q: sic nullus esset in ecclesia offerēs/⁊ petēs sibi gratus. Vnde oblatio illa posset esse sibi grata/placita ⁊ accepta/inquātū oblatio sacrificij efficaciā habet ex merito ecclie offerētis: secus inquātum hꝫ efficaciā ex institutiōe christi. ¶ Et ad h̄ videt᷑ sonare Guil. parrhis. in loco supra allegato: volēs saluare dictū beati Cypriani martyris/dicētis hereticoꝝ sacramēta inania esse/irrita ⁊ vacua. Cū em̄ ecclia hereticorum ecclia sit malignantium/⁊ deo odibilis:vtpute adultera ⁊ apostatrix:manifestū est (dicit) ꝙ nec eā ꝑ se:nec per nuncios audit de⁹:⁊ ꝓpter h̄ dū sacerdos nūciū ei⁹ se gerit determinate:nihil ipetrat:neqꝫ in aliq̄ vllaten⁹ exaudit᷑:cum preces porrigit noie ecclie manicheorū aut alteri⁹ secte damnate nō noie sancte ecclie catholice:q: nō est nunci⁹ ⁊ procurator catholice:sed ecclie malignātiū: cui⁹ oronē gestat i ore intēdens ꝓ sua secta:nō vniuersali scā ecclia veniā ⁊ gratiam postulare. Hinc q: vox illa vox est diabolice fictionis quid mirū si nihil ipetrat: q: vero vox sacerdotis ecclie catholice/vox est sancte ecclie ⁊ deo dilecte cōgregationis: quid mirū ꝙ hāc exaudit pater misericordiarū:et exauditionē ei⁹ procurat celestis aduocat⁹ eiusdē ecclie sponsus. Quid mirū si illā repellit vt vocē patris: istaꝫ admittit vt vocē placētis amice. Longe em̄ distat petere panē filiorū dare canib⁹ a patre misericordiarū: ab eo qḋ est petere panē filiorū dare filijs ab eodē patre. Longe etiā sunt ꝑsone canine a ꝑsonis filiorum:ꝑsone adultere ⁊ apostatricis/a persona sponse incorruptibilis castitatis et inseparabilis charitatis. Vox coruina a voce colūbina: latratus canin⁹ a voce filiorū. Et ꝙ dicit beat⁹ Aug. sacramēta hereticorū efficacia fore: intelligi debet/dū seruāt formā ⁊ ritū ecclie vniuersalis: illā aūt mutare itelligunt᷑: q̄n tota petitio eorum est: hoc est eorū noie/ex eoꝝ parte/⁊ ꝑ eis determinate. Hoc em̄ est contra formā ecclie catholice: imo ecclia catholica ab eorū orone penit⁹ excludit᷑: vn̄ sic petit᷑ ex parte inimicorū dei: petitur ⁊ pro inimicis dei/qḋ obsistit ipetrationi: q̄liter nō est de nostris sacerdotibus/licet q̄n qꝫ malis. Non em̄ vt dictū est: meritis suis/aut ꝓpria sanctitate nec ꝓprio noie petunt: sed noie et meritis sancte ecclesie/cui veniam puritatem et gratiam postulant. Hec Guil.

¶ C Sed hic aliq̄s opponeret auto. beati Greg. in pasto. Cū is q̄ ad intercedēdū mittit᷑: irati anim⁹ ad deteriora ꝓuocat᷑. Ad quā dr̄ ꝙ hec veritatē habet/q̄n aliq̄s mittitur ad intercedēdū ex ꝓpria ꝑsona fauore ⁊ grā suipsi⁹: talis em̄ placare non pōt iratū. Secus si mittit᷑ tanꝙ̄ nuncius ad intercedendū noie ⁊ meritis alterius grati ⁊ accepti: tunc placari pōt animus irati/gratiositate non nuncij sed nuncium mittentis. Sicut est videre in nuncio ferēte petitiones litteratorias: qui nūcius ꝙ̄uis displiceat obsecrato: tamen petitionē audit intuitu ⁊ fauore eius qui illū misit. Vel aliter dici potest/ꝙ malus sacerdos non mittit᷑ ab ecclesia ad intercedendum ad deum pro salute populi immo potius prohibetur. Statuit eniꝫ ecclesia vt missam nullatenus dicat displicens/nec irreconciliatus deo: cum vero se ingerit peccat. Est tamen nūcius nō ex missione ecclesie: sed ex officio ⁊ ordine. ¶ Aliter et meli⁹ dicit predictus doctor/ꝙ est verū/ꝙ animus ad deteriora ꝓuocatur sed contra eū q̄ temere intercedere ꝑsumit: ⁊ maiestatē iudicis non veret᷑: spurcitias vitioꝝ ⁊ pctōꝝ suorū impudenter ⁊ irreuerēter oculis ei⁹ igerēs. Silr̄ ⁊ ꝯtra eū qui talē ad intercedendū sciēter mittit: nullaten⁹ aūt ꝯtra ecclesiam sctōꝝ: q̄ in illa parte oino innocēs est ⁊ immunis: alioquin ex alieno delicto/ecclia incurreret offensam dei: qḋ sentire iniquissimū est: sibi ergo h̄moi ꝑsumptor iudicium māducat ⁊ bibit. Ecclia aūt de fonte illo saluatoris hauriat aquas salutares: vt dr̄ Esa. xij. ¶ D Sed iterū quis opponeret. Si fructū misse non impedit malicia celebrantis q̄n de⁹ det dona sua ad obsecrationē mali sacerdotis sicut ⁊ boni: cur canones multos sacerdotes ꝓhibēt celebrare. Ad hoc r̄ndetur ꝙ generaliter oēs sacerdotes in mortali crimine existētes ꝓhibent᷑ a celebratione: ꝙ̄uis fruct⁹ celebrationis alijs pro qb⁹ celebrāt: nullaten⁹ subtrahat᷑: ⁊ hoc propter salutē propriā celebrātis: q: dicit aplſ. j. Corin. xj. Qui manducat ⁊ bibit indi. iudiciū sibi mādu. ⁊ bibit. Nec vult ecclesia salutem procurare multorū/cū interitu ceterorū presertim ministroꝝ suorū: sed nec sacerdotē in peccatis existentē mouere debet ad celebrandum salus aliena: si illam cum detrimento salutis proprie procuret: cum dicat christus Matth. xvj. Quid prodest homini si vniuersum mūdū lucret᷑: anime vero sue detrimētū patiatur: aut quā dabit hō cōmutationē pro aia sua. Et beatus Gregorius. Quid prodest facule ꝙ alijs lucet: cum ipsam edax flamma cōburit. ¶ Singulariter tamen multi sacerdotes ꝓpter

Sacrũ eucharistie diuersa nomina.

dotes ꝓpter peccata specialia a celebratione suspendun
tur: q2 ipsoꝝ pctã huic venerabili sacrõ spãliter repugnãt
ꝛ aduersant̃. Hoc sacramẽtũ em̃ est sacramẽtũ fidei: ideo
repellunt̃ heretici defectũ fidei patientes. In hoc sacra-
mento est vinculũ charitatis: ideo repellunt̃ scismatici q̃
rũpunt vinculũ ecclastice vnitatis. Sacm̃ h̃ est vas gr̃e:
vñ dicit̃ eucharistia.i.bona gr̃a: ideo repellunt̃ simoniaci
qui gratiã dei emere ꝛ vendere nõ erubescũt. Sacm̃ hoc
sacm̃ est cõionis: vñ ꝛ cõio appellat̃: ideo repellunt̃ excõi
cati/q̃ a cõione eccl'ie sunt exclusi. Item est sacm̃ dignita-
tis immo dignissimũ: ideo repellunt̃ degradati: q̃ omĩ di-
gnitate ecclastica sunt priuati. Itẽ est sacm̃ virtutis ꝑfe-
ctine: ideoq3 repellunt̃ suspensi ꝛ irregulares: q̃ man⁹ ha-
bent ligatas: ꝓpter qd̃ in exercitium ecclastice ptãtis ꝫm
actus hierarchicos: q̃ sunt purgare/illuminare/ꝑficere/
admitti nõ debent. Item in hoc sacrõ eleuatio mẽtis esse
debet in deũ singularis: ideoq3 repellunt̃ fornicarij: q̃ tan
q̃ carnales nõ possunt ea q̃ sp̃us sunt/degustare: ꝫm illud
apl̃i. Animalis hõ nõ ꝑcipit ea q̃ sunt sp̃us dei: stulticia em̃
est illi.j.ad Cor.ij. ❡ Tertio posset opponi ꝯ predicta. Sa
cerdos malus carens gr̃a: q̃ vita est aie: est mẽbrũ ꝛ orga-
nũ mortuũ: ergo ꝑ ip̃m nõ põt fieri influxus gr̃e ꝛ vite spi
ritualis a christo capite. Antecedẽs patet: q2 caret vita. Cõ
sequentia ꝓbat̃: q2 membrũ aridũ ꝛ organũ mortuũ/non
põt esse mediũ influxus vite in aliud membrũ: vt manife-
stũ est in corpore vero: ergo nec in mystico. ❡ E Pro so
lutione hui⁹ oppositionis notandũ/q̃ q̃uis eccl'ia dicat̃
corp⁹ christi/ꝛ fideles hui⁹ corporis mẽbra: christ⁹ vo caput
tñ magna differẽtia est hui⁹ mystici corporis ac membroꝝ
suoꝝ ꝛ capitis.a corpore/mẽbris ꝛ capite naturalib⁹/q̃ad
participationẽ influxus vite sensus ꝛ motus. Vñ in toto
corpore/natura puta humana/est vna vita oim̃ partiũ: q̃
ab ipsa participat̃ ordine quodã. Quia ꝑmo vita in cor-
de reperit̃: qd̃ ꝫm ph̃m/est p̃mũ viuẽs: ideo p̃ncipiũ vi
te appellat̃. Post hoc recipit̃ in alijs mẽbris/ꝫm q̃ magis
vel min⁹ ꝓpinque se habẽt ad id p̃ncipiũ vite. Est q̃ hec
deriuatio vite a corde naturalis: ita q̃ nõ est in cordis po-
testate vitã in se cõtinere ꝛ ceteris mẽbris nõ cõicare. Nec
etiã cor cõtingẽter: ꝛ libere respicit mẽbra: ita q̃ possit in-
fluere vitã in membrũ distans/absq3 hoc q̃ influat in mẽ
brũ ꝓpinquius. Sicut nec est in ptãte solis/lumen in aerẽ
nõ diffundere: neq3 est in ei⁹ ptãte illuminare partẽ aeris
distantẽ/quin prius illuminet partẽ aeris ꝓpinquã: ꝛ hoc
inest talib⁹ causis ex cõditione sue nature. Est ergo in cor-
pore naturali vna vita: aia sc3 vegetatiua/q̃ quodã ordi-
ne incipit esse in corpore: ꝑmo in corde: deinde in mẽbris
ꝓpiquiorib⁹: ꝛ sic donec mẽbra singula viuificent̃. Nõ sic
in corpore mystico/qd̃ est eccl'ia ꝛ suis membris. Sicut em̃
hec mẽbra nõ cõtinuant̃ ad inuicẽ/vt q̃d vere vnũ consti-
tuãt: sic in isto corpore nõ est vna vita numero: sed quodli
bet mẽbrũ viuẽs viuit ꝓpria vita distincta a vita alterius:
alia siquidẽ est gr̃a ꝛ charitas sortis: alia platonis: nec cõ
stituũt vnã gratiã numero: sicut partes vite aialis bruti cõ
stituũt vnã vitã/sc3 vnã totalẽ aiam: sicut partes corporis
vnũ totale corpus numero. ❡ Participatio etiã vite sp̃ua
lis corporis mystici/nõ est silis ꝑticipationi vite naturalis
corporis materialis a p̃ncipio vite. Nã p̃ncipiũ vite sp̃ua-
lis christ⁹ est: q̃ est caput eccl'ie: a quo descẽdit gr̃a q̃ est vita
ꝛ opationũ meritoriarũ vitale p̃ncipiũ. Est aũt christ⁹ hu-
ius gr̃e causa nõ naturalis: sed mere libera ꝛ gratiosa/in-
fluens hãc vitã cui vult/ꝛ qñ vult. Neq3 ordinẽ talẽ h3 ad
mẽbra eccl'ie/vt nõ possit vni mẽbro influere: nisi prius in-
fluat alteri. Qm̃ etsi in eccl'ia vnũ mẽbrũ sit causa influx⁹
vite in aliud: vt sacerdos est causa baptizato ꝛ cõfitẽti in-
fusionis gr̃e: nõ tñ nisi ministerialis. Nõ em̃ causat gratiã
effectiue in quocũq3: q2 gr̃a a solo deo creat̃: sed est causa
ministerialis: q2 ꝑ ministeriũ sacerdotis causat de⁹ gratiã/
quo ministerio nõ adhibito/deus gratiã nõ influeret. Et
qd̃ sic est causa vite dũtaxat ministerialis: nõ oportet viue
re vita tali/quã ip̃m cui vita cõcedit̃ per ip̃m. Nec oportet
q̃ sit ꝓpinquius p̃ncipio vite in participãdo talem influ
xũ: sed sufficit q̃ sit ꝓpinquius in gradu ꝛ ordine ministrã
di. Vñ sacerdos sic vitã influit in mẽbra eccl'ie ex suscepto
ministerio qd̃ sibi cõuenit: nõ ex ꝓpria vita sp̃uali ꝛ scitta-
te: sed ex officio ꝛ ordine. Sicut em̃ nõ facit militẽ virtus
ꝛ fortitudo bellica: s3 ascriptio p̃ncipis ꝛ institutio. Nec ro
bur corporis sup decẽ milites decurionẽ: s3 p̃ncipis electio
ꝛ tradita ptãs. Neq3 ꝓcuratorẽ prudẽtia ꝛ solertia ꝓpria:
sed cõstitutio a dño lita ꝛ cause. Sic sacerdotẽ influere vi
tã gr̃e suo mõ nõ facit sanctitas vite: s3 ordo ꝛ officiũ sacer
dotale. Ratione cui⁹ cõpetit sibi offerre preces eccl'ie spõ-
se christi: cui christus: qd̃ pie desiderat: negare non potest.
❡ F Per hoc patet respõsio ad oppositionẽ. Licet em̃
sacerdos malus sit organũ mortuũ eccl'ie pro quanto ca-
ret in seipso vita gr̃e: influere tñ eã põt in alia mẽbra mini
sterialiter. Qd̃ nihil aliud est dictu/nisi q̃ potest exhibere
suũ ministeriũ: offerẽdo preces ꝛ sacrificando ꝫm institu-
tionẽ christi ꝛ eccl'ie: cui⁹ ministeriũ christus operat̃ effectũ
ad quẽ ip̃m ministeriũ est ordinatũ. Nec est sile de mẽbris
naturalib⁹ corporis/ꝛ mẽbris officialib⁹ eccl'ie certo mini-
sterio deputatis: vt patet ex ꝓmissis. ❡ G Sed adhuc
restat breue dubiũ: cũ dictũ sit q̃ sacerdos celebrans nun
cius est deferens eccl'ie preces ad spõsum ꝛc. Et si hoc sal-
uari posset quoad sacerdotẽ in mortali pctõ occulto existẽ
tem: quõ aũt verũ est quoad suspẽsum ꝛ excõicatũ/quem
eccl'ia manifeste ꝓhibuit/ne tali legationis officio funge-
retur: ꝛ ita in officio qd̃ celebrat ꝯ ꝓhibitionẽ eccl'ie/nõ vi-
detur q̃ gerat tanq̃ nũcius ꝑsonã eccl'ie. ❡ Ad qd̃ dicen-
dũ q̃ sacerdos rite celebrans quãtũ ad materiã/formã et
intentionẽ: hoc est habẽs determinatã panis ꝛ vini mate
riam ꝓferens formã a christo institutã: intendẽs qd̃ eccl'ia
intendit: q̃ sunt de essentia officij ꝛ cõsecrationis: vt dictũ
est lec. vj. Hec inquã sic agens/sicut vere cõsecrat: ita nun
cius est eccl'ie/eiusq3 ꝑsonã gerit: lic3 fuerit suspẽsus/excõi
catus vel degradatus: ꝛ ꝑ hoc ab eccl'ia ꝓhibitus. Cui⁹ ra
tio est: q2 esse sic nũciũ eccl'ie/ꝛ ei⁹ ꝑsonã gerere: est insepa
rabiliter ordini ꝛ officio sacerdotali annexum: quo semel
suscepto priuari nõ põt/ꝓpter characteris in susceptione
ordinis impssi indelebilitatẽ. Nec ꝓhibitio eccl'ie h̃ efficit
vt officiũ ꝓhibitus simpliciter exercere nõ possit: sed vt nõ
licite possit. Est em̃ in hoc quasi ꝓcurator ꝛ nũcius irreuo-
cabilis ecclesie/habẽs formã sui officij: quã tenendo quo-
tiens officiũ exercet ꝑsonã ecclesie representat: lic3 hoc fa
ciens cõtra ꝓhibitionẽ peccet. Exemplũ ad hoc in huma-
nis. Si princeps cõstituit officialẽ irreuocabilẽ ꝛ ꝑpetuũ/
ꝫm certã sibi traditã formã suo noie regentem: lic3 postea
ꝓhibeat ne aliqua faciat: nihilomin⁹ q̃ post ꝓhibitionem
ꝫm formã in sua institutione traditã agit: virtute prime
cõmissionis in ꝑsona sui dñi agit: ꝛ factũ tenet: licet sic fa-
ciendo dominũ offendat. Ita ꝛ in ꝓposito/q̃ vo sic ꝓhibi
tus nihilomin⁹ ꝛ celebrare attentans: vere cõsecret seruan-
tis predictis substantialib⁹/supra ostensum est lec. ij. Hec
est de secũda questione. ❡ H Questio tertia qua quesi
tũ est/quõ alicui liceat ordinare vt missa specialiter cele-
bretur pro se: cũ quilibet tenet̃ oẽs primos sibi equaliter
diligere. Nã sic specialiter ordinando diminuit bonũ pro-
ximi: qd̃ est cõtra fraternã charitatem. Est ꝛ cõtra rõnem
huius sacrificij: qd̃ ideo cõmunio dicit̃/q2 oibus cõiter va
let. Et bonũ quãto cõmuni⁹/tanto diuinius: ideo huic cõ
munitati nihil subtrahendũ erit ꝑ specialẽ applicationẽ.
Questio ista cũ precedentib⁹/ꝛ earũ solutione/videt̃ pre-
supponere q̃ missa celebrata pro plurib⁹: min⁹ valeat cui-
libet pluriũ/q̃ si pro paucis siue paucioib⁹ aut ꝑ vno so-
lo celebraret̃. de quo paulo latius videndum est. ❡ Ubi
nunc premittendũ/infra latius declarandũ/q̃ in effectu/
siue fructu misse plura bona cõprehendunt̃: sc3 malorum
ablatio/puta solutio pene pro pctĩs debite: ꝛ bonoꝝ gra-
tuitoꝝ collatio/tam gratie gratũ facientis. q̃ gr̃e gratis
date. Sicut ꝛ christi passio quã missa representat: pene de-
bitum quo tenebamur obnoxij: absoluit: celum aperuit:

gratiā ⁊ gloriā/⁊ bona cūcta nobis meruit. ¶ I Quā-
tum ad pene solutionem/cōis est ⁊ pene oīm sniā/missam
vnam nō tantū valere pluribꝰ/si pro eis ex equo celebreť:
quātū valeret si vni soli vel paucioribꝰ applicareť. De hoc
btūs Tho. in scripto. iiij. dist. xlv. q. pncipali. ij. dicit: Suf-
fragia vno mō valent ad hoc ꝙ ꝑ intentionē vnius alteri
applicanť: etsi satisfactio vnius alteri computať. Et hoc
mō nō est dubiū quin magis valent ei pro quo fiunt: imo
sic ei soli valent. Satisfactio eñ ꝓprie ad remissionē pene
ordinať: vnde quātū ad dimissionē pene precise valet ad
suffragiū ei pro quo fit Et sequiť. Magis valet suffragiū
alicui qđ pro eo singulariter fit: ꝙ qđ fit pro eo cōiter ⁊ ꝑ
multis alijs. Sic eñ effectꝰ suffragij diuiduntur ex diuina iu
sticia inter eos pro quibꝰ fiūt. Idem sentit magr̄ eadē dis.
dicens: Pōt dici plura subsidia cōtulisse diuiti ad celerio-
rem solutionem: nō pleniorē. ¶ Quantū vero ad collatio-
nem boni/quidā vt prepositiuꝰ/⁊ ceteri dicere volebant/
ꝙ missa nō plus valet vni vel paucis si pro illis celebrať:
ꝙ valeret eisdē si simul pro pluribꝰ diceret. Qđ sic ostende
re nituntur. Bonū spūale ꝓportionať spiritui: sed spūs est
vbiqꝫ totus: ⁊ nō communicať ꝑ partes: igitur bonū spūale
cōicatur sine diuisione: ⁊ ita nō minuiť: licꝫ pluribꝰ cōiceť.
Hoc etiā exemplo corporali declarať/vbi minus apparet
ꝙ in ꝓposito. Nam aliqua corporalia de quibꝰ minus vi-
detur ꝙ de spūalibꝰ: nō minus cōmunicanť cuilibet si plu-
ribus cōmunicanť: ꝙ si ei soli cōmunicarenť. Patet de lu-
mine cādele simul illuminātis plura illuminabilia ⁊ equa
liter sicut si illuminaret quodcūqꝫ illorū solū. Patet etiam
de voce q̄ equaliter simul imutat quēcūqꝫ multorū audiē-
tiū: sicut si imutaret vnū eorū tm̄. Ad hoc facit auto. beati
Hiero. de cōse. dist. v. Nō mediocriter. vbi inter alia sic ha
betur. Cū pro centū aīabꝰ missa vel psalmꝰ dicit: nihil mi-
nus ꝙ si p vno quolibet eorū diceret: accipiť. ¶ L Alij
vero aliter opinantur: videlꝫ ꝙ missa plus valet paucis vel
vni: etiā quantū ad collationē boni/si pro eis determina-
te celebrať: ꝙ si cū illis etiā pluribꝰ alijs applicaretur. Et
hoc siue attendať valor misse correspōdens ex ope operato
institutionis/scꝫ christi: siue ex merito offerentis ecclesie:
siue ex hoc ope operante ꝑsonalis meriti celebrātis. Qđ
sic ꝓbať: q: omni merito finito ſm plenā iusticiā correspon
det adequate aliqđ premiū determinatū ad certū gradū:
sed meritū celebrationis misse est finitū: ergo sibi correspō-
det in premio bonū finitū/⁊ ad certum gradū determina
tū. Cōsequentia est in tertio prime. Maior nota: q: ſm iu
sticiā retributiuā oportet esse ꝓportionē premij ad meritū
v. Eth. Ergo finito merito nō correspōdet infinitū: sed de-
terminatū premiū: finiti eñ ad infinitū nulla vnq̄ est pro-
portio. ij. de cōsola. p̄sa. Minor aūt ꝓbatur de quolibet
merito misse: nā de merito ecclie offerētis/⁊ de merito ꝑso
quid de nouo mereantur nō habent: q: statum meriti ex-
cesserūt: quippe in termino sunt/non in via: non currūt in
stadio: sed brauium acceperunt, cursum merendi cōsum-
mauerunt: fruunt reposita iusticie iam corona. ¶ Et per
hoc videt probari posse q̄ non orant pro nobis: q: oratio
est opus maxime meritoriū. Ipsi aūt nunc mereri nō pos-
sunt: igitur nec orare. ¶ Et ex alio idē arguit: Aut vident
deū velle cōferre illud pro quo orant: ⁊ sic frustra fundūt
preces: cū videant deū infallibiliter collaturū qd̄ affectāt.
Si vero viderint deum aut nolle/aut nō velle conferre: ne-
quaq̄ orabunt: q̄m per oīa cōcordant diuine volūtati: nec
vnq̄ petunt aut desiderant fieri qd̄ deū non facturū reco-
gnoscunt. His ⁊ similibus rationib⁹ decepti sunt dicti he-
retici. Decipiunt ⁊ nūc nōnulli nostro tp̄e christiani. Ideo
primo ostendenda est veritas. Scdo argumenta hec so-
phistica sunt soluenda. ¶ E Credendū est igit firmiter
⁊ nullatenus dubitandū sanctos in patria pro nobis in-
tercedere: nobisq̄ suffragari merito et prece siue voto.
Merito dum precedentia eorū merita nobis suffragant.
Et prece vel affectu/dū nostra vota a dn̄o cupiunt imple-
ri. Et in hoc orant pro nobis desiderio/non voce: dum af-
fectuose desiderāt hec vel illa nobis a dn̄o concedi intui-
tu suoꝝ meritoꝝ vel affectuū. Hec est sn̄ia magistri in. iiij.
dist. xlv. Que veritas autoritate ostendit ⁊ ratione. Auto-
ritate vtriusq̄ testamenti vete. ⁊ no. simul ⁊ sanctorū pa-
trum. Multa eīn cōtulisse dn̄m viuentib⁹ propter merita
patrū dormientiū ⁊ in sinu abrae quiescentiū/est vete. te-
sta. historia. Vñ ait ad isaac dn̄s Gen̄. xxvi. Multiplica-
bo semē tuū sicut stellas celi: daboq̄ posteris tuis vniuer-
sas regiones has: ⁊ benedicent in semine tuo oēs gentes
terre: eo q̄ obedierit abraam voci mee: ⁊ custodierit pre-
cepta ⁊ mandata mea: ⁊ cerimonias legesq̄ seruauerit. Et
sequitur. Noli timere: q: ego tecum sum: benedicam tibi et
multiplicabo semen tuū propter seruū meū abraā. Itaq̄
frequenter dn̄s facturus beneficia posteris cōmemorat se
deum abraam/isaac ⁊ iacob: vt patet Exo. iij. ⁊ in plerisq̄
locis alijs. Faciūt ad illud supra allegata. Norunt hec cer-
tissime patres vete. testa. cap. propter cum orabant dominū
nostrū: patrum merita recensebant: vt sic eoꝝ suffraganti-
bus meritis facilius audirentur. Ipsos deniq̄ pro nobis
intercedere ⁊ orare expressius eadem pagina testat. Nam
dominus volens Hieremie ostendere q̄ peccatis popu-
li exigentibus exaudiendus non esset pro populo ait Hie-
re. xv. Si steterint moyses ⁊ samuel coram me/non est ani-
ma mea ad populum istum. quasi diceret: Si hi qui te ma-
iores sunt: orarent pro populo illo non audirem: quanto
minus te. Sed nihil esset dictu si nō aliquando sancti pro
populo orarent: nec orare possent. Simile esset acsi dice-
ret. Si lapides intercederent non audirem: nec te exau-
diam. Presupponit igitur dn̄s moysen ⁊ samuelem ali-
quando pro populo orare. Item. ij. Mach. vlt. dicitur de
propheta Hieremia dudū defuncto. Hic est fratrum ama-
tor ⁊ populi israel. Hic est qui multum orat pro populo et
pro vniuersa sancta ciuitate hierusalem: hieremias ꝓphe-
ta dei. Quodq̄ exaudita fuerit eius oratio: ex eo quod se-
quitur: manifestum est. Sequitur eīn: Et extendit Hiere-
mias dexteram; ⁊ dedit iude gladium/dicens; Accipe san

cum gladiū aureū munus a deo in quo deijcies aduersarios populi mei israel. ¶ F Ex nouo etiā testamēto ad idem pferri possunt testimonia. Nam saluator noster sanctus sanctoꝝ ⁊ beatissimus beatoꝝ ꝭm assumptā humanitatis naturā pro nobis orat in celo ad patrem sicut aplus ait Ro. viij. Quia ⁊ christus iesus etiā interpellat pro nobis. Item ad Heb. vij. Iesus sempiternū habet sacerdotium: vnde ⁊ saluare in ppetuū pōt accedens ꝑ semetipm ad deū viuens ad interpellandū pro nobis. Ioh. quoqꝫ in prima cano. c. ij. ait: Hec scribo vobis vt nō peccetis. Sz ⁊ si quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē iesum christū iustū: ⁊ ipe est ppiciatio pro peccatis nostris. Cum ergo christus caput nostrū pro nobis intercedat apud patrem: cur hoc nō de membris eius (beatis scꝫ) credamus. Maxime cū hereticoꝝ argumenta magis locū habere videant in christo ꝙ in sanctis: tanto vtiqꝫ magis quo beatior ⁊ patris voluntatem clarius recognoscit. ¶ Intercedit sūt ꝓ nobis christ⁹ nō ꝭm naturā diuinā ꝭm quā equalis patri cum eo cōdonat petita: sed ꝭm humanā ꝭm quā minor est patre: ⁊ meruit i oībus exaudiri. Nec dubiū sanctos eum in hoc imitari in celis: sicut eū imitati sunt fideliter hic in terris. ¶ Probat auto. sanctoꝝ: nam Hiero. cōtra vigilantiū scribens acerrime eū reprehendit: eo ꝙ sanctos negauit pro nobis orare. Aug. etiā de verbis apostoli ait: Iniuria est ꝓ martyre in ecclīa orare: cuius debem⁹ orationib⁹ cōmendari. Et iterū loquens de purgandis in cōsummatione seculi morientib⁹. Estimo inquit eū quasi per ignem transeūtem saluari meritis ⁊ intercessionibus celestis ecclesie: qui pro fidelib⁹ semꝑ intercedit, donec impleatur christus, scꝫ in membris suis. Sanctus qꝫ iohannes Damas. in suo. iiij. sententiarū ait: Si quis multū laborem ducem inuenire qui ipsum alicui mortali regi adducat ⁊ pro eo ad ipsum verbum faciat: quāto magis sancti dei duces generis humani: qui pro nobis ad deum interpellationes faciant: querendi sunt ⁊ honorandi. ¶ Superfluū puto adducere Ambrosiū, Gregoriū, Bedā, Bern. Magistrū, ceterosqꝫ innumeros in re tam manifesta: cū ecclesie vniuersalis ritus ⁊ doctrina vetustissimi nos doceant sanctos venerabiliter inuocare: cuius excellentissima est autoritas: a qua dissentire catholico fas non erit.

¶ G Pōt idem ratione breuiter ostendi. Nam quāto quis ex charitate proximū magis diligit: eo amplius ei salutē a deo cōferri desiderat. Longe aūt sancti in celo magis diligūt nos, ꝙ existentes in terris. Nā charitas nō excidit in celo: sed pficit ⁊ cōsummat. Salutē aūt alteri desiderare a deo, est pro eo intercedere: vt dictū est. Item cōstituti in terris iubemur multiplici scripture exhortatione pro nobis mutuo orare: sicut ait Iaco. v. Orate pro inuicem vt saluemini. Qđ ⁊ solicite fecerūt apostoli: nā ardentissime pro alijs orauerūt: ⁊ alioꝝ oratiōes pro se fieri postulabāt: vt patet transcurrenti eplas pauli. ⁊ recte qm testē Iacobo vbi. s. Multū valet deprecatio iusti assidua. Multū ꝑ oēm modum: qm̄ orauit vnus homo moyses ⁊ sexingentis millibus pugnatoꝝ veniā impetrauit. Orauit helias ⁊ celū clausit ne plueret annis tribus ⁊ mēsib⁹ sex. Rursus orauit ⁊ pluuiā largissimā arētibus, terre ⁊ hominibus impetrauit. iij. Reg. xvij. ⁊ xviij. ⁊ Iacobi. v. Sed ⁊ dn̄s amicis iob, qui recta locuti nō fuerant: precepit vt ad iob se cōferrent: petentes quatenus pro eis offerret sacrificiū ⁊ oraret: vt non imputaret eis stulticia eoꝝ. Sic Stephanus orans pro ꝑsecutorib⁹, paulo cōuersionem impetrauit. Et Paulus orans. cclxxvi. suis cōnauigantib⁹ vite presidio fuit. Et sic est videre de innumeris qui in carne viuentes, alijs orando beneficia plurima impetrarunt.

¶ H Et mira hereticoꝝ hebetudo: cū viuos ꝓ sese fructuose orare cōcedūt: vtpote coacti apertissimis vtriusqꝫ legis testimonijs, idipm negent de beatis qui certissime apud deum potentiores sunt effecti, quo presentiores ac beatiores: dicente dn̄o de eis: Qui minor est in regno celoꝝ maior est illo, scꝫ iohāne baptista. Math. xi. Si ergo adhuc in carne infirmi ⁊ mutabiles in via cōstituti: ⁊ ideo pro seipsis soliciti orationib⁹ suis ceteris pfuerūt: quanto magis fortes facti salutis sue securi: in patria ciues ⁊ domestici dei cōstituti: in charitate quoqꝫ fraterna cōsummati, pro fratrib⁹ in via relictis instanter ⁊ vtiliter votis ⁊ meritis perorabūt. ¶ Hanc rōnem bea. Hiero. cōtra Vigilātiū tangit, cum ait: Apostoli ⁊ martyres adhuc in corpore cōstituti possunt orare pro ceteris: quādo ꝓ se adhuc debent esse soliciti: quāto magis post coronas ⁊ triumphos. Orauerūt in via existentes: ⁊ postqꝫ cum christo esse ceperunt minus valebūt? Tunc ora clausuri sunt: ⁊ pro his qui in toto mūdo euangelio crediderūt mutire nō potuerunt. quasi diceret: Nullo mō hoc credendū est. Et bea. Bern. in sermone de vigil. aploꝝ petri ⁊ pauli: Qui potens erat inquit in terra: potentior est in celis ante faciē dn̄i dei sui. Si em̄ dum adhuc viueret misertus est peccatorib⁹, ⁊ orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto verius cognoscit miserias nostras: orat pro nobis patrem: qꝛ illa beata patria charitatem eius nō minuit: sed augmentauit. Et similia multa ponit in scriptis suis. ¶ I Demū ex facto eadem veritas nō tam colligit, ꝙ palā oculis exhibet. Quis dinumerare sufficiat quanta beneficia prestita sunt in terris ad deuotā sanctoꝝ inuocationem ⁊ reliquiarū venerationem? Qđ si nō sufficiāt pbatissime historie: fides adhibeatur beato Aug. xxij. de ciui. dei. c. viij. vbi. xxv. miracula recitat quib⁹ ipse vt plurimū interfuerat: inter que ⁊ mortuorū suscitationē cōnumerat: q̄ martyrū intercessiōe a dn̄o sunt exhibita. Neqꝫ de⁹ qui erroris autor esse nō pōt: talia prestaret male petētib⁹, his scꝫ qui sanctos inuocarēt: si inuocandi nō essent. Operosissima deniqꝫ ecclesiarū ⁊ monasterioꝝ edificia in memoriā sanctoꝝ, ppter impensa mortalibus beneficia eoꝝ auxilia petentib⁹ cōstructa predicte testimoniū ꝑhibent veritati. Vn̄ manifestū est ꝙ temeraria ac blasphema est heresis eā negantiū. Qui cū honorē gloriose virgini, oībusqꝫ patriarchis, pphetis, aplis, martyribus, cōfessorib⁹, virginib⁹, cōtinentib⁹, oībusqꝫ debitū electis tollere conant: etiā dn̄m q̄ in sanctis suis in quib⁹ tot operat mirabilia: laudatur: impie nō desinūt blasphemare. ¶ K Per hoc ad rōnes pro heresi inductas. Ad primā dū arguit ex diuina pfectione, ppter quā solus de⁹ beatificat in patria ⁊ gratificat in via. Dicēdū ꝙ licꝫ deus solus gloriā donet ⁊ gratiā creet: nec sancti effectiue concurrant cōcreādo: possunt tn̄ cōcurrere impetrando ⁊ orādo: vt deus beatificet vel gratificet sine quorū oratione, tali pro quo orat: nec beatitudinē cōferret: nec gratiā: sicut amicus principis impetrat qn̄qꝫ alteri donum a principe, respectu cuius tn̄ impetrans nullā habet actiuitatē: qđ nihilominus princeps nō daret: nisi amicus talis orādo impetraret. Nō ergo frustra iploram⁹ sctōs quos nō vt creatores gratie siue beatificatores inuocam⁹: sed vt mediatores quoꝝ meritis ⁊ intuitu nobis deus cōfert q̄ ex nostris accipere sum⁹ minus digni. ¶ Et ꝙ cōsequenter arguunt: Deū solū ad oīa cōcedenda sufficere ⁊c. Nihil cōcludunt: Deus em̄ qui oīa efficere ⁊ prestare pōt sine concursu cuiuscūqꝫ cause secūde in genere cause efficientis: nō sua necessitate vel indigentia: sed gratiosa ⁊ suaui volūtate admittit cōcursum creature cōcausantis in multis actionib⁹ suis. Quādoqꝫ ad terminū ipm pductionis: vt in generatione naturali, puta ignis ex igne ⁊c. Quādoqꝫ ad dispositionem eius qđ recipit effectū pductū ꝑ creationem: vt in pductione hois ex patre ⁊ matre: licet ad aie creationē naturalis virtus parentum nō attingat actiua: sed tn̄ ad materie dispositionē, corporis scilꝫ formationē, cui aīa infundenda est: q̄ a solo deo creatur: quo tn̄ corpore nō formato nullaten⁹ aīa a deo crearet. Qn̄qꝫ ad mediandū inter se deū datorē ⁊ hoiem accipientē. Sic moyses (Deut. v.) sequester ⁊ medius fuit inter deū ⁊ populū: vt sic suauiter inferiora reducat ad superiora ꝑ media: vt dicit Diony. in de ange. hierar. c. iiij. Sicut ergo inferiores talis ordinis angelos illuminat ꝑ superiores: ⁊ nōnunqꝫ ꝑ ange

I. Cor. xiij.

...tus oratio

Exodi xxxij.

Actuum xvij.

los hoīes: ita placuit viatores ad se reducere mediantib⁹
intercessione ⁊ auxilio btōꝝ. Nec ita agendo min⁹ diligit/
ꝙ sancti vt heretici assumūt: sꝫ ex summa ⁊ ordinatissima
charitate hec ita disponit sua sapientia infinita: qua non
solū fortiter ac potenter: sed etiā suauiter oīa prout nouit
vnicuiqꝫ cōuenire ministrando a fine vsqꝫ in finem attin/
git. Sap. viij. Magna q̄ppe dignitas creature/ ⁊ magne
charitatis indiciū in creatore est/ ꝙ suis amicis hanc ꝯtu/
lit ptātem/ vt auxilio eis esse possint ad salutē: qui hui⁹ de
sua indignitate min⁹ sunt capaces. Sicut est videre in hu/
mana republica: in qua rex qδ dare vult: vult nōnunꝙ ꝑ
intercessionem alicui⁹ dare alicui/ qui nō esset statim dign⁹
exaudiri. Pctōrib⁹ deniqꝫ singularis est cōsolatio/ qui ad
sanctoꝝ interpellationē q̄nqꝫ magis animant ꝙ iudicis:
quoꝝ etiā sanctitatis defectū supplere pōt probitas alie/
na. Sic loquit̄ bea. Bern. in sermo. de beata virgine/ cui⁹
principiū est. Signū magnū. circa principiū. Prudentissi/
mus ⁊ clemētissim⁹ artifex qδ quassatū fuerat nō cōfregit:
sed vtilius oīno refecit: vt videlꝫ nouū adam formaret ex
veteri: ⁊ euā transfunderet in mariā. Et quidem sufficere
poterat christus: siquidē ⁊ nunc oīs nr̄a sufficientia ex ip̄o
est: sed nobis bonū nō erat hoīem esse solū. Et sequit̄: Fi/
delis plane ⁊ prepotens mediator dei ⁊ hoīm homo chri
stus iesus: sed diuinā in eo verent̄ hoīes maiestatem. Ab/
sorpta videt̄ in deitatem humanitas: nō ꝙ sit mutata sub/
stantia: sed affectio deificata. Nō sola cantat̄ illi mia: can/
tatur pariter ⁊ iudiciū. Quia etsi didicerit ex his q̄ passus
est cōpassionem vt misericors fieret: habet tn̄ ⁊ iudiciariā
ptātem. Deniqꝫ deus noster ignis cōsumens est. Quid ni
vereatur pctōr accedere: ne quēadmodū fluit cera a facie
ignis: sic pereat ip̄e a facie dei. Opus est ergo mediatore
ad mediatorem istū: nec alter nobis vtilior ꝙ maria. Hec
ille. ¶ L De eo qδ arguūt ex statu ⁊ cōditione sanctoꝝ
dicit̄ ꝙ nobis subueniūt meritis ⁊ voto siue prece. Meri/
tis dico preteritis ⁊ recentib⁹. Preteritis/ ne ruerūt em̄ in
Meritū quid. via vt bona cōferant̄ nō modo sibi sed ⁊ alijs. Cū em̄ me/
ritū nihil aliud est ꝙ aliquid acceptatū ab aliquo in ordi/
ne ad bonū retribuendū alicui. Sūma aūt dei liberalitas
opera bona sanctoꝝ in via existentiū facta ad honorē dei:
acceptauit vt nō solū ad summa bona sanctis retribuēda
etiā longe hmōi merita excedentia: sed etiā ad multa bo/
na in via vel patria alijs tribuenda: qui ꝑ nouū volūtatis
actū illud bonū sibi applicāt ⁊ faciūt quasi suū: ita ꝙ sum/
ma dei liberalitas nō solū minori bono tribuit maius bo/
nū: sed etiā plura bona/ dum meritū nō solū merenti: sed
⁊ alijs ad ip̄m recurrentib⁹ proficiat. Sententia est Sco.
dist. xviij. lib. iij. Sic est videre in simili: nam princeps ali/
quis militem ꝓpter actū strenuū ⁊ multū sibi gratū nō so
lum abūdanter remunerat: sed etiā ꝓpter eius fauorem/
aut preces alijs beneficia impendit. Sic nabuchodono/
sor nedū danielem somniū qδ aufugerat sibi narrantē/ fi/
deliterqꝫ interpretantē in sublime extulit: munera multa
⁊ magna dedit: ⁊ sup oēs ꝓuincias babylonis principem
ac magistratū ⁊ prefectū ꝯstituit sup cūctos sapiētes: quo
vtiqꝫ eū liberaliter ⁊ magnifice remunerauit. Sed etiam
ad verbū ei⁹ socios suos misac/ sydrach/ ⁊ abdenago pre/
ficit sup opa ꝓuincie babylonis: vt habet̄ Danie. ij. Itaqꝫ
sancti plenissime ⁊ liberaliter a dn̄o recipiūt longe plus
ꝙ meruerūt: puta pro actu vel passiōe honoraria/ bonū sem/
piternū: ⁊ pro merito finito/ premiū obiectiue infinitum/
summū scꝫ bonū: nihilomin⁹ tamē dn̄s in tantā sui eos re/
cepit amicitiā: vt etiā beneficia donare velit alijs ad ip̄os
sanctos recurrentib⁹. Nec ꝓpter quoscūqꝫ aut quotcūqꝫ/
quibus sanctoꝝ succurrunt merita: min⁹ sanctis retribuit:
vt isti falso imaginant̄. Nec est sile qδ adducūt de diuina
iusticia ⁊ misericordia q̄ punit citra condignū: nec punit
bis in idip̄m/ ad bonū intellectū quē tradit magr̄ dist. xv.
lib. iiij. Sed misericordia premiat vltra cōdignū: ideo nō
solū maiora: sed etiā plura bona retribuit: vt dictum est.
Hinc scribit̄ Exod. xx. Ego sum dn̄s deus tuus fortis zelo/
tes visitans iniquitates patrū in filios in tres ⁊ quattuor
generationes eoꝝ qui oderūt me: ⁊ faciens misericordias
in millia his qui diligūt me ⁊ custodiūt precepta mea. Sic
plenissime abraā remunerat̄ pro obedientia qua filiū ob/
tulit: ⁊ tn̄ multa ꝓpter hanc ꝓmisit dn̄s/ ⁊ exhibuit semini
ei⁹. Gen. xxij. Ita de dauid ⁊ plerisqꝫ alijs. ¶ M Sub/
ueniūt etiā nobis sancti in patria recentib⁹ meritis. Nam
oratione sua: licet nō sibi tn̄ nobis merent̄ beneficia. Ora
tio em̄ sua dispositio est de cōgruo vt ꝓpter eam deus con
cedat id qδ impetrat illi cui petit: ⁊ ita est meritū nō sancti
pro se: sed illi cui reddit̄ id qδ huic orationi quasi ꝑ p̄mio
ꝓprimo correspōdet: vt dicit Sco. in. iiij. dist. xlv. q. iiij. Nec
est incōueniens ꝙ aliquis existens in termino quoad se/
ꝑ orationē suā alteri mereat̄: vt ibidem dicit. Per hoc sol/
uitur qδ subijciūt/ ꝙ q: oratio est opus meritoriū nō cōue
nit sanctis in patria. Oratio em̄ nostra nunc duplicem ha
bet effectū. Unū q: est meritoria oranti: immo opus val/
de meritoriū. Aliū/ q: ex quo specialiter dirigit̄ pro alio:
meritoria est illi pro quo offertur. Primo mō beati nō ha
bent orationē eis meritoriā: nec oratio eoꝝ habet primū
effectū: sed secūdo mō est meritoria. Siquidē rōnabile est
ꝙ beatus velit merita sua illi valere ad salutē: qui ipsum
specialiter inuocat: ⁊ sibi desiderat ꝑ illa merita subueniri.
Sanctos aūt hoc desiderare ⁊ velle/ ac suū desideriū deo
ea intentione offerre/ vt ab ipso habeat̄ acceptū ad hmōi
effectū/ est orare mentaliter sanctoꝝ. Et hec oratio (vt di/
cit Sco. vbi supra) nō repugnat beatitudini: q: bene pōt
aliq̄s beatitudinē summā adept⁹/ velle vt ꝑ sua merita ꝑ
q̄ illā ꝑfectionē attigit: ali⁹ ꝑ suā orōnē attingat: ita vt sua
merita nō sibi tantū sint ꝓpria: sed ⁊ alijs de bnficētia dei
ꝓsint. Sic posset aliquis summū gradū adeptus in amici
tia regis/ ꝑ aliqua obsequia velle orare pro alijs: non vt ꝑ
orationem hmōi ad maiorem gradū amicitie attingat: sꝫ
vt illa merita ꝑ que ad illū gradū attigit: alijs ad ea recur
rentib⁹ succurrat: supposita liberalitate regis acceptantis
illa. nō tantū pro illo: sꝫ etiā pro alijs. Et ꝑ hoc patet quō
oratione nobis auxiliant̄. ¶ N Quarto vltimo arguūt/
querēdo an videāt deū exaudire velle vel nō: neutrū das/
re oportet: nedū de finali salute ei⁹ pro quo orant: sed nec
de sue orōnis exauditione. Nec oportet ꝙ si deus reuelet
beato petro iohannē petere saluari: ꝙ reuelet sibi iohānē
saluandū: aut orōnē suā pro iohanne exaudiendā vel nō.
Unde si nō reuelat̄ pōt petrus orare ⁊ expectare effectū.
Si aūt reuelaret̄ petro determinate ꝙ de⁹ nollet effectuꝫ
istū prestare: petrus nō oraret. Si vo reuelat̄ ꝙ exaudiet̄
orabit petr⁹: ⁊ nō frustra: q: sicut de⁹ vult iohānē saluare:
ita vult ꝑ determinata media/ vtpote ꝑ orōnē talia sancti
ip̄m cōsequi salutē. Nō ergo sctōꝝ intercessiōe predestina/
tio mutat̄: sed illud impetrat̄ qδ ad eoꝝ precē cōferri ordi
natū est ab eterno: vt vult bea. Greg. lib. j. dial. c. ix. ¶ Ex
quib⁹ patet preces nr̄as/ spemqꝫ cōsequende btitudinis ꝑ
mediatores sctōs in celo inanes nō esse: sed ordine a deo
instituto nos ad eoꝝ auxilia cōfugere debere ac debita ve
neratione eos semꝑ implorare: vt saluemur eorū meritis
atqꝫ votis. Un̄ ⁊ fidēter ad sctōꝝ preces recurrere deo pla
cere credendū est: cui sctōꝝ honoratio ⁊ veneratio est acce
pta. Quicq̄d em̄ obsequij ⁊ honoris eis ipendit̄: deo ipen
ditur/ q̄ sic ip̄os fecit gl̄iosos: eapropter nō parū honorāt
deū ⁊ sctōs: q̄ ipsoꝝ iplorāt auxiliū apud dei misericordiā.
Magnifice siquidē de ipsoꝝ gloria sentiunt: q̄ eos tante
gr̄e apud deū esse credūt/ ꝙ suffragari nobis viatoribus
possunt. In quo ⁊ de⁹ summe laudat̄ de mia: ⁊ ipsius sum/
ma magnificētia/ qua cōstituit suos famulos ⁊ amicos in
tanta: vt succurrere possint ceteris: potestate.

¶ Lectio. xxxj. A



Soluta questione pri
ma/ restat respōdere ad sequētes duas: qua/
rum altera fuit. Cum deus per suā eternā ꝓui
dentiā ⁊ oīa nouit: ⁊ immutabiliter facienda

disposuit: ad quid psunt sanctoꝝ orationes: quibus deū
nec informare: nec a statuto possunt ordine imutare? Hec
questio partim ex priori pendet: ꝛ rationē dubij innuit: qꝛ
deus imutabilis est: ꝛ nihil ignorat. Ad quā respondet ꝑ
Quō de duas ppositiones. Prima. Alio fine orandus est de⁹: alio
us orans fine orādus est homo. Prima pars patet: qꝛ de⁹ nō est orā
dus. dus quasi nr̄a orone flectēdus: aut quouis mō a sue volū
tatis instituto imutandus est: qm̄ simpliciter est imutabi
lis: neqꝫ flecti pōt de nolle i velle: vel de vno velle in aliud
neqꝫ aliqd de nouo velle qd̄ non ab eterno voluit. Oran
dus aūt est deus: vt nosipos excitem⁹ orantes: ꝛ puocem⁹
ad deuotionem ꝛ nostre miserie cōpassionē. At ecōtra nō
ob aliud hoiez rogam⁹: nisi vt ipm ad misericordiā mouea
mus. Fine ergo ɔtrario laborat intētio deū orādo ꝛ hoiez
deprecando: ibi quidē finis est imutatio orātis: hic ei⁹ cui
deprecatio dirigit. Vn̄ Guil. parrhis. in de rhetorica diui
na. c. ij. ponens differētiā inter oratorē spūalem ꝛ secula
rem/dicit: Orator secularis intendit orone sua mouere iu
dicem/ꝛ inclinare in partem suā: vt scꝫ pro parte sua iudi
cet ꝛ sentētiet. Orator v̄o spūalis ꝑ orōnem suā quā corā
altissimo fundit: nō intendit ipm mouere quē scit indubi
tanter in vltimitate stabilitatis imobilissimū: sed poti⁹ se
metipm vel a malo in quo est in bonū: vel a bono in meli⁹
qd̄ est dicere. Quia intēdit semetipm facere idoneū ꝑ oro
nem: vt ei cōcedat qd̄ impetrare intendit: vt si petim⁹ libe
rationē a malo: quaten⁹ intuitu istius petitiōis malū a no
bis de⁹ auferat. Si petim⁹ donationē alicui⁹ boni: vt intui
tu orōnis efficiamur hoc accipere digni ꝛ idonei. Nō vt ꝑ
illā orōnē flectam⁹ deū: vt hoc nobis cōferat quasi nunqꝫ
cōferre voluerit: ꝛ tūc primo velle cōferre incipiat: sed ab
eterno hoc conferre disposuit: ad petitionē tn̄ nostrā factā
vel faciendā tpe certo. ¶ B Secus est de hoie q̄ peti
tionib⁹ vincit: vt hoc vel illud faciat qd̄ nunqꝫ facere dispo
suit: ꝛ ita de nouo incipiat velle facere. Et qꝛ varie se ha
bent iudices: secularis scꝫ ꝛ diuin⁹: varieqꝫ se habēt orato
res: hinc nō incōgrue ꝑm eūdem/contrario mō causa nr̄a
versanda est corā deo ꝛ corā hoie. vnde dicit. Cōfessio rea
tus in secularib⁹ iudicijs reis obesse cōsueuit ad penā. An
te tribunal v̄o dei miseratoris oim/nō solū nō obest ad pe
nam: imo etiā pdest ad veniā. Eo ipso corā deo causam no
stram facim⁹ meliorem/quo purius ꝛ sincerius nosipsos
cōdemnam⁹/nullā excusationē pretēdentes: ita sane libe
rationē a morte spūali cui⁹ rei fueram⁹: deo facto ppitio cō
sequimur. Ista est lex: hoc est statutū in curia dei: quā pro
prouer. mulgauit ꝑ os sapientia/dicēs: Qui abscōdit scelera sua
xxviij. nō dirigetur. Qui cōfessus fuerit: ꝛ reliquerit ea: misericor
diā consequetur. Per hanc legem obtinuit in cōsistorio dei
ps. xxxi. rex dauid misericordiā: immo qd̄ plus est: ꝑ solū ppositū
cōfessionis sicut ipsemet testatur dicens: Dixi cōfitebor ad
uersum me iniusticiā meā dn̄o: ꝛ tu remisisti impietatē pec
cati mei. Et sequitur. Amplius illa lex ore apostolico pmul
j. cor. xj. gata est. Si nosmetipsos dijudicarem⁹/nō vtiqꝫ a dn̄o iu
dicaremur. ¶ Cōtraria hoꝝ obseruari cernim⁹ in curia fo
rensi iudicis humani: vbi cōfessio ꝛ accusatio suiipsius de
crimine/damnationē ꝛ iudiciū infert: etiam cū exterminia
tione vite corporalis. ¶ C Oramus igitur ad deū vt pro
missum est: nō vt mutet ppositū ad nostrā orōnem: sed vt
orōne nosipsos disponam⁹: ꝛ efficiamur idonei īpetrare
qd̄ petim⁹. Volens itaqꝫ deū tibi fore piū ꝛ misericordē:
esto tibiipsi pius ꝛ misericors. Est eīn durus/duris. pius/
pijs. bon⁹/bonis. seuerus/malis. Talē itaqꝫ illū inuenies
qualis ꝛ tu fueris in tuis desiderijs: nō quidē ꝑ mutabili
tatem eius: sed ꝑ tuā. Volēs insup in curia sue iusticie ab
solutionē cōsequi: teipm accusabis: iudicabis: cōdemna
bis: ꝛ sic remissionem īpetrabis: nō ꝑ mutabilitatem sui:
sed ꝑ mutationem tui. Cū eīn peccator incipit detestari pctm̄:
mutatur: qꝛ habet in se detestationē/quā prius nō habuit: si
petit ipsoꝝ deletionem iterū mutatur: qꝛ habet in se petitio
nem quā prius nō habuit. Deus aūt delendo vel remittē
do peccatū nō mutatur: qꝛ nihil in se recipit qd̄ in ipso prius
non fuit. Si nāqꝫ deus vult peccata orantis nō imputare
ad penam: nec punire ad eius detestationem ꝛ petitionē:
nō incipit hoc de nouo velle: sed ab eterno hoc voluit non
imputari: cū ꝑ illo precaret ꝛ detestaret. Sicut si ego sta
tuerem i meipso inimico meo velle remittere offensam ad
suā supplicationē: quā futurā pro certo tpe ex reuelatione
vel qualitercūqꝫ preuiderē: remittēdo ad suā supplicatio
nē nō mutarer protūc: qꝛ nullū actū nouū in me haberem
quem prius nō habui: sed ipse in se mutaret de nō peten
te in petentem. Suo modo ab eterno deus vidit petitio
nem hoīs futurā: siue pro remissione peccatoꝝ: siue ꝑ im
petratione alicuius alterius boni. ꝛ ad talem petitionem
fiendā in tpe determinato/determinauit se ab eterno re
missurū peccatū: vel collaturū illud bonū qd̄ petet: ꝛ hoc
sine omni sua mutabilitate: qꝛuis hoc nō fit sine mutabili
tate eius qui petit. ¶ Secūda propositio. Per preces ad
sanctos vt ipsi pro nobis interpellent fusas/nō intendim⁹
deū ꝑ eos quasi nescientē quid nobis expediat informare
Pater: qm̄ non nescius est miseriarū nostrarū: cui⁹ oculis
oīa aperta sunt atqꝫ nuda. ad Heb. iiij. Vn̄ metrista quis
dā. Est nihil occultū qd̄ nesciat alta maiestas: Qui videt
e celo quicqd in orbe latet. ¶ D Cur aūt sanctos oram⁹
tanqꝫ mediatores satis lectione precedēti dictū est: quib⁹
tres sequētes addi possunt rōnes. Prima ppter nostram
inopiā in merendo: qꝛ eīn adhuc in corpore mortali sum⁹
cōstituti qd̄ aggrauat aiam: ꝛ ad terrā deprimit: nō possu
mus attenta mente opa bona/ꝛ merita feruētia exercere:
vt igitur cū misericordia dn̄s iusticiā seruaret: voluit vt qui
bus merita ppria nō sufficiūt ad doni alicui⁹ impetratio
nem: patrocinarent ꝛ succurrerent aliena. Secūda causa
est sanctoꝝ gloria. Nam vt ista cognoscat ꝑ ipsos decreuit
facere mirabilia in corporib⁹: ꝛ per eos operari salutem in
aiabus: vt ex hoc in ipsoꝝ laudes assurgere: ꝛ ad virā eo
rūdem imitatione alliceremur: qua ad eandē gloriā pue
nire: ꝛ cum ipsis gaudio perfrui mereremur. Tertia causa
ppter dei reuerētiā: vt scꝫ peccator qui deū offendit: quasi
nō audiens in ꝑsona propria propter peccati scoriā/corā
maiestate altissima pariter ꝛ tremenda apparere/recurre
ret ad sanctos purissimos ꝛ deo gratos: qui pctōris pre
ces altissimo presentarent: easqꝫ suis adiūctis meritis et
precibus magis redderēt exaudibiles/placidas/atqꝫ gra
tas. ¶ E Tertia questio. Solutio tertie questiōis que
querit modū quo sancti in celis audiāt nostras preces fu
sas in terris: ex eo pendet: quib⁹ modis beati qui a corpo
re separati sunt: siue etiam in corporib⁹ gloriosis deo assi
stunt: cognoscant preces nostras. ¶ Pro cuius intellectu
Cogni notandū qꝫ Aug. sup Gen̄. ad litterā: distinguit duplicem
tio ange cognitionem angeloꝝ beatoꝝ: scꝫ matutinā ꝛ vespertinā.
li est du Unde exponēs illud Gen̄. j. Diuisit lucem a tenebris: ap
plex. pellauitqꝫ lucē diem ꝛ tenebras noctē. Factūqꝫ est vespe
re ꝛ mane dies vnus. Cognitionem angeli cōparat diei.
siue luci eiusdem: ꝛ ignorantiā nocti vel tenebris. Vult er
go qꝫ cognitio angeli dicatur dies. Et qꝛ diei due sunt par
tes. Principiū qd̄ dicit mane: ꝛ finis qd̄ dicit vespera. His
cōparat duplicem angeli cognitionē. Cognoscit eīn ange
lus res vel in creatore siue in v̄bo: aut in creatura: siue co
gnoscat in seipso angelo ꝑ species cōcreatas: siue in pro
prijs generib⁹ ꝑ species a rebus receptas. Prima cogni
tio est supnaturalis ꝛ beatifica ꝛ in lumine glorie. Scd̄a
est naturalis in lumine nature. Prima cognitio est qua in
verbo/ꝛ lumine glorie cognoscit beatifice/clare ꝛ nude di
uinā essentiā ꝛ creaturas in ipo tanqꝫ in limpidissimo spe
culo/ꝛ exemplari imenso sibi relucentes: ꝛ hec est pfectissi
ma. sicut cognitio cōclusionis cognitis principijs: siue hec
cognitio infundat angelis beatis immediate a verbo: si
ue eliciatur ab intellectu angelico lumine glorie eleuato.
¶ F Secūda cognitio est qua angelus in lumine natu
re. idest naturali intellect⁹ sui virtute ꝛ viuacitate cogno
scit res creatas: siue in seipso angelo: siue in ipsis reb⁹ co
gnitis ad intellectum statim supra expressum. Et ex rebus

sic cognitis/creatis/ facti asce̅dit ad cognitionem creatoris: s̄m illud apl̄i ad Rom̄ .j. Inuisibilia dei a creatura mu̅di p̄ ea que facta sunt intellecta co̅spiciunt. Quod licet a bt̄o Bern̄. ser. v. sup Cant. exponat de hoi. Facit em̄ vim in verbo quo dicit: a creatura mu̅di/ nō celi. Uerum tn̄ est ꝛ de creatura angelica: vt innuit glo. interli. di. ab hoie nō solū ab angelo. Et dicit naturalis: q: ad ipsam sufficit natura cognoscitiui sine adminiculo alicui' doni supnaturalis: stante tamen adminiculo co̅is influentie dei. Utraq̄ cognitionū inest obiectiue tam creatoris q̄ creature. Nā prima cognitio/ sc3 rerū in verbo/ vna est ꝛ indistincta qua cognoscit verbū ꝛ relucētia in verbo. Hac em̄ nude ꝛ beatifice diuinā essentiā cognoscit: ꝛ oia relucentia sibi in verbo: nec relucentia sine verbo. Et dico sibi: q: licz oia cognoscibilia reluceant in verbo: non tn̄ oportet oia cognoscibilia cognoscere cognito verbo: alr̄ tollerent actus hierarchici: qui sunt: illuminare/ purgare/ pficere. Est em̄ verbū quasi speculū volu̅tariū/ ostendens videnti se quantū voluerit: nō quantū relucet. Que ergo nō ostendit se videnti: nō relucent illi. ¶ Et q̄uis cognitio verbi ꝛ rerū in vno verbo sit vna: ipse tn̄ angelus distincte cognoscit verbū ꝛ quodlibet relucentiū sibi in verbo. Faciente hoc deo noticiā illā creante in angelo ꝛ pfectione speculi. i. essentie representantis oia distincte. Nam ꝛ deus ipse vnica cognitione ꝛ cognoscendi rōne: q̄ est diuina essentia: pfectissime ꝛ distinctissime oia nouit. Longe ergo pfectius cognoscit angelus res in verbo q̄ in seipso: vel in genere rerū pprio. ¶ G Scd̄a vo cognitio multiplicat s̄m multiplicitatē obiectoꝝ cognitoꝝ: qm̄ res in se vel in pprio genere quas distincte cognoscit. cognoscit distinctis cognitionib'. Sic alia cognitiōe distincte cognoscit se ꝛ creaturas: ꝛ creatorem ex creaturis co̅fuse vel indistincte. Prima cognitio in verbo vocat matutina. Scd̄a dicit vespertina. Matutina q: est in verbo qd̄ est principiū rerū. Oia p̄ ip̄m facta sunt. Joh. j. Uespertina dicit scd̄a: q: est cognitio rerū in creatura q̄ inquantū est creatura: est in declinatione ꝛ casu. Un̄ nō d: illa cognitio angeli matutina: ista vespertina pp̄ter admixtionē tenebrarū ignorantie. sicut lux matutina fit ꝛ vespertina admixta est tenebris: cū in angeloꝝ cognitione nihil ignorantie sit admixtū: sed ex causa dicta. ¶ Sed di. cū cognitio rerū naturalis angeli sit duplex: sc3 rerū in seipso p̄ spēs co̅creatas: ꝛ in genere pprio p̄ spēs a reb' cognitis receptas: cur nō ponit triplex cognitio: vespertina matutina/ ꝛ meridiana: sicut sunt he tres partes diei/ cui co̅parat cognitio angelica? ¶ Solutio s̄m Alexā. de ales pat. ij. q. xxiij. ar. j. q̄ q: nō pōt angelus cognoscere res nisi in creatore aut creaturis: ideo be. Aug. distinxit tn̄ duplicem cognitionē angeloꝝ. Et primā dixit cognitionē matutinā que est in v̄bo. Secu̅dā que est in creatura: siue sit in ip̄o angelo: siue in pprio rerū genere/ appellauit cognitionem vespertinā. Licz illa secu̅da sit duplex: quarū vna cognoscit rem p̄ species co̅creatas etiā absentē ꝛ nō existentem/ sed futurā. Alia tn̄ rem presentem p̄ species a rebus acceptas. Un̄ ad Orosium ait Aug. Ipsa creature cognitio in semetipsa vespertina/ q̄ dei cognitione erat mane. Et idē in eodē: Scientia angeloꝝ in seipsis/ in co̅paratiōe ad scientiā q̄ est in v̄bo dicit vespertina. ¶ H Harū triū hec est distinctio. Quoniā illa q̄ est in verbo: nullo modo dependet a re creata: sed illa q̄ est in angelo admi' depēdet a forma seu specie co̅creata ipsi angelo: q: intellectiua est plena formis: sed illa que rerum in proprijs generib': a rebus creatis simpliciter dependet. Ex quo infert Alexā. q̄ ille tres rationes cognoscendi s̄m nobilitatem earum differunt. Nobilior em̄ est forma increata/ q̄ co̅creata ipsi angelo: ꝛ co̅creata q̄ forma a rebus accepta. Ratio em̄ cognoscēdi in verbo est ipsa diuina essentia: ꝛ nō aliqua species media inter essentiā ꝛ cognitionem. Sicut in secu̅da ꝛ tertia est aliquod representans mediū inter cognitū et cognitionem. Congrue ergo sola prima/ sc3 in verbo dicit matutina: q: in principio. Alie due vespertine: q: in creatura. Uerum q̄ Aug. matutinā quandoq̄ nominat diurnam. vnde. xj. de ciui. dei cap̄. xxix. Illi inquit angeli sancti nō per verba sonantia deum discunt: sed per ipsam presentiam immutabilis veritatis. hoc est verbū eius vnigenitū Et ipsum verbū ꝛ patrē ꝛ eoꝝ spiritū sanctū: eaq̄ esse inseparabilem trinitatem: singulasq̄ in ea personas esse vnā substantiam: ꝛ tamen omnes non tres deos esse: sed vnū deum ita nouerunt: vt eis magis ista q̄ nosipsi nobis cogniti sumus. Ipsam quoq̄ creaturam melius ibi/ hoc est in sapiētia dei/ tanq̄ in arte qua facta est: q̄ in ea ipsa sciūt ac per hoc ꝛ seipsos ibi melius: q̄ in seipsis: verūtamen et in seipsis sciunt. Facti sunt em̄ ꝛ aliud sunt q̄ ille qui fecit. Ibi ergo tanq̄ in diurna cognitione: in seipsis aūt tanq̄ in vespertina. Multum em̄ differt vtrum in ea ratione cognoscatur aliquid s̄m quā factū est: an in seipso. Et sequit Omnia em̄ aliter in verbo dei cognoscunt ab angelis vbi habent causas rationesq̄ suas. i. s̄m quas facta sunt incōmutabiliter. permanentes: aliter in seipsis. Illic clariore: hic obscuriori cognitione velut artis atq̄ operum. Que tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationemq̄ referunt: tanq̄ mane lucescit in omnibus oculis contemplantiū. Itēm lib. iiij. super Gen̄. ad litteram. Cognitio que est in verbo ad diem pertinet: que est in seipsis/ ad vesperā pertinet. ¶ I Posset etiā nō improbabiliter dici/ q̄ sicut lux solis meridiana omniū clarissima est: nec potest irreuerberatis oculis intueri: ita vocabulum hoc cognitio meridiana/ soli diuine cognitiōi qua deus in se oia cognouit/ lucidissime reseruat. Ad cognitionem naq̄ sui ꝛ omniū comprehensiuā/ nullius creature oculus accedere potest: dicente aplo. j. ad Tim̄. vj. Lucem habitat inaccessibilem. Illa ergo lucidissima cognitio diuina/ sola meridiana merito nominat. ¶ Et que dicta sunt de angelis: suo modo intelligunt ꝛ de beatis animab'. Un̄ magister in. iiij. dist. xlv. ex cognitione angeloꝝ/ similia argumentatur de beatis. ¶ K Cognitione itaq̄ rerum in proprio genere possunt sancti cognoscere orationes nostras vocales: dum ad ip̄as habent debitā approximationem ꝛ presentiam. Non em̄ intellectus creatus intelligit naturali cognitione saltem intuitiue quodcūq̄ intelligibile quantumcunq̄ distans. Nam cum ad intuitiuam sui cognitionem obiectum coagat (s̄m beatum Augustinum. ix. de trinitate capitu. xij. Omnis res quamcunq̄ cognoscimus: congenerat in nobis noticiam sui. Ab vtroq̄ enim noticia pariter a cognoscente ꝛ cognito) non videtur q̄ creatura agere possit ad suam cognitionem per infinitam distantiam. ¶ Quid autem de mētali oratione: an beatus vel etiam angelus sufficienter presens videre posset cogitationes mentis ꝛ affectiones alterius: sunt opiniones apud doctores. Sunt enim qui dicunt q̄ mentis cogitationes ꝛ affectiōes homo h3 occultas ꝛ clausas cuilibet creature: quam occultare potest ita vt illam videre nemo possit: nisi cui voluerit reuelare: vel saltem ille qui intimior est cuilibet creature q̄ creatura sibiipsi: qualis est solus deus. Unde consequenter dicunt q̄ solus deus est scrutator cordium. cui co̅sonat illud. ij. Paralipomenō. vj. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et in ecclesiasticis dogmatibus capitu. xlix. Internas anime cogitationes diabolum non videre certi sumus. Et ne hoc concessum putetur angelis bonis/ additur: Secreta autem cordium ille solus nouit: ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum. ꝛ. j. Corinth. ij. Nemo scit hominū quid est in homine: nisi spiritus hominis qui est in homine. Et huiusmodi multa adducunt: quibus nituntur probare q̄ solus deus scrutatur corda et renes. idest affectiones. ¶ L Sed istis non obstantibus/ sunt qui probabiliter oppositum tenent: videlicet Scotus in reperto. libro. ij. distinctione. ix. et doctor anglicus Guilhelmus ockam in. ij. q. xiij. scil3 q̄ quilibet angelus: ꝛ eadem ratione quilibet beatus naturaliter potest distincte ꝛ intuitiue cognoscere cogitationes alioꝝum. Nec in hoc dependet a

voluntate cogitantis. Unde posita cogitatione vel affectione/non est in ptāte angeli cogitantis vel volentis/occultare eam alteri angelo vel beato/q̄n ille possit ea distincte cognoscere ex suis naturalib⁹: dūmodo ad ipm̄ habeat debitā p̄sentiā ⁊ non impediat̄. Et ita ex suis naturalibus cognoscere pōt angelus/⁊ beatus orationes mētales orātis viatoris/stante debita p̄sentia ⁊ sublato impedimēto. Nā cū intellect⁹ viatoris suos act⁹ cognoscat: cur nō intellectus bti q̄ est ꝑfectior. Nā quicq̄d cognoscit potentia minus perfecta: cognoscit etiā perfectior. ¶ Itē ois potētia cognitiua disposita nō impedita et ꝑfecta cognoscere pōt naturaliter q̄cquid sub eius obiecto cōtinet̄. Sed cogitationes ⁊ affectiones cōtinent̄ sub obiecto intellect⁹ quod est ens inquantū ens: ergo pōt intelligi a quolibet intellectu sufficienter p̄sente ⁊ non impedito. ¶ Itē cause naturales nō subsunt imperio voluntatis create: quin positis eis eo modo quo naturaliter agere sufficiūt/agāt: s₃ cogitationes ⁊ volitiones cū intellectu p̄sente naturaliter causant sui cognitionē. Nec videt̄ quomodo angelus vel beatus cognoscat essentiā aie orantis q̄ est sibi intimior: ꝙ accidētia inherētia/cogitationes sc₃ ⁊ affectiones: ⁊ non cognoscat inherētia accidētia/sc₃ cogitationes ⁊ affectiōes. ¶ Itē beati cognoscūt oēs motus ⁊ oꝑationes corporales orantis: ergo multo magis oꝑationes pure spūales/quales sunt cogitationes: q₂ tales sunt purū intelligibile ⁊ immateriale. Sicut intellectus beati qui nō depēdet in cognoscēdo a sensibus: sicut intellectus noster in via: sed ex sua naturali ꝑfectione ꝓpria cognoscit intelligibilia p̄ncipia sine medio sensuū. Huic snīe cōcordare vident̄ verba bti Aug. in carmine de gloria paradisi loquētis de ciuib⁹ paradisi celestis: dicit em̄. Nā ⁊ pectoris arcana penetrāt: alterutrū vnū volūt: vnū nolūt: vnitas est mentiū. ¶ Dictū est aūt/dūmodo ad ipsum habeāt debitā p̄sentiā: qm̄ (vt dictū est) nō pōt intellect⁹ finit⁹ ꝑ quācūq₃ distātiā videre intelligibile. Additū est etiā dūmodo nō impediat̄. q₂ impediri pōt per deū suam influentiā subtrahentē/ne cōcurrat coagēdo cū intellectu beati ad cognitionē secretorum cordis viatoris. Sicut creditur ſm sanctorū doctrinas prohibere malignos spiritus eis nō coagēdo: ne videant ea q̄ in cordib⁹ hoīm versant̄: q̄ nisi ꝓhiberent̄: ex naturali sua perfectione possent sicut cetera sensibilia/et intelligibilia intueri. Prohibet aūt deus misericorditer: ne totius salutis inimicus suis dolosis artibus/⁊ tentatione seuiore salutis ꝓposita in mente hominis impediret: q̄ maligni tentationes moderat̄: nec permittit hominē tentari vltra ꝙ potest sustinere. j. Cor. x. ¶ Cū aūt deus đ₂ scrutator cordiū: ⁊ solus noscere corda hominū ⁊ similia: intelligēdū est vniuersaliter ⁊ necessario ac inimpedibiliter: ita ꝙ simpliciter impossibile sit ne videat cor cuiuslibet seipso ⁊ sine cuiuslibet alterius amminiculo: ⁊ hoc ꝓpriū est soli deo. Beat⁹ vero etsi videt cor vnius: nō tamē ea q̄ sunt in cordib⁹ oim: q₂ nō habet ad omnia corda debitā p̄sentiam nec videt necessario: quia impediri pōt: nec seipso: q₂ nō sine cooperatione obiecti/⁊ generali influētia dei. Cū al's ex autoritatibus illis ꝓbaret̄ ꝙ nunq̄ quis posset cognoscere cogitationes alterius: nec quisq̄ suas si solus de⁹ cognosceret corda: ⁊ ita nec deus posset illis beatis reuelare nec angelus angelo mētaliter loqui: que oia erronea sunt ⁊ falsa. ¶ M Nec valent q̄ Greg. de arimino in suo. ij. dist. ix. obijcit: p̄mo dicēs: ꝙ nullū genus entium priuatur vniuersaliter: vel vt in pluribus ſm indiuidua ⁊ tp̄a operatione sibi naturaliter cōpetēte seu nata cōpetere. Gen⁹ autē angeloꝝ ꝑ semꝑ/vel in plurib⁹ ſm indiuidua ⁊ temꝑora priuat̄ cognitione distincta cogitationū hominū: ⁊ ꝑ cōsequens patet ꝙ ipsi non sunt naturaliter apti ad talē cognitionē. Prima pars antecedētis patet ꝑ illud Augu. vij. de ciui. dei. c. xxx. Sic deus administrat cuncta q̄ creauit. vt ea proprios exercere ⁊ agere motus sinat. Et cōfirmat. Al's em̄ inq̄t posset dici ꝙ albedo posset naturaliter albedines producere sicut calor calorem. Sed ꝙ nō producit

et eo est/ꝙ deus suspendit ea a tali actione non coagēdo sibi: quod tamē nullus dicit. ¶ Secundo respōdendo motiuis ponit ꝙ beati nō habent debitam presentiam ad cogitationes alterius: ⁊ ideo eas videre nō possunt. Est autem debita p̄sentia: presentia subiectiua: ita ꝙ necesse est intellectū cognoscentē₃ cogitationem esse subiectum illarum cogitationum. Unde nisi cogitationes inhereant intellectui: intellectus non est sufficiēter presens/presentia que sufficit ad cognoscendum. Cuius signum addit: q₂ si per potentiam dei/duo homines essent simul in eodē loco primo: tūc intellectus eorum essent sibi presentes/quia indistantes: ⁊ tamen vnus non intelligeret cogitationes alterius: q̄uis essent eque dispositi: ⁊ cognitiōes vtrorūq₃ eiusdē ratiōis. Cuius nulla alia causa assignari potest: nisi ꝙ requiritur p̄ntia subiectiua siue inhesiōis. ¶ N Sed ista non cogunt. Nō primū: quia tam prima pars sui antecedentis/q̄ secunda deficiunt. Nam prime parti datur instantia de genere demonum: qui multis actibus et cognitionibus: ad quos habent naturalē potentiam: perpetuo priuantur. Similiter et beati tristicia (que naturaliter sequitur de rebus nolitis et tamen accidentibus) perpetuo priuantur/eo ꝙ ois tristicia repugnat beatitudini. Item ſm multos/potentia vegetatiua in homine/si non preueniretur creatione anime: produceret formā: imperfectiorem tm̄ anima sicut in ceteris viuentibus: a qua tm̄ actione ſm totam speciem perpetuo suspenditur. Autoritas vero beati Augu. non habet hoc ad qđ inducitur: nam beatus Augu. c. precedēti ostendit ꝙ deus summus omnia operatur: et nature vim operandi ipse tribuit: que per multa declarat: que gentiles quidā suis dijs falsis attribuere. Et in ca. xxx. subdit ꝙ deus idem vbiq₃ totus nullis inclusus locis: nullis vinculis alligatus: in nullas partes sectilis: ex nulla parte mutabilis: implens celum et terrā: p̄sente potentia nō indigente natura: sic itaq₃ administrat oīa que creauit: vt etiam ipsa proprios exercere et agere motus sinat. Ex quo nihil aliud vult nisi ꝙ deus qui est oium vnicus creator et creatorū gubernator: ita gubernat omnia que fecit: ꝙ etiam secum in quibusdam actionibus coagere permittit. Nec ex illo inferri potest/ꝙ omnes operationes naturales agere permittat: aut ꝙ non quasdam a suis naturalibus actionibus in quas possent ad tempus vel perpetuo suspēdat: ſm ꝙ placuerit sue ordinatissime voluntati. Nec ad aliud inducit̄ hec verba Augu. nisi ad hoc ꝙ deus omnia operatur: quedā mediante creatura: quedam immediate seipso. vnde subdit. Agit multa ꝑ angelos: sed nō nisi ex seipso beatificat angelos. ¶ Quod vero in confirmatione addit/ꝙ posset dici de ipsa albedine ⁊c. Sic vnq₃ posset dici: sed sine ratione. cum ad id dicēdum nulla ratio/vel leuis apparentia inueniri potest. Ad dicendum vero ꝙ intellectus possit omnia cognoscere: q̄ sub eius obiecto primo cōprehenduntur: et ita actus alterius intellectus sicut alium intellectum₃ videre que sibi sunt eque presentia: sunt rationes probabiles: ⁊ vix (sicut pt₃) solubiles. ¶ O Secunda etiam pars antecedentis/sc₃ ꝙ genus angelorum pro semper vel in pluribus priuatur cognitione distincta cogitationum hominu₃: non est probata. Unde credi potest ꝙ vt plurimu₃ angeli et beati videāt mutuas cogitationes/⁊ etiam hominū quibus sunt presentes: saltem illas quas beati non volunt alijs celare: quia probabile est ꝙ quantum ad illas non concurrat deus. Nihil enim inconueniēs sequi videtur/ꝙ angelus hominis custos secreta cordis eius videat: presertim cum hoc fructum custodie non impediat: sed promoueat. Itē₃ quomodo al's orationes viatorū angeli custodes ad nos missi domino offerrent: sicut raphael dixit Tobie. Quando orabas cum lachrymis ⁊c. ego obtuli orationem tuam dn̄o: si non eas in nobis viderent. eiusde₃. xij. Sunt enim efficaciores mētales oratiōes q̄ vocales: et lachryme cordis q̄ oculorum. Et per hunc modu₃ facile intelligit̄ quēadmodū angeli sibi loquuntur. Celant suas cogitatiōes;

j.Coꝛ.xj. de hoc tēpore altercatio inter grecos ꝛ latinos. In hoc quidem concordant/q̄ in vltima cena institutū est hoc diuinissimū sacramentū: sed quota die mensis cena celebrata sit discordia fuit. Vñ dixerunt greci cenā fuisse factam tredecima luna primi mensis: ꝛ consequēter dicūt christū cōfecisse in fermentato: ꝓpter quod ꝛ ipsi in fermētato celebrant hoc sacrificiū: ꝛ nos latinos q: in azymis celebram⁹ negant vere conficere. Contra quos beatus Ans. scripsit elegantem epistolā siue libellum de fermēto ꝛ azymo intitulatum. Et quia illa dependēt ꝛ vnum ex alio firmamētum accepit/scilicet tempus cene ꝛ cōfectio eucharistie ex azymo aut fermēto: ideo simul hic pertractāda sunt: licet secundū de azyma ꝛ fermēto magis sequentē particulā (accepit panē/vbi de materia hui⁹ sacramenti tractabit) respicere videat. Primo ergo vidēde sunt rōnes grecoꝝ ac eorū error. Scđo declarāda erit veritas. Tertio rōnes in cōtrariū dissoluēde. ¶ C Quantū ad primū, arguunt greci ꝓbare nitētes q̄ dñs cenā nouissimā cū discipulis cenauerit tredecima die mēsis primi nysam: quē nos dicim⁹ martiū ſm lunationē. Christ⁹ cenā celebrauit die imediate p̄cedente diē passionis sue: ꝛ hec fuerat tredecima: igit cenam fecit die mēsis.xiij. Cōsequētia tenet expositorie p reductionē: ꝛ maior patet ex decursu oim euāgelistaꝝ. Nam in ipsa nocte cena facta instructisq₃ discipulis/surgēs a cena et introiēs hortū in latere montis oliuarū/captus est: mane crucifixus. vñ ait Joh.xviij.c. Hec cum dixisset iesus egressus est cū discipulis suis trans torrentem cedron: vbi erat hortus: in quem introiuit ipse ꝛ discipuli ei⁹. Et consequēter describit captionē ei⁹. Luce quoq₃.xxij.c. dñs in cena dixit petro. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Hodie diē dicit naturalē includentē noctē illā ꝛ sequēs mane Et sequit ibidem. Adhuc qđ scriptū est oportet impleri. Et cū iniquis deputat⁹ est. Adhuc dicit noctē eādē/qua hec verba christus ꝓtulerat. Marcus q̄₃ ꝛ Mat. dicunt dñm in cena dixisse discipulis Oēs vos scādalū patiemini in me in ista nocte. Paul⁹ vero.j.Coꝛ.xj. apertissime ait. Dñs iesus in qua nocte tradebatur accepit panē. Ex quib⁹ manifeste patet cenā: in qua christ⁹ instituit hoc sacramentū: ea nocte fuisse celebratam qua dñs tradit⁹ est ꝛ mane crucifix⁹. Minorē sc₃ q̄ dies illa fuit.xiij. mensis primi: sic ꝓbare nitunt. Cena p̄cessit diē immolationis veri agni paschalis: hoc est passionē christi in cruce qua se patri obtulit vt dicit apls.j.Coꝛ.v. Pascha nostrū imolat⁹ est christ⁹. Haud dubiū qn a seipso: vt dicit idē ad Heb.ix. Sanguis christi q̄ p spm̄ sanctū semetipsum obtulit imaculatū deo: emundauit cōscientiā nostrā ꝛc. Et hec fuit.xiiij. luna: ꝛ p ꝯñs cena facta est.xiij. luna. ¶ Qđ aūt christus passus sit.xiiij luna sic ꝓbant. Veritas debet correspondere vmbre et figura rei: agnus autē paschalis fuit vmbra/ꝛ figura veri paschalis agni: ꝛ imolatio immolatiōi: igit ea die christ⁹ verus agnus dei immolari debuit in cruce quo agnus typicus in lege. Agnus aūt typicus immolari precept⁹ est luna.xiiij. vt habet Exoď.xij. vbi de agno paschali ďr. Seruabitis eū vsq₃.xiiij. diē mensis huius. Immolabitq₃ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperā. Preterea Joh.xiij.ďr. Ante diē festū pasche sciēs iesus q: venit hora eius. Et post. Cena facta cum discipulis cū diabol⁹ iam misisset in cor ꝛc. Ex quib⁹ verbis videt q̄ cena fuit facta ante diē pasche: sed dies pasche fuit.xiiij. luna: vt habet Leui.xxiij. Decimaqrta die mensis ad vesperā celebrabitis pascha: igit cena q̄ p̄cessit diem pasche facta fuit.xiij. luna. ¶ Itē Joh.xviij. habet/q̄ iudei non introierūt domū pilati vt nō cōtaminarent: sed manducarent pascha. Ex q̄ arguit: christ⁹ illa die passus est q̄ iudei manducarūt pascha. Hoc aūt factū est (sc₃ pasche manducatio) decimaqrta luna: g̃ cena p̄cedēs passionis diē: facta est luna terciadecima. Et hoc cōcordat ei qđ principes iudeoꝝ dixerūt: vt scribitur Matth. xxvj. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. ideo nō crucifixerūt christū in prima die azymorū luna q̄ntadecima/que fuit celeberrima: nō aūt crucifixerūt post: ergo ante/sc₃ luna.xiiij. ¶ Itē de sctis mulierib⁹ legit Lu.xxiij. q̄ viso monumento in q̄ positū fuit corp⁹ dñicū: reuertētes parauerunt aromata ꝛ vnguēta. Hec aūt p̄paratio fuit die in q̄ licuit operari ſm legē: aliter em̄ mulieres sancte cōtra legis p̄ceptum nō laborassent/p̄parando vnguēta ꝛ emendo aromata: ꝛ ita non erat dies q̄ntadecima lune: q: die q̄ntadecima fuit solēnitas ꝛ prima dies azymoꝝ: sicut ďr Exo.xij. Septē diebus azyma comedetis. Et sequit. Dies prima erit sancta atq₃ solennis: ꝛ dies septima eadē festiuitate venerabilis. Nihil opis facietis in eis/exceptis his q̄ ad vescēdū ꝑtinēt. Dies ergo passiōis christi quo ꝛ sepult⁹ est: fuit decimaquarta luna quā precessit cena. Fuit igit cena terciadecima luna cū discipulis celebrata. ¶ Itē glo. sup illud Luce.xxij. Appropinquabat dies festus iudeoꝝ: dicit. Inter pascha ꝛ azyma hoc distat/q̄ pascha vocabat sola dies in qua agnus comedebat ad vesperā.i. quartadecima luna primi mensis. Dies azymoꝝ erāt a quintadecima luna vsq₃ ad.xxj. diē eiusdē mensis.xv. itaq₃ dies erat prima solēnitas ꝛ festū azymoꝝ: in quo dñs nō est crucifix⁹: sed die precedente: ſm illud principū iudeoꝝ. Non in die festo ne forte tumultus fiat in ppl̃o. Ex h̃ cōsequenter inferunt/q̄ christus in pane fermentato cōfecit: q: cenauit terciadecima luna: in qua nōdum fuerat azyma in domibus iudeoꝝ. Consecrauit em̄ in pane quo tunc vtebātur iudei: non autē vtebant azyma ante vesperā diei.xiiij. quo comedebāt pascha: vt habet Exo.xij. ¶ Preterea ad idem arguunt. Magis cōuenit cōficere in fermētato q̄ in azyma: nā fermentatū expssi⁹ significat christū q̄ azyma. Fermentū em̄ significat charitatis feruorem: vt vult glo. Math.xiij. super illud. Simile est regnū celorū fermento ꝛc. Sed per

azymū significat puritas christi a pctō. Maius autem bonū est feruor charitatis ꝙ puritas a pctō: ergo fermentū representat christū quātū ad maiꝰ bonū ꝙ azyma. ¶ Itē arguūt. Si dominꝰ nolebat nos seruare ritū iudeorū: videtur ꝙ nec ipse seruauerit: nō ergo cōfecit in azyma. ¶ Itē adueniente veritate/cessare debuit figura: ergo adueniēte christo q̄ veritas est. Joh. xiiij. cessare debet vmbra. Existente igitur vero pane/scʒ christo. Johā. vi. Ego sum panis viuꝰ ⁊c. cessare debuit panis figuratiuꝰ / scilicet panis azymꝰ: nec de cetero sumi in vsum: alioq̄n vtētes eo iudaizarent. ¶ Itē cōtra latinos arguūt. Uos qḋ precepit lex quantū ad azyma obseruatis ad litterā. Littera aūt occidit. i. Cor. iij. Sic ergo facientes mortem operamini: non meremini ad vitā. ¶ Itē obijciūt/in euāgelio vbi fit mentio huiꝰ sacramēti/in greco habet̄ archon: sed archon pro fermentato accipitur: ideo conficiendū est in fermentato. ¶ D His rōnibus greci permoti dicūt in solo fermentato posse confici eucharistiam. Et in tantam insaniā proruperūt: ꝙ qr euangeliste Matth. Mar. ⁊ Luc. ponūt contrarium vt patebit: ausi sunt dicere ꝙ falsum scripserunt: ⁊ ꝙ iohānes eos correxit. Unde vt dicit Inno. ipsi asserunt parasceuē luna decimaquarta extitisse: in qua verus agnꝰ est imolatꝰ vt legis impleret̄ figura: q̄ decimaquarta luna primi mēsis paschalē agnū iusserat imolari. Dñs igitur eadē die passurū se esse prenoscēs in p̄cedenti vespera necessitate cōpulsus anticipauit comedere pascha: q̄ tunc licite poterat comedi fermentū: ⁊ ita ipsi in fermentato cōficiūt. Hoc de illis/scʒ recitatione erroris grecorū cū suis ꝓbamētis. ¶ E Quantū ad scdm est veritas ostendēda. Unde sine omni dubitatione credendū est ꝙ christꝰ agnum paschalem manducauerit decimaquarta luna scdm legis dispositionē quā non venit soluere: sed adimplere. Et qm̄ in eadē cena post agnū typicū eucharistiā cōfecit: in qua se ipsum agnū verum discipulis suis dedit sub specie panis. Nec erat tūc panis fermētatꝰ in iudeorū domibꝰ. Dedit ergo seipsum suis discipulis sub specie panis azymi mādūcandum: nā Exo. xij. dr. Edent carnes assas igne nocte illa et azymos panes. Et sequit̄. Habebitis aūt hūc diē in monumentum: ⁊ celebrabitis eū solennē dño in generationibꝰ vestris cultu sempiterno. Septē diebꝰ azyma comedetis: in primo die non erit fermentū in domibus vestris. Quicunq̄ comederit fermentum peribit anima illiꝰ de israel a prima die vsq̄ ad septimū diē. Prima autē dies incipit a vespera lune decimaquarta. Unde sequit̄ ibidē. Primo mēse. xiiij. die mensis ad vesperā comeditis azyma/vsq̄ ad diem duodecimū eiusdem mensis ad vesperā. Septē diebꝰ fermentū non inuenietur in domibꝰ vestris. ¶ Ex quibꝰ manifeste patet ꝙ ad vesperā diei. xiiij. primi mensis quo cōedebat̄ agnus paschalis vsq̄ ad duodecimū diem eiusdē mensis/nō fuit fermentū in edibus. Christus igit̄ eadem die post agnū legalem eucharistiam cōficiens/nō in pane fermentato: sed in azymo cōfecit. Qḋ autē christꝰ decimaquarta luna agnū paschalē comedit ⁊ nō preueniēdo decimatertia die: patet: quia Mat. xxvi. dr. Prima autē die azymorū accesserūt discipuli ad iesum dicētes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? Et sequitur. Et parauerunt pascha. Uespere autē facto discūbebat cū duodecim discipulis. Unde glo. Prima die azymorū. i. decimaquarta die primi mensis/qñ abiecto fermentato agnū immolabant ad vesperā. ¶ Itē Marci. xiiij. Primo die azymorū/qñ pascha imolabant: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus ⁊ coparemus tibi vt mādūces pascha? Et sequit̄. Et parauerunt pascha. Uespere autē facto venit cū duodecim. ¶ Itē Luce. xxij. Uenit aūt dies azymorum in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrū ⁊ Johannem ⁊c. sequit̄. Et parauerunt pascha. Et cū facta esset hora discubuit: ⁊ duodecim apli cum eo. Fecit ergo dñs pascha eo die quo necesse erat occidi pascha: hec fuit decimaquarta luna mēsis p̄mi: vt patet ex p̄dictis. ¶ F Ex quo sequit̄ ꝙ nō in fermentato: sed azymo cōfecit. Itē ritus consecrādi in azymis ecclesie romane habet̄ ex institutione aplorū cū quibus dñs cenauit: quibꝰ presentibus eucharistiam cōfecit: eis dedit eosq̄ in dispensatores eucharistie consecrauit: qḋ est maximū argumētū ad propositū cōfirmandū. Unde Inno. Id solū sufficit latinis cōtra grecos/ꝙ cōstantinopolitanam ecclesiā multarū heresum corruptio fermentauit: vt nō solum hereticos: verū etiā heresiarchas ꝓduceret. Romanam aūt ecclesiā sup aplice fidei petram stabili soliditate fundatā/nulla prorsus heretice prauitatis ꝓcella potuit conquassare: sed illud semper integra fide seruauit: qḋ ab ipsis aplis accepit: qui eā presentialiter sacris doctrinis instruxere: ⁊ ecclesiastici ritꝰ regulā docuerūt. Ab ipsis ergo beatis aplis petro ⁊ paulo: duos ⁊ viuos habuit: ⁊ defunctos custodit: huiꝰ sacrificij ritū accepit: qḋ hactenꝰ inuiolabili cultu seruauit. ¶ Uerū licet consecrandū est in azymis quō ⁊ christꝰ cōsecrauit: ⁊ romane eccłie ritus hʒ: nihilominꝰ tamē in fermentato potest cōfici: qr non differt fermentatū ab azymo substātialiter ⁊ scdm speciē: sed accidēte solo. Et sicut indifferenter ex vino albo ⁊ rubeo cōficit̄: licet christus in altero tantū cōfecit: ita scdm btm̄ Amb. nō tm̄ ex azymo: sed etiā ex fermentato cōfici potest. Unde beatus Amb. in epła allegata ait. Propter hoc solū videt̄ se et carnē suam panē vocasse: ⁊ de pane corpus suū fecisse: qr sicut ille panis azymus vel fermentatus dat vitā transitoriā: ita corpus eiꝰ eternā: nō qr fermētatꝰ est vel azymꝰ. Hec Amb. Indifferenter ergo se hʒ quantū ad hoc ꝙ ex vtroq̄ pōt cōfici verū corpus christi. Unde ⁊ greci vere cōficiūt ceteris paribus: nec ex hoc tantū arguēdi sunt: quantū ex hoc ꝙ dānant cōficientes in azymo: dicētes ꝙ nō cōficiūt: vnde in hoc errātes ⁊ heretici iuste iudicant̄. ¶ G Orta est aūt hec dissensio grecorū a latinis: qr sicut dic̄ Leo papa: qñ error vigebat de legali obseruantia/q̄ fuit ebionitarū: qui dixerūt necessariū esse christianos iudaizare: ⁊ ꝑ cōsequēs pascha suū in azymo conficere: decreuerūt ꝙ ecclesia non conficeret de azymo: sʒ fermētato quousq̄ error ille cessaret. Unde ecclesia primo conficiebat de azymo. Scdo de fermētato. Tertio cessante hac causa/redijt ecclesia romana ad ritū primū: ⁊ confecit ex azymo. Greci vero tanq̄ superbi noluerūt ad ritū primū redire: ⁊ ex hoc coacti sunt suū errorem defendere. Primo dicentes/se hūc ritū accepisse a patribus. Secūdo qr hoc nō sufficiebat: addiderūt rationē/ne iudaizarent. Tertio qr nec hoc sufficiebat: si dñs confecisset in azymis: ausi sunt dicere/ꝙ dñs ꝯficiebat de fermētato. Et qr euangeliste contrariū dicūt: ausi sunt blasphemare ꝙ euangeliste falsum dixerūt. ¶ Quare aūt ecclia romana non indistincte ex vtroq̄ pane/fermentato scʒ et azymo conficit: sicut ex vino albo indifferēter ⁊ rubeo: vide Alex. de ales parte. iiij. q. xxxij. mēbro. iij. Et si in vtroq̄ pane confici posset: nihilominus panis azymus magis congruit cōsecrationi. Et hoc ratione multiplici: primo: ex debito cōformationis corporis qḋ est ecclesia: ipsi capiti christo/quod de huiusmodi pane confecit. ¶ Secūda: expressio puritatis singularis sacramenti cū re cōtenta. Panis enim azymus ratione qua est sine fermento: expressius representat puritatem singularē humane nature in christo: que sicut azyma de fermentato sumpta est: sic sumpta est de massa corruptionis sine oī corruptione peccati. ¶ Tertia ratio: Expressio simplicitatis singularis sacramenti cū re contenta. Sicut enim in genere panis azymus est simplicissimus: quia in minori substantia esse nō posset panis: sic christus in genere hominum simplicissimus: idest minime est diuisus. In ipso enim sunt omnes virtutes ⁊ dona: ⁊ vniuersaliter omnia bona in medio indiuisibili: sicut loquimur de medio virtutis: quod virtus apprehēdens pūctualiter est perfectissima: ⁊ ab excessu ⁊ defectu: que vitiū inducunt: remotissima. ¶ Quarta ratio. Insinuatio diligentie adhibende: vt mēbra corporis christi mystici cōforment se in puritate cum corpore christi vero. Puritas enī azymi diligenti obseruātia preparat̄: ne extra mediū suū deuiet. Sic sumentes azymū carnem christi se diligentissi-

me preparent: vt in se custodiãt mediũ puritatis. vñ Anß. In lege/ vbi fere oia in figura fiebãt: preceptũ fuit in pascha azymũ panẽ comedere: vt ostẽderet ꝙ christus: quem expectabant: purus et mũdus futur⁹ esset. Et nos q̃ manducaturi eramus corpus eius: similiter esse moneremur puri ab omni fermento malicie et nequicie. Et he ratiões haberi possunt ex epistola beati Ansel. ã. allegata dicẽtis: Apertissimum est quia melius sacrificatur de azymo/ q̃ de fermẽtato. Tū quia valde apertius/ purius et diligẽtius fit: tum q: dñs hoc fecit. Apertius dicit rõne expressionis singularis simplicitatis; que conuenit sacramentum cū re. Purius rõne expſſionis singularis puritatis. que conuenit sacramentũ cũ re. Diligẽtius rõne insinuatióis diligentie adhibẽde ex parte mẽbrorum/ vt se cõforment capiti. ¶ Sic ergo colligẽdo summarie q̃ dicta sunt: dr/ ꝙ conficere in azyma non est de necessitate sacramẽti. Differentia harũ necessitatũ ptz. ã. lec. j. Primũ ostensum est: quia in fermentato si attentat fit cõsecratio. Scdm ptz: quia sic cõsecrans peccat faciens cõtra ritũ et preceptũ ecclesie. Vñ ex de celeb. missa. c. lras. punit qui in fermẽtato cõsecrauit Et dicit Sco. in. iiij. dis. xi. q. vi. in fine. Forte grauiter peccãt etiã greci: qui se nõ cõformãt ecclesie petri: maxime cũ hic habet fundamentũ solidũ: q: sic christus instituit hoc sacramentũ celebrãdũ ad minus si nõ necessario quin aliter fieri possit: tñ sic magis cõgrue celebrat. ¶ D Quãtum ad tertiũ soluẽde sunt rõnes grecorũ. ¶ Ad primam qua arguit ꝙ dñs tertiadecima luna cum discipulis cenauit: cõcedit ꝙ cena facta est die immediate pcedente diem passionis: sed neget ꝙ illa fuerit tertiadecima luna: sed vt visum est: fuerat facta decimaquarta luna. Ad probationẽ negetur ꝙ domin⁹ passus sit decimaquarta luna: sed passus est decimaquita luna. Et ad probationẽ dr ꝙ veritas correspondebit figure. ¶ Ad cui⁹ intellectũ notandũ ſm Alex. ꝙ circa agnũ typicũ duo fiebãt/ scz imolatio et comestio. Quantũ ad comestionẽ/ vmbra rñdit veritati: et figura rei: q: decimaquarta luna/ scilz in cena comedebatur agnus typic⁹ et agnus verus. Nã facta cena de agno paschali dedit dñs discipulis agnũ verũ/ scz corp⁹ suũ: similr immolatio rñdit immolationi. Immolatio eñ figuralis agni facta est luna decimaq̃rta: et imolatio veri agni similiter luna. xiiij. ichoata est: q: post cenã nocte iouis. xiiij. luna incepit passio christi: qñ fact⁹ est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrẽtis in terrã. Luc. xxij. Itez nocte illa fuerat captus/ ligatus/ consputus/ colaphis ⁊ alapis cesus. Marci. xiiij. Sic ergo nocte illa inchoata fuit imolatio: et die sequenti cõsummata: et sic figure veritas respõdebat. Vñ glo. sup illud Luce. xxij. Venit autẽ dies azymorũ: dic. Licet sequenti die. i. decimaquinta luna sit crucifixus: hic tñ nocte qua agnus imolabat: et carnis sanguinisq̃ suis discipulis sacra celebrãda tradidit: et a iudeis tentus et ligatus ipsi⁹ immolationis. i. passiõis sue sacrauit exordiũ. ¶ Aliter potest dici ſm veritatẽ legis qua dies currebat a vespera in vesperum: vt dr Leui. xxiij. A vespera vsq̃ ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Et de festo pasche hoc plane determinatum est: vnde Exod. xij. habet. Primo mẽse decimaq̃rta die mẽsis ad vesperã comedetis azyma vsq̃ ad. xxj. eiusdẽ mẽsis ad vesperã. Cũ ergo vesperũ. xiiij. diei/ quo immolabat agnus: fuit pars sequentis diei; eodem die verus agnus immolatus est quo agnus typicus. ¶ I Et si obiicit. Ante resurrectionẽ dñi dies precessit noctẽ ſm magistrũ in histo. In nocte aũt resurrectionis terminat⁹ ordo naturaliũ/ q̃ est vt dies precederet noctem: deinde creatori temporũ fecit vt nox precederet diẽ. Rñdetur ꝙ ille ordo: quo dies noctẽ precessit: fuit ſm cursum cõem temporꝝ: nihilomin⁹ speciali rõne ordinatũ fuit in lege/ ꝙ in solẽnitatib⁹ nox pcederet diẽ; ⁊ currerẽt dies solẽnes a vespera in vesperam. Cui⁹ ratio fuit: q: ille solẽnitates fuerũt figure solennitatũ temporis gratie: in quibus hmõi ordo seruat: et maxime solennitatũ patrie: que sequũtur ad noctẽ tribulationis vie. ¶ L Ad secundũ similiter ⁊ ad tertiũ respondet per distinctionem hui⁹ nominis pascha. vñ ſm Inno. ⁊ Alex. nomen pascha multipliciter accipit: ⁊ equiuocatione huius nois greci decepti sunt. Accipit eñ qñq̃ pro hora immolationis agni typici: vñ Luc. xxij. Appropinquabat dies festus azymoꝝ qui dr pascha. glo. Pascha dr solus dies in quo agnus occidebatur ad vesperũ. i. decimaquarta luna primi mensis. Qñq̃ accipitur pro agno paschali typico: vnde Luce vbi. ã. Venit autem dies azymorũ: in qua necesse erat occidi pascha. Qñq̃ accipit pro vero agno paschali q̃ est christ⁹ domin⁹. j. Cor. v. Etenĩz pascha nostrũ immolat⁹ est christ⁹. Qñq̃ p die festo azymoꝝ: q̃ fuit quintadecima post equinoctiũ vernale. Ioh. xiij. Ante diem festum pasche sciens iesus. Qñq̃ accipit pro cibis paschalib⁹/ panib⁹ scilicet azymis qb⁹ vescebant tempore paschali. de quo Exod. xij. Primo mense. xiiij. die mensis ad vesperã comedetis azyma/ vsq̃ ad. xxj. eiusdem mensis ad vesperã. ⁊ sic accipit Ioh. xviij. Non introierũt pretoriũ: ne contaminarent: sed manducarent pascha. ¶ Per hoc patet ad argumenta ꝙ beatus iohannes cũ dixit. Ante diem festũ pasche. accepit pascha pro prima die azymorũ que fuit. xv. luna mensis primi. Et hoc innuit cũ dicit: ante diem festũ. Differt eñ dicere ſm Alex. diem pasche/ ⁊ diem festũ pasche: nec sunt idẽ vt patet ex lege. Dies enim pasche est decimaquarta luna: dies fest⁹ pasche quintadecima luna: vnde Leuitici. xxiij. Mẽse decimo. xiiij. die ad vesperũ phase domini est. i. pascha: ⁊ decimaquinta die mensis hui⁹ solẽnitas azymorũ domini est. ⁊ ita ante diem solennẽ pasche q̃ fuit luna. xv. facta fuit cena domini. i. xiiij. luna ad vesperã: et ita non est pro grecis: sed magis contra eos. In illa aũt aucto. Ioh. xviij. vbi dr. Vt manducaret pascha. accipit pascha pro azymis panib⁹: vt dictũ est: quos comedebãt septem dieb⁹. ¶ Et per hoc ad illud qd̃ addit. Nõ in die festo ⁊c. Dicit ꝙ causa hui⁹ dicti ⁊ dispositionis iudeorũ addit: ne forte tumult⁹ fieret in populo. Nõ enim propter festi reuerentiã/ dispositi fuerant crucifixionem differre: sed ne tumult⁹ fieret in populo: q̃ in maxima copia ad festũ illud confluxerat. Et ita ne de manib⁹ eorũ raperet. Ideo nacta opportunitate: et submota causa tumult⁹ populi/ iuda se offerente ad tradẽdum illũ: sine tumultu fecerũt contrariũ/ mutãtes ppositum: ⁊ hoc diuina dispositione: vt veritas corresponderet figure: q: q̃ntadecima luna eduxerat ppl̃m hebreorum de egypto: ⁊ eodem die mors christi eduxit ppl̃m suũ de tenebris pcti: vt Inno. Porro dispositio sacerdotũ ꝯtra dispositionem dei preualere nõ poterat: q̃ disposuerat vt verus agn⁹ in dieb⁹ paschalib⁹ imolaret. ¶ L Ad quartũ de sanctis mulierib⁹ vnguenta post dñi sepulturã preparantib⁹: dr ab aliquib⁹ ꝙ prima die azymoꝝ/ scz die passionis dñi q̃ solẽnis erat: interdicta fuere opera seruilia vt Leui. xxiij. Prim⁹ dies erit vobis celeberrim⁹: omne opus seruile in eo nõ facietis. Hmõi aũt vnguẽti pparatio q̃ cõgruebat defunctis: q: fuit opus misericordie: nõ reputabat inter seruilia: ⁊ ita per hoc qd̃ dicebat Exo. xij. Nihil operis facietis in eis exceptis his q̃ ad vescendũ ptinẽt: nõ excludebat q̃n opera spũalia fieri poterãt: q̃le fuit opus mulierum. Dicũt igit ꝙ mulieres sancte ab hora qua viderant christũ positũ in monumento: sicut dr Luce. xxiij. vsq̃ ad vesperũ eiusdẽ diei/ pparauerũt vnguẽta q̃ habebãt: ⁊ ad vesperũ a preparatione q̃euerũt ſm legẽ ppter sabbatũ: de q̃ preceptũ fuerat in lege/ ꝙ a vespera celebrarent vsq̃ ad vesperã sine aliquo opere: tũc eñ nõ licebat preparare que ad cibũ erant necessaria. Illa etiã dies sabbati inter oia sabbata celeberrima erat: ⁊ ppter pascha/ et propter sabbatũ. Licuit ergo pparare vnguenta luna. xv. q: h̃ fuit opus misericordie: ⁊ ideo nõ seruile. ¶ Sed contrariũ videtur Marci. xvj. Cũ transisset sabbatum: maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerũt aromata/ vt venientes vngerent iesum: igitur die veneris dominice passiõis non parauerunt aromata: quia non dum fuerant empta. ¶ Solutio ſm glo. Emerunt/ idest empta parauerunt;

qd enim residuū fuerat nō paratū: die veneris parauerūt
dum transisset sabbatū. Uel aliter iudei multos sumptus
facere solebant circa funera. Nam et nicodemus: qui vene
rat ad iesum nocte primū venit ferens mixturam myrrhe
et aloes quasi libras centum. Joh. xix. Ecce sumptus ma
gnus. Mulieres igit videntes non sufficere vnguenta q
parauerant die veneris: post sabbatū plura emerūt: et illa
parauerunt vt dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici q mu
lieres ille iam instructe in fide christi nō curabant hmōi le
galia obseruare. vñ Inno. q autē mulieres in die pasche
dicūtur vnguenta parasse non obest: q non erant sub lrā:
sed sub gratia. ¶ Uerū huic videt contrariū qd Lucas di
cit. Et sabbato quidē siluerunt ppter mandatum: ex quo
patet q legis mandata seruabant. ¶ M Ideo adhuc
aliter dici pōt q ille mulieres cognoscentes christi mortē
futurā: ante mortē ei parauerūt necessaria ad condendū
corpus eius. vñ Inno. Mulieres reuertentes sm Lucā
portauerūt vnguentū et aromata: q ante lōge parauerūt:
q frequenter audierāt dñm moriturū. Nōne magdalena
iam parasse videt per inspirationē preoccupasse ministe
riū inunctionis: teste veritate q dicit. Mittēs hoc vnguē
tum hec in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Et iterum
Sinite illā vt in die sepulture mee seruet illud. Sic vnguē
tum qd prius inceperat: cōsummauit. ¶ Posset adhuc di
ci q reuertentes mulieres a monumento et sepultura pa
rauerūt aromata non statim protūc: q nullū vel minimū
tēpus videt fluxisse inter horā sepulture et vesperā sabba
ti qua incepit solēnitas sabbati. Nam sero depositus est do
minus de cruce: vt dicit Mat. xxvij. Et ppter parasceuen
iudeorum in monumēto horti qd ppe erat: posuerūt iesum:
vt dicit Joh. xix. c. et Luc. xxiij. Parasceue erat et sabbatum
illucescebat. i. vespera qua incepit solennitas sabbati: sm
illud Leui. xxiij. A vespera in vesperā celebrabitis sabbata
vestra. Sed trāsacto sabbato: quo siluerunt: et finem habu
it in fine sequētis diei: tūc quidē emerūt aromata que de
fuerunt: vt dicit Marcus. Dū transisset sabbatū et cet. eme
runt aromata vt veniētes vngerēt iesum. Uenientes non
statim tunc ppter noctē de primo imminentē: sed expecta
bāt mane sequētis diei: que fuit prima sabbati. i. prima post
sabbatū: ideo sequ in Marco. Et valde mane vna sab
batorum veniunt a monumentū orto iam sole. ¶ N Ad
quintū de glo. Luce. xxij. q dicit q sola dies manducatio
nis agni dicat pascha: et alij dies azymorum. Dicendum q
glo. ponit differētiā inter illā dictionē pascha in vna signi
ficatione tm: sm quā accipit in illo textu quē ibi exponit.
Preter autem illā etiā et aliter accipit vt dictū est. Quod
autē ex illo infertur q christus in fermentato cōfecit: illud
nō sequit: etiā si verū esset qd greci pbare laborant: scz q
christus tēpus manducandi agnū paschalē preuenisset: et
cū discipulis luna tertiadecima cenasset. Qm si ita preue
nisset diē legitimū comedere pascha: sciēs qd futurū erat
eum: vtiqz preuenisset comedere agnū sm cerimonias et
institutionē legis: q precepit q non nisi cum azymis con
. Et sicut preuenisset comedere agnum: ita et preue
medere azymū. Et discipuli qui preparauerūt pas
arassent et azyma: et ita ex hoc greci intentū suum
possent: scz q christus in fermentato cōfecisset.
est antecedēs q cena facta sit luna tertiadeci
sextū quo arguūt ex significatione fermentati
magis cōgruit sacro q azyma: d: Et si fermē
le sm glo. allegatā qd melius est in christo scz
on tm in ppria et expssa similitudine christū ex
solus christus charitatē habuit: licz solus sum
mā appropriate non significat fermentum.
gnificat puritatē singularē christi solius scz
sumptā sine omni corruptione infectionis:
ma grecis dicētibus q fermentū significat
virginalis et vinculū vnionis: dicit. Naz etsi
at tumorē vteri virginalis: et vinculū vnio
religiosi illud azyma insinuat q sm apo

stolū christus de massa peccatrice corpus sine petō susce
pit tanqz de fermēto susceperit azymū. Et vt inter christuz
et pplm malicie et nequicie nihil fit: sic inter frumentū et
aquā in azymo nil veteris masse vel aduene corruptionis
interuenit: nā p frumentū christus: per aquā pplus designat
sm illud. Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit
ipm solū manet. Joh. xij. Et illud. Beati q seminatis sup
oēs aquas. Esa. xxxij. glo. i. corda gentium emollita. Aqua
sine fermēto mixta frumēto designat populū sine peccato
christo coniūctum: qqz illud soleat designare q sicut azy
mus panis de pura massa sine fermento conficitur: ita cor
pus christi de illibata virgine sine crimine est conceptum.
Sunt et alie congruentie supra tacte. ¶ O Ad septimū
breuiter dicit q dñs nolens nos iudaizare nō hoc quasi
ex lege retinuit: sed de nouo instituit: sicut et de baptismo
in aqua constituto. Iudei aqua lustrabant: et nos aqua lu
stramur: non autem ex legis ordinatione: sed ex christi dñi
nostri institutione. De hoc statim infra. ¶ Ad octauū d: q
adueniente veritate cessare debet figura sub rōne figure.
Pōt tm manere materia figure: nō vt figura veritatis ve
ture significatiua: et ita cessauit esus agni paschalis: cessa
uit et panis azymus in ea significatione qua instituta sunt
in lege: qm adhuc paschali tempore agnellos manduca
mus: et nōnunqz panes azymos: nec tm hec faciētes iudai
zamus. vnde beatus Ansel. Facere aliqd qd fiebat sm le
gem: non est iudaizare: nisi fiat intentio. e adimplendi le
gē: vt q ex infirmitate circūcidi se faceret: nō vt ritū legis ob
seruaret: nō iudaizaret. Qd autem aiūt nos iudaizare ait
Ansel. nō est verū: q nō sacrificam de azymo vt legem ve
terē seruem: sed vt diligentius fiat: et vt dñm qui hoc non
iudaizando fecit: imitemur. Cum enim facim aliquid qd
vt iudaismū seruarēt faciebāt: nō iudaizam: q nō ppter
iudaismū: sz aliā causam hoc facim. Si eñ i dieb pasche
azymū panem aliqs comedit: siue q non habet aliū: siue
quia magis illo delectat q fermentato: aut si qs propter
infirmitatem preputiū circuncidere cogit. Aut si boui suo
trituranti quis: ne esuriat: os non alligat: nullus nisi insi
piens hoc agentē iudaizare iudicabit. Cū ergo nos panē
azymū sacrificam: nō vt per azymū tanqz per figurā dñm
iesum futurū esse significam: sed vt ipsum panem in cor
pus ei diuina cooperātē virtute sanctificem: nequaqz in
hoc legis vetustatē obseruam: sed euāgelij veritatē cele
bram. Itē simili rōne nec ipsi deberēt cōficere in fermēta
to: q preceptū fuit in lege Leui. xxiij. q offerrēt panes pri
mitiarū fermētatos. vñ Inno. Si propter hoc repudian
dum est azymū: quia lex illud admisit: pari rōne repudia
bitur fermentatum: quia lex ait. Offerēt panes fermenta
tos cū hostia gratiarū: q immolat pro pacificis. Leui. vij.
¶ P Ad nonū de eo q littera occidit. d: Uerum est si
seruat qd vete. testa. lrā pcipit vt pcepti legis: et hoc quan
tū ad sacrificia cerimonialia et figuralia. Secus si tanqz de
nouo per legē grē statuta sint assumpta: vt. s. dictum est.
Uerum argumentū hoc beatus Ansel. retorquet in gre
cos dicēs. Sic vos conficitis de fermētato: q d: a ppheta
scz Amos. iiij. Offerte mane victimas vestras trib diebus
decimas vestras: et sacrificate de fermentato laudē. Aut h
dicit ppheta approbando vel reprobādo. Si reprobādo:
igitur ex hoc nō debetis autoritatē assumere cōficiendi in
fermentato. Si approbādo: et vos seruatis hoc ad litterā
et littera occidit: ergo vos subiacetis illi damnationi qua
damnatis vos. ¶ Ad decimū quod obijciunt de nomine
archon: respondet Alexā. q nomen archon aliquando ac
cipitur pro fermentato. Aliquando pro pane azymo: nam
Exod. xxix. dicitur. Archos azymos. similiter Nume. vj. vbi
nos habemus canistrum panum azymorū: ipsi habent ar
chos refertos oleo. Aliquando accipitur pro fermētato et
azymo cōmuniter: vnde ratio illorū nō valet. Patet itaqz
ex dictis veritas nostri textus quantum ad tempus cene
designatum: cum dicit. Qui pridie qz pateretur.

¶ Lectio. xxxv.

sic cognitis creatis ⁊ factis ascẽdit ad cognitionem creatoris: ſm illud apl̄i ad Rom̄. i. Inuisibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta sunt intellecta cõspiciunt. Quõ licet a btõ Bern̄. ser. v. sup Cant. exponat de hoie. Facit em̄ vim in verbo quo dicit: a creatura mūdi, nõ celi. Uerum tñ est ⁊ de creatura angelica: vt innuit glo. interli. di. ab hoie nõ solū ab angelo. Et dicit naturalis: q: ad ipsam sufficit natura cognoscitiui sine adminiculo alicui⁹ doni supnaturalis: stante tamen adminiculo cõis influentie dei. Utraq3 cognitionū inest obiectiue tam creatoris ꝙ creature. Nã prima cognitio, scꝫ rerū in verbo, vna est ⁊ indistincta qua cognoscit verbū ⁊ relucẽtia in verbo. Hac em̄ nude ⁊ beatifice diuinã essentiã cognoscit: ⁊ oia relucentia sibi in verbo: nec relucentia sine verbo. Et dico sibi: q: licꝫ oia cognoscibilia reluceant in verbo: non tñ oportet oia cognoscibilia cognoscere cognito verbo: alr̄ tollerent actus hierarchici: qui sunt illuminare, purgare, pficere. Est em̄ verbū quasi speculū volūtariū, ostendens videnti se quantū voluerit: nõ quantū relucet. Que ergo nõ ostendit se videnti: nõ relucent illi. ¶ Et ꝙuis cognitio verbi ⁊ rerū in vno verbo sit vna: ipse tñ angelus distincte cognoscit verbū ⁊ quodlibet relucentiū sibi in verbo. Faciente hoc deo notiã illã creante in angelo ⁊ pfectione speculi. i. essentie representantis oia distincte. Nam ⁊ deus ipse vnica cognitione ⁊ cognoscendi rõne: q̄ est diuina essentia: pfectissime ⁊ distinctissime oia nouit. Longe ergo pfectius cognoscit angelus res in verbo ꝙ in seipso: vel in genere rerū ꝓprio.

¶ B Scḋa vo cognitio multiplicat ſm multiplicitatẽ obiectoꝝ cognitoꝝ: qm̄ res in se vel in ꝓprio genere quas distincte cognoscit, cognoscit distinctis cognitionib⁹. Sic alia cognitiõe distincte cognoscit se ⁊ creaturas: ⁊ creatorem ex creaturis cõfuse vel indistincte. Prima cognitio in verbo vocat matutina. Scḋa dicit vespertina. Matutina q: est in verbo qḋ est principiū rerū. Oia ꝑ ipm̄ facta sunt. Job. i. Uespertina dicit scḋa: q: est cognitio rerū in creatura q̄ inquantū est creatura: est in declinatione ⁊ casu. Un̄ nõ d: illa cognitio angeli matutina: ista vespertina ꝓpter admixtionẽ tenebrarū ignorantie. sicut lux matutina fit ⁊ vespertina admixta est tenebris: cū in angeloꝝ cognitione nihil ignorantie sit admixtū: sed ex causa dicta. ¶ Sed di. cū cognitio rerū naturalis angeli sit duplex: scꝫ rerū in seipso ꝑ spẽs cõcreatas: ⁊ in genere ꝓprio ꝑ spẽs a reb⁹ cognitis receptas: cur nõ ponit triplex cognitio: vespertina matutina, ⁊ meridiana: sicut sunt he tres partes diei, cui cõparat cognitio angelica? ¶ Solutio ſm Alexã. de ales par. ii. q. xxiii. ar. i. ꝙ q: nõ põt angelus cognoscere res nisi in creatore aut creaturis: ideo be. Aug. distinxit tñ duplicem cognitionẽ angeloꝝ. Et primã dixit cognitionẽ matutinã que est in vbo. Secūdã que est in creatura: siue sit in ipo angelo: siue in ꝓprio rerū genere, appellauit cognitionem vespertinã. Licꝫ illa secūda sit duplex: quarū vna cognoscit rem ꝑ species cõcreatas etiã absentẽ ⁊ nõ existentem, sed futurã. Alia tñ rem presentem ꝑ species a rebus acceptas. Un̄ ad Orosium ait Aug. Ipsa creature cognitio in semetipsa vespertina, q̄ dei cognitione erat mane. Et idẽ in eodẽ: Scientia angeloꝝ in seipsis, in cõparatiõe ad scientiã q̄ est in vbo dicit vespertina. ¶ D Natū triū hec est distinctio. Quoniã illa q̄ est in verbo: nullo modo dependet a re creata: sed illa q̄ est in angelo admin⁹ depẽdet a forma seu specie cõcreata ipsi angelo: q: intellectiua est plena formis: sed illa que rerum in proprijs generib⁹: a rebus creatis simpliciter dependet. Ex quo infert Alexã. ꝙ ille tres rationes cognoscendi ſm nobilitatem earum differunt. Nobilior em̄ est forma increata ꝙ cõcreata ipsi angelo: ⁊ cõcreata ꝙ forma a rebus accepta. Ratio em̄ cognoscẽdi in verbo est ipsa diuina essentia: ⁊ nõ aliqua species media inter essentiã ⁊ cognitionem. Sicut in secūda ⁊ tertia est aliquod representans mediū inter cognitū et cognitionem. Congrue ergo sola prima, scꝫ in verbo dicit matutina: q: in principio. Alie due vespertine: q: in creatura. Uerum ꝙ Aug. matutinã quandoq3 nominat diurnam. vnde. xi. de ciui. dei cap. xxix. Illi inquit angeli sancti nõ per verba sonantia deum discunt: sed per ipsam presentiam immutabilis veritatis. hoc est verbū eius vnigenitū. Et ipsum verbū ⁊ patrẽ ⁊ eoꝝ spiritū sanctū: eaq3 esse inseparabilem trinitatem: singulasq3 in ea personas esse vnã substantiam: ⁊ tamen omnes non tres deos esse: sed vnū deum ita nouerunt: vt eis magis ista ꝙ nosipsi nobis cogniti sumus. Ipsam quoq3 creaturam melius ibi, hoc est in sapiẽtia dei, tanꝙ in arte qua facta est: ꝙ in ea ipsa sciūt: ac per hoc ⁊ sepsos ibi melius: ꝙ in seipsis: verūtamen et in seipsis sciunt. Facti sunt em̄ ⁊ aliud sunt ꝙ ille qui fecit. Ibi ergo tanꝙ in diurna cognitione: in seipsis aūt tanꝙ in vespertina. Multum em̄ differt vtrum in ea ratione cognoscatur aliquid ſm quã factū est: an in seipso. Et sequit: Omnia em̄ aliter in verbo dei cognoscunt ab angelis vbi habent causas rationesq3 suas. i. ſm quas facta sunt incõmutabiliter permanentes: aliter in seipsis. Illic clariore: hic obscuriori cognitione velut artis atq3 operum. Que tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationẽq3 referunt: tanꝙ mane lucescit in omnibus oculis contemplantiū. Item lib. iiij. super Gen̄. ad litteram. Cognitio que est in verbo ad diem pertinet: que est in seipsis, ad vesperã pertinet. ¶ J Posset etiã nõ improbabiliter dici, ꝙ sicut lux solis meridiana omniū clarissima est: nec potest irreuerberatis oculis intueri: ita vocabulum hoc cognitio meridiana, soli diuine cognitiõi qua deus in se oia cognouit, lucidissime reseruat. Ad cognitionem nãq3 sui ⁊ omniū comprehensiuã, nullus creature oculus accedere potest: dicente aplo. i. ad Tim. vi. Lucem habitat inaccessibilem. Illa ergo lucidissima cognitio diuina, sola meridiana merito nominat. ¶ Et que dicta sunt de angelis: suo modo intelligunt ⁊ de beatis animab⁹. Un̄ magister in. iiij. dist. xlv. ex cognitione angeloꝝ, similia argumentatur de beatis. ¶ L Cognitione itaq3 rerum in proprio genere possunt sancti cognoscere orationes nostras vocales: dum ad ipas habent debitã approximationem ⁊ presentiam. Non em̄ intellectus creatus intelligit naturali cognitione saltem intuitiue quodcūq3 intelligibile quantumcunq3 distans. Nam cum ad intuitiuam sui cognitionem obiectum coagat (ſm beatum Augustinum. ix. de trinitate capitu. xij. Omnis res quamcunq3 cognoscimus: congenerat in nobis noticiam sui. Ab vtroq3 enim noticia pariter a cognoscente ⁊ cognito) non videtur ꝙ creatura agere possit ad suam cognitionem per infinitam distantiam. ¶ Quid autem de mẽtali oratione: an beatus vel etiam angelus sufficienter presens videre posset cogitationes mentis ⁊ affectiones alterius: sunt opiniones apud doctores. Sunt enim qui dicunt ꝙ mentis cogitationes ⁊ affectiões homo hꝫ occultas ⁊ clausas cuilibet creature: quam occultare potest ita vt illam videre nemo possit: nisi cui voluerit reuelare: vel saltem ille qui intimior est cuilibet creature ꝙ creatura sibiipsi: qualis est solus deus. Unde consequenter dicunt ꝙ solus deus est scrutator cordium. cui cõsonat illud. ij. Paralipomenõ. vi. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et in ecclesiasticis dogmatibus capitu. xlix. Internas anime cogitationes diabolum non videre certi sumus. Et ne hoc concessum puteur angelis bonis, additur: Secreta autem cordium ille solus nouit: ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum. ⁊. i. Corinth. ij. Nemo scit hominũ quid est in homine: nisi spiritus hominis qui est in homine. Et huiusmodi multa adducunt: quibus nituntur probare ꝙ solus deus scrutatur corda et renes. idest affectiones. ¶ L Sed istis non obstantibus, sunt qui probabiliter oppositum tenent: videlicet Scotus in reportis, libro. ij. distinctione. ix. et doctor anglicus Guilhelmus ockam in. ij. q. xiiij. scilꝫ ꝙ quilibet angelus: ⁊ eadem ratione quilibet beatus naturaliter potest distincte ⁊ intuitiue cognoscere cogitationes aliorum. Nec in hoc dependet a

voluntate cogitantis. Unde posita cogitatione vel affe/
ctione/non est in pͣte angeli cogitantis vel volentis/oc/
cultare eam alteri angelo vel beato/qn ille possit ea distin
cte cognoscere ex suis naturalib⁹: dūmodo ad ipm habeat
debitā p̄sentiā ꝛ non impediat. Et ita ex suis naturalibus
cognoscere pōt angelus/ꝛ beatus orationes mētales orā
tis viatoris/stante debita p̄sentia ꝛ sublato impedimēto.
Nā cū intellect⁹ viatoris suos act⁹ cognoscat: cur nō intel/
lectus btī q̄ est pfectior. Nā quicq̄d cognoscit potentia mi/
nus perfecta: cognoscit etiā perfectior. ¶ Itē oīs potētia
cognitiua disposita nō impedita et pfecta cognoscere pōt
naturaliter q̄cquid sub eius obiecto cōtinet. Sed cogita/
tiones ꝛ affectiones cōtinent sub obiecto intellect⁹ quod
est ens inquantū ens: ergo pōt intelligi a quolibet intelle
ctu sufficienter p̄sente ꝛ non impedito. ¶ Itē cause natu/
rales nō subsunt imperio voluntatis create: quin positis
eis eo modo quo naturaliter agere sufficiūt/agāt: sꝫ cogi
tationes ꝛ volitiones cū intellectu p̄sente naturaliter cau
sant sui cognitionē. Nec videt quomodo angelus vel bea
tus cognoscat essentiā aīe orantis q̄ est sibi intimior: q̄ ac
cidētia inherētia/cogitationes scꝫ ꝛ affectiones: ꝛ non co
gnoscat inherētia accidētia/scꝫ cogitationes ꝛ affectiōes.
¶ Itē beati cognoscūt oēs motus ꝛ opationes corpora/
les orantis: ergo multo magis opationes pure spūales/
quales sunt cogitationes: qꝛ tales sunt purū intelligibile
ꝛ immateriale. Sicut intellectus beati qui nō depēdet in
cognoscēdo a sensibus: sicut intellectus noster in via: sed
ex sua naturali pfectione ppꝛia cognoscit intelligibilia pn
cipia sine medio sensuū. Huic sn̄ie cōcordare videt Abba
btī Aug. in carmine de gloria paradisi loquētis de ciuib⁹
paradisi celestis; dicit em̄. Nā ꝛ pectoris arcana penetrāt:
alterutrū vnū volūt: vnū nolūt: vnitas est mentiū. ¶ Di/
ctū est aūt/dūmodo ad ipsum habeāt debitā p̄sentiā: qm̄
(vt dictū est) nō pōt intellect⁹ finit⁹ p quācūq; distātiā vi/
dere intelligibile. Additū est etiā dūmodo nō impediat.
qꝛ impediri pōt per deū suam influentiā subtrahentē/ne
cōcurrat coagēdo cū intellectu beati ad cognitionē secre/
torum cordis viatoris. Sicut creditur fm sanctorū doctri/
nas prohibere malignos spiritus eis nō coagēdo: ne vide
ant ea q̄ in cordib⁹ hoim versant: q̄ nisi ꝓhiberent: ex natu
rali sua perfectione possent sicut cetera sensibilia/et intel/
ligibilia intueri. Prohibet aūt deus misericorditer: ne to/
tius salutis inimicus suis dolosis artibus/ꝛ tentatione se
miore salutis ꝓposita in mente hominis impediret: q̄ ma/
ligni tentationes moderat: nec permittit hominē tentari
vltra q̄ potest sustinere. j. Cor. x. ¶ Et aūt deus dr̄ scruta
tor cordiū: ꝛ solus noscere corda hominū ꝛ similia: intelli
gēdū est vniuersaliter ꝛ necessario ac inimpedibiliter: ita
q̄ simpliciter impossibile sit ne videat cor cuiuslibet seipo
ꝛ sine cuiuslibet alterius amminiculo: ꝛ hoc ꝓpriū est soli
deo. Beat⁹ vero etsi videt cor vnius: nō tamē ea q̄ sunt in
cordib⁹ oim: qꝛ nō habet ad omnia corda debitā p̄sentiam
nec videt necessario: quia impediri pōt: nec seipso: qꝛ nō si/
ne cooperatione obiecti/ꝛ generali influētia dei. Qm̄ alꝯ
ex autoritatibus illis ꝓbaret q̄ nunq̄ quis posset cogno/
scere cogitationes alterius: nec quisq̄ suas si solus de⁹ co
gnosceret corda: ꝛ ita nec deus posset illis beatis reuelare
nec angelus angelo mētaliter loqui: que oīa erronea sunt
ꝛ falsa. ¶ M Nec valent q̄ Greg. de arimino in suo. ij.
dist. ix. obijcit: pmo dicēs: q̄ nullū genus entium priuatur
vniuersaliter: vel vt in pluribus fm indiuidua ꝛ tps ope/
ratione sibi naturaliter cōpetēte seu nata cōpetere. Gen⁹
autē angeloꝝ p semp/vel in pluribꝰ fm indiuidua ꝛ tem/
pora priuat cognitione distincta cogitationū hominū: ꝛ p
cōsequens patet q̄ ipsi non sunt naturaliter apti ad talē
cognitionē. Prima pars antecedētis patet p illud Augu.
vij. de ciui. dei. c. xx. Sic deus administrat cūcta q̄ creauit.
vt ea proprios exercere ꝛ agere motus sinat. Et cōfirmat
Alꝯ em̄ inq̄t posset dici q̄ albedo posset naturaliter albe/
dinem producere sicut calor calorem. Sed q̄ nō producit

ex eo est/q̄ deus suspendit ea a tali actione non coagēdo
sibi: quod tamē nullus dicit. ¶ Secundo respōdendo mo
tiuis ponit q̄ beati nō habent debitam presentiam ad co/
gitationes alterius: ꝛ ideo eas videre nō possunt. Est au/
tem debita p̄sentia: presentia subiectiua: ita q̄ necesse est
intellectū cognoscentē cogitationem esse subiectum illa
rum cogitationum. Unde nisi cogitationes inhereant in/
tellectui: intellectus non est sufficiēter presens/presentia
que sufficit ad cognoscendum. Cuius signum addit: qꝛ si/
per potentiam dei/duo homines essent simul in eodē lo
co primo: tūc intellectus eorum essent sibi presentes/quia
indistantes: ꝛ tamen vnus non intelligeret cogitationes
alterius: q̄uis essent eque dispositi: ꝛ cognitiōes vtrorūq;
eiusdē ratiōis. Cuius nulla alia causa assignari potest: nisi
q̄ requiritur p̄ntia subiectiua siue inhesiōis. ¶ N Sed
ista non cogunt. Nō primū: quia tam prima pars sui ante
cedentis/q̄ secunda deficiunt. Nam prime parti datur in
stantia de genere demonum: qui multis actibus et cogni/
tionibus: ad quos habent naturalē potentiam: perpetuo
priuantur. Similiter et beati tristicia (que naturaliter se/
quitur de rebus nolitis et tamen accidentibus) perpetuo
priuantur/eo q̄ oīs tristicia repugnat beatitudini. Item
fm multos/potentia vegetatiua in homine/si non preue
niretur creatione anime: produceret formā: imperfectio/
rem tm̄ anima sicut in ceteris viuentibus: a qua tm̄ actione
fm totam speciem perpetuo suspenditur. Autoritas vero
beati Augu. non habet hoc ad qd̄ inducitur: nam beatus
Augu. c. precedēti ostendit q̄ deus summus omnia ope/
ratur: et nature vim operandi ipse tribuit: que per multa
declarat: que gentiles quidā suis dijs falsis attribuere. Et
in ca. xx. subdit q̄ deus idem vbiq; totus nullis inclusus
locis: nullis vinculis alligatus: in nullas partes sectilis:
ex nulla parte mutabilis: implens celum et terrā: p̄sente
potentia nō indigente natura: sic itaq; administrat oīa
que creauit: vt etiam ipsa proprios exercere et agere mo/
tus sinat. Ex quo nihil aliud vult nisi q̄ deus qui est oium
vnicus creator et creatorū gubernator: ita gubernat om/
nia que fecit: q̄ etiam secum in quibusdam actionibus co
agere permittit. Nec ex illo inferri potest/q̄ omnes opera
tiones naturales agere permittat: aut q̄ non quasdam a
suis naturalibus actionibus in quas possent ad tempus
vel perpetuo suspēdat: fm q̄ placuerit sue ordinatissime
voluntati. Nec ad aliud inducit hec verba Augu. nisi ad
hoc q̄ deus omnia operatur: quedā mediante creatura:
quedam immediate seipso. vnde subdit. Agit multa p an
gelos: sed nō nisi ex seipso beatificat angelos. ¶ Quod
vero in confirmatione addit/q̄ posset dici de ipsa albedi/
ne ꝛc. Sic vtiq; posset dici: sed sine ratione. cum ad id dicē
dum nulla ratio/vel leuis apparentia inueniri potest. Ad
dicendum vero q̄ intellectus possit omnia cognoscere: q̄
sub eius obiecto primo cōprehenduntur: et ita actus alte
rius intellectus sicut alium intellectum videre que sibi sunt
eque presentia: sunt rationes probabiles: ꝛ vix (sicut ptꝫ)
solubiles. ¶ O Secunda etiam pars antecedentis/scꝫ
q̄ genus angelorum pro semper vel in pluribus priuatur
cognitione distincta cogitationum hominum: non est pro/
bata. Unde credi potest q̄ vt plurimum angeli et beati vi/
deāt mutuas cogitationes/ꝛ etiam hominū quibus sunt
presentes: saltem illas quas beati non volunt alijs cela/
re: quia probabile est q̄ quantum ad illas non concurrat
deus. Nihil enim inconueniēs sequi videtur/q̄ angelus
hominis custos secreta cordis eius videat: precertim cum
hoc fructum custodie non impediat: sed promoueat. Itē
quomodo alꝯ orationes viatorū angeli custodes ad nos
missi domino offerrent: sicut raphael dixit Tobie. Quan/
do orabas cum lachrymis ꝛc. ego obtuli orationem tuam
dn̄o: si non eas in nobis viderent. eiusdē. xij. Sunt enim
efficaciores mētales oratiōes q̄ vocales: et lachryme cor/
dis q̄ oculorum. Et per hunc moduꝫ facile intelligit quē/
admodū angeli sibi loquuntur. Celant suas cogitatiōes;

dũ illas nolunt sciri ab alijs: ⁊ tũc dñs cuius volũtati sunt
indeclinabiliter addicti: nõ cõcurrit ad causandum cogni-
tionẽ secretoꝛũ in alijs angelis. Loquunt̃ / dũ in se cogni-
tiones elicIũt ⁊ act⁹ interioꝛes / vt ceteri cognoscunt: ⁊ tũc
his formatis ceteri pꝛesentes naturali virtute cognoscũt:
nec impediunt̃ per subtractionẽ diuine influẽtie. Sic etiã
saluatur quomodo angelus vel beat⁹ multis eque p̃senti-
bus vni vel aliquib⁹ loquitur / ⁊ non oĩb⁹: volendo vnum
cogitationem suã scire / ⁊ non alium: ⁊ hoc deo concurrẽte
respectu vnius: ⁊ suspẽdente suam coactionẽ respectu al-
teri⁹. ¶ Quod vero doctoꝛ ille secũdo dicit / q̃ debita pꝛe-
sentia ad videndũ cognitionẽ est p̃sentia subiectiua: vide-
tur oĩno voluntariũ ⁊ nulla ratione subnixũ. Cũ enim ita
act⁹ intellect⁹ ⁊ volũtatis eque cõtineant̃ sub obiecto pꝛi-
mo intellect⁹ / sicut cetera intelligibilia: ⁊ oĩa sub obiecto
pꝛimo alicuius potẽtie eque cõtentoꝝ: non dissimilis req̃-
ritur pꝛesentia ad cognitionis formationẽ: sed q̃cũq̃ p̃sen-
tia sufficit vni cõtentoꝛum: sufficit ⁊ alteri: sicut est videre
in visibilibus. Nã obiectum pꝛimũ visus est coloꝛ: ideo q̃-
cũq̃ pꝛesentia vnius coloꝛis sufficit vt videat̃: similis pꝛe-
sentia alterius sufficit: ⁊ sic de alijs. ¶ Cum ergo in nullo
alioꝝ intelligibilium requirat̃ talis p̃sentia: quare potius
hic. Et ita eadẽ facilitate cõtemnit̃: qua pꝛobat̃. Et mirum
videt̃ quomodo angelus q̃ distincte videt intellectũ alte-
rius angeli nõ videt oẽ intelligibile in illo intellectu viso
existens / stante generali influentia dei. ¶ Itẽ ex illo seq̃-
retur q̃ solus angel⁹ posset cognoscere suas cognitiones
q: soli sibi inherẽt: ⁊ ita nunq̃ alius posset eas videre: ⁊ per
cõsequẽs null⁹ alteri loqui: ⁊ sua secreta aperire: quod est
cõtra oẽs: q: nullus alius põt esse pꝛesens p̃sentia subiecti-
ua illis: cum idẽ accidẽs non possit in diuersis subiectari.
¶ P Et ad signũ quo intẽtum pꝛobare nitit̃ dicit̃ / q̃ si
illi hoĩes essent viatoꝛes: neuter cognosceret intuitiue co-
gitationes alterius. sicut nec intellectũ vel essentiã anime
alterius: quia intellect⁹ coꝛpoꝛi immersus ita alligat⁹ est
viribus sensitiuis / q̃ nullius extra se habere potest notici-
am sine phantasmatib⁹: vt patet. iij. de anima. Et ideo nul-
lius rei extra se noticiã intuitiuã habere potest: qđ sensus
intuitiue nõ cognouit. Propter qđ substãtiã rei intuitiue
nõ possum⁹ distincte cognoscere p̃ statu illo: sed nec actus
pꝛopꝛios cognoscere posset: nisi illos elicuisset p̃uijs phan-
tasmatibus ad eũ mouentibus. Cũ ergo nullũ phãtasma
mouens mediate vel immediate ad cognitionis formatio-
nẽ alterius hominis in potẽtia cognitiua illius p̃cessit: nõ
mirũ si ille cognitionẽ alterius intuitiue nõ videt: q̃uis sit
sibi pꝛesens. Secus de intellectu coꝛpoꝛi nõ immerso: qui
intelligibilia immediate sine ministerio sensuũ appꝛehen-
dit: non minus q̃ sensus sensibilia: q̃m potẽtia superioꝛ et
in cognoscẽdo est perfectioꝛ. ¶ Q Redeũdo nunc ad
p̃positã questionẽ dicendũ / q̃ sancti in patria qui de facto
in celis sunt: naturali cognitione pura vespertina: q̃ est co-
gnitio rerũ in pꝛopꝛio genere: nullas orationes nostrꝝ in
terra consistentiũ: neq̃ mentales: neq̃ vocales cognoscũt
p̃pter immoderatam distãtiam inter nos ⁊ ipsos. Nec eñ
qĩ impꝛopoꝛtionata / habet naturalẽ cognitionẽ intuitiuã
que est de rerũ existentia impedire. Et de hoc põt accipi il-
lud Aug. Esa. lxiij. in glo. interli. Abraã nesciuit nos: Moꝛ-
tui eñ sancti nesciũt quid agant viui. etiã ipsoꝝ filij. Acci-
pitur hec glo. de verbis Augustini in libꝛo de cura p̃ moꝛ-
tuis agenda: vbi dicit. Si tanti patriarche: quid ergo popu-
lũ ab eis pꝛocreatũ / ageretur ignoꝛauerũt: quomodo moꝛ-
tui viuoꝝ rebus atq̃ actibus cognoscẽdis adiuuandisq̃
miscẽtur. ¶ De cognitione autem matutina: an illa vide-
ant orationes nr̃as: nũc videndũ. Et dico p̃mo. Nõ est de
ratione beatitudinis essentialis: vt nostras oratiões: aut
alia facta nr̃a matutina cognitione videãt in verbo. Pꝛo-
batur: q: illud qđ nihil est obiecti beatifici: non est necesse
in beatitudine intueri. Sꝫ orationes nostre ⁊ q̃libet crea-
tura nõ sunt aliq̃d obiecti beatifici: igitur. Minoꝛ patet:
tribus. Secūdo q: hoc nō sufficiebat: addiderūt rationē/
ne iudaizarent. Tertio q: nec hoc sufficiebat: si dn̄s confe-
cisset in azymis: ausi sunt dicere/q̄ dn̄s ꝯficiebat de fermē
tato. Et q: euangeliste contrariū dicūt: ausi sunt blasphe-
mare q̄ euangeliste falsum dixerūt. ¶ Quare aūt eccl̄ia
romana non indistincte ex vtroq̄ pane/fermentato scʒ et
azymo conficit: sicut ex vino albo indifferēter ꝛ rubeo: rn̄-
det Alex. de ales parte. iiij. q. xxxij. mēbro. iij. Et si in vtroq̄
pane confici posset: nihilominus panis azymus magis cō
gruit cōsecrationi. Et hoc ratione multiplici: primo: ex de-
bito cōformationis corporis qd̄ est ecclesia: ipsi capiti chri
sto/quod de huiusmodi pane confecit. ¶ Secūda: expres
sio puritatis singularis sacramenti cū re cōtenta. Panis
enim azymus ratione qua est sine fermento: expressius re-
presentat puritatem singularē humane nature in christo:
que sicut azyma de fermentato sumpta est: sic sumpta est
de massa corruptionis sine oī corruptione peccati. ¶ Ter
tia ratio: Expressio simplicitatis singularis sacramenti cū
re contenta. Sicut enim in genere panis azymus est sim-
plicissimus: quia in minori substantia esse nō posset panis
sic christus in genere hominum simplicissimus: idest mini
me est diuisus. In ipso enim sunt omnes virtutes ꝛ dona:
ꝛ vniuersaliter omnia bona in medio indiuisibili: sicut lo-
quimur de medio virtutis: quod virtus apprehēdens pū-
ctualiter est perfectissima: ꝛ ab excessu ꝛ defectu: que vitiū
inducunt: remotissima. ¶ Quarta ratio. Insinuatio dili-
gentie adhibende: vt mēbra corporis christi mystici cōfor-
ment se in puritate cum corpore christi vero. Puritas em̄
azymi diligenti obseruātia preparat̄: ne extra mediū suū
deuiet. Sic sumentes azymā carnem christi se diligentissi-

me prepareret: vt in se custodiat mediū puritatis. vñ Ans. In lege/ vbi fere oia in figura fiebāt: preceptū fuit in pascha azymū panē comedere: vt ostēderet ꝙ christus: quem expectabant: purus et mūdus futur⁹ esset. Et nos ꝙ manducaturi eramus corpus eius: similiter esse moneremur puri ab omni fermento malicie et nequicie. Et he ratiões haberi possunt ex epistola beati Ansel. s. allegata dicētis: Apertissimum est quia melius sacrificatur de azymo ꝙ de fermētato. Tū quia valde apertius/ purius et diligētius fit: tum qꝛ dñs hoc fecit. Apertius dicit rōne expressionis singularis simplicitatis: qua conuenit sacramentum cū re. Purius rōne expssionis singularis puritatis. qua conuenit sacramentū cū re. Diligētius rōne insinuatiōis diligentie adhibēde ex parte mēbroꝝ/ vt se cōforment capiti. ℂ Sic ergo colligēdo summarie ꝙ dicta sunt: dr/ ꝙ conficere in azyma non est de necessitate sacramēti. Differentia harū necessitatū pꝫ. s. lec. j. Primū ostensum est: quia in fermentato si attentat fit cōsecratio. Scdm pꝫ: quia sic cōsecrans peccat faciens cōtra ritū et preceptū ecclesie. Vñ ex de celeb. missa. c. lr̄as. punit qui in fermētato cōsecrauit Et dicit Sco. in. iiij. dis. xi. q. vj. in fine. Forte grauiter peccāt etiā greci: qui se nō cōformāt ecclesie petri: maxime cū hic habet fundamentū solidū: qꝛ sic christus instituit hoc sacramentū celebrādū ad minus si nō necessario quin aliter fieri possit: tñ sic magis cōgrue celebrat. ℂ D Quātum ad tertiū soluēde sunt rōnes grecoꝝ. ℂ Ad primam qua arguit ꝙ dñs tertiadecima luna cum discipulis cenauit: cōcedit ꝙ cena facta est die immediate pcedente diem passionis: sed negat ꝙ illa fuerit tertiadecima luna: sed vt visum est: fuerat facta decimaquarta luna. Ad probationē negetur ꝙ domin⁹ passus sit decimaquarta luna: sed passus est decimaquita luna. Et ad probationē dr ꝙ veritas correspondebit figure. ℂ Ad cui⁹ intellectū notandū sm Alex. ꝙ circa agnū typicū duo fiebāt/ scꝫ imolatio et comestio. Quantū ad comestionē/ vmbra rn̄dit veritati: et figura rei: qꝛ decimaquarta luna/ scꝫ in cena comedebatur agnus typic⁹ et agnus verus. Nā facta cena de agno paschali dedit dñs discipulis agnū verū/ scꝫ corp⁹ suū: similr immolatio rn̄dit immolationi. Immolatio em̄ figuralis agni facta est luna decimaq̄rta: et imolatio veri agni similiter luna. xiiij. ichoata est: qꝛ post cenā nocte iouis. xiiij. luna incepit passio christi: qñ fact⁹ est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Luc. xxij. Itez nocte illa fuerat captus/ ligatus/ consputus/ colaphis ⁊ alapis cesus. Marci. xiiij. Sic ergo nocte illa inchoata fuit imolatio: et die sequenti cōsummata: et sic figure veritas respōdebat. Vñ glo. sup illud Luce. xxij. Venit autē dies azymorū: dic. Licet sequenti die. i. decimaquinta luna sit crucifixus: hic tñ nocte qua agnus imolabat: et carnis sanguinisqꝫ suis discipulis sacra celebrāda tradidit: et a iudeis tentus et ligatus ipsi⁹ immolationis. i. passiōis sue sacrauit exordiū. ℂ Aliter potest dici sm veritatē legis qua dies currebat a vespera in vesperum: vt dr Leui. xxiij. A vespera vsqꝫ ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Et de festo pasche hoc plane determinatum est: vnde Exod. xij. habet. Primo mēse decimaq̄rta die mēsis ad vesperā comedetis azyma vsqꝫ ad. xxj. eiusdē mēsis ad vesperā. Cū ergo vesperū. xiiij. diei/ quo immolabat agnus: fuit pars sequentis diei: eodem die verus agnus immolatus est quo agnus typicus. ℂ I Et si obijcit. Ante resurrectionē dñi dies precessit noctē sm magistrū in histo. In nocte aūt resurrectionis terminat⁹ ordo naturaliū/ ꝙ est vt dies precederet noctem: deinde creator temporū fecit vt nox precederet diē. Rn̄detur ꝙ ille ordo: quo dies noctē precessit: fuit sm cursum cōem temporꝫ: nihilomin⁹ speciali rōne ordinatū fuit in lege/ ꝙ in solēnitatib⁹ nox pcederet diē: ⁊ currerēt dies solēnes a vespera in vesperam. Cui⁹ ratio fuit: qꝛ ille solēnitates fuerūt figure solennitatū temporis gratie: in quibus hmōi ordo seruat: et maxime solennitatū patrie: que sequūtur ad noctē tribulationis vie. ℂ L Ad secundū similiter ⁊ ad tertiū respondet per distinctionem hui⁹ nominis pascha. vñ sm Inno. ⁊ Alex. nomen pascha multipliciter accipit: ⁊ equiuocatione huius nois greci decepti sunt. Accipit em̄ qñqꝫ pro hora immolationis agni typici: vñ Luc. xxij. Appropinquabat dies festus azymoꝝ qui dr pascha. glo. Pascha dr solus dies in quo agnus occidebatur ad vesperū. i. decimaquarta luna primi mensis. Qñqꝫ accipitur pro agno paschali typico: vnde Luce vbi. s. Venit autem dies azymorū: in qua necesse erat occidi pascha. Qñqꝫ accipit pro vero agno paschali ꝙ est christ⁹ domin⁹. j. Cor. v. Etenim pascha nostrū immolat⁹ est christ⁹. Qñqꝫ p die festo azymoꝝ: ꝙ fuit quintadecima post equinoctiū vernale. Ioh. xiij. Ante diem festum pasche sciens iesus. Qñqꝫ accipit pro cibis paschalib⁹/ panib⁹ scilicet azymis qb⁹ vescebant tempore paschali. de quo Exod. xij. Primo mense. xiiij. die mensis ad vesperā comedetis azyma/ vsqꝫ ad. xxj. eiusdem mensis ad vesperā. ⁊ sic accipit Ioh. xviij. Non introierūt pretoriū: ne contaminarent: sed manducarent pascha. ℂ Per hoc patet ad argumenta ꝙ beatus iohannes cū dixit. Ante diem festū pasche. accepit pascha pro prima die azymorū que fuit. xv. luna mensis primi. Et hoc innuit cū dicit: ante diem festū. Differt em̄ dicere sm Alex. diem pasche/ ⁊ diem festū pasche: nec sunt idē vt patet ex lege. Dies enim pasche est decimaquarta luna: dies fest⁹ pasche quintadecima luna: vnde Leuitici. xxiij. Mēse decimo. xiiij. die ad vesperū phase domini est. i. pascha: ⁊ decimaquinta die mensis hui⁹ solēnitas azymorū domini est. ⁊ ita ante diem solennē pasche ꝙ fuit luna. xv. facta fuit cena domini. i. xiiij. luna ad vesperā: et ita non est pro grecis: sed magis contra eos. In illa aūt aucto. Ioh. xviij. vbi dr. Vt manducaret pascha. accipit pascha pro azymis panib⁹: vt dictū est: quos comedebāt septem dieb⁹. ℂ Et per hoc ad illud qd̄ addit. Nō in die festo ⁊c. Dicit ꝙ causa hui⁹ dicti ⁊ dispositionis iudeorū addit: ne forte tumult⁹ fieret in populo. Nō enim propter festi reuerentiā/ dispo suerant crucifixionem differre: sed ne tumult⁹ fieret in populo: ꝙ in maxima copia ad festū illud confluxerat. Et ita ne de manib⁹ eorū raperet. Ideo nacta opportunitate: et submota causa tumult⁹ populi/ iuda se offerente ad tradēdum illū: sine tumultu fecerūt contrariū/ mutātes ppositum: ⁊ hoc diuina dispositione: vt veritas corresponderet figure: qꝛ q̄ntadecima luna eduxerat ppl̄m hebreorum de egypto: ⁊ eodem die mors christi eduxit ppl̄m suū de tenebris peti: vt Inno. Porro dispositio sacerdotū ꝯtra dispositionem dei preualere nō poterat: ꝙ disposuerat vt verus agn⁹ in dieb⁹ paschalib⁹ imolaret. ℂ L Ad quartuꝫ de sanctis mulierib⁹ vnguenta post dñi sepulturā preparantib⁹: dr ab aliquib⁹ ꝙ prima die azymoꝝ/ scꝫ die passionis dñi ꝙ solēnis erat: interdicta fuere opera seruilia vt Leui. xxiij. Prim⁹ dies erit vobis celeberrim⁹: omne opus seruile in eo nō facietis. Hmōi aūt vnguēti pparatio ꝙ cōgruebat defunctis: qꝛ fuit opus misericordie: nō reputabat inter seruilia: ⁊ ita per hoc qd̄ dicebat Exo. xij. Nihil operis facietis in eis exceptis his ꝙ ad vescendū ptinēt: nō excludebat qñ opera spūalia fieri poterāt: q̄le fuit opus mulierum. Dicūt igit ꝙ mulieres sancte ab hora qua viderant christū positū in monumento: sicut dr Luce. xxiij. vsqꝫ ad vesperū eiusdē diei/ ppārauerūt vnguēta ꝙ habebāt: ⁊ ad vesperū a preparatione ꝗeuerūt sm legē ppter sabbatū: de ꝙ preceptū fuerat in lege/ ꝙ a vespera celebrarent vsqꝫ ad vesperā sine aliquo opere: tūc em̄ nō licebat preparare que ad cibū erant necessaria. Illa etiā dies sabbati inter oia sabbata celeberrima erat: ⁊ ppter pascha/ et propter sabbatū. Licuit ergo ppārare vnguenta luna. xv. qꝛ h fuit opus misericordie: ⁊ ideo nō seruile. ℂ Sed contrariū videtur Marci. xvj. Cū transisset sabbatum: maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerūt aromata/ vt venientes vngerent iesum: igitur die veneris dominice passiōis non parauerunt aromata: quia nondum fuerant empta. ℂ Solutio sm glo. Emerunt/ idest empta parauerunt:

qd̄ enim residuū fuerat nō paratū: die veneris parauerūt dum transisset sabbatū. Uel aliter/iudei multos sumptus facere solebant circa funera. Nam ⁊ nicodemus: qui venerat ad iesum nocte primū venit ferens mixturam myrrhe et aloes quasi libras centum. Joh. xix. Ecce sumptus magnus. Mulieres igit̄ videntes non sufficere vnguenta q̄ parauerant die veneris: post sabbatū plura emerūt: ⁊ illa parauerunt vt dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici ꝙ mulieres ille iam instructe in fide christi nō curabant hmōi legalia obseruare. vn̄ Inno. ꝙ autē mulieres in die pasche dicūtur vnguenta parasse non obest: q: non erant sub lr̄a: sed sub gratia. ¶ Uerū huic videt̄ contrariū qd̄ Lucas dicit. Et sabbato quidē siluerunt ꝑpter mandatum: ex quo patet ꝙ legis mandata seruabant. ¶ M Ideo adhuc aliter dici pōt/ꝙ ille mulieres cognoscentes christi mortē futurā: ante mortē ei⁹ parauerūt necessaria ad condendū corpus eius. vn̄ Inno. Mulieres reuertentes fm̄ Lucā/ portauerūt vnguentū ⁊ aromata: q̄ ante lōge parauerūt: q: frequenter audierāt dn̄m moriturū. Nōne magdalena iam parasse videt̄ per inspirationē preoccupasse ministeriū inunctionis: teste veritate q̄ dicit. Mittēs hoc vnguētum hec in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Et iterum Sinite illā vt in die sepulture mee seruet illud. Sic vnguētum qd̄ prius inceperat: cōsummauit. ¶ Posset adhuc dici ꝙ reuertentes mulieres a monumento ⁊ sepultura/ parauerūt aromata/non statim protūc: q: nullū vel minimū tēpus videt̄ fluxisse inter horā sepulture ⁊ vesperā sabbati qua incepit solēnitas sabbati. Nam sero deposit⁹ est dominus de cruce: vt dicit Mat. xxvij. Et ꝑpter parasceuen iudeorum in monumēto horti qd̄ ꝑpe erat: posuerūt iesum: vt dicit Joh. xix. c. ⁊ Luc. xxiij. Parasceue erat ⁊ sabbatum illucescebat. i. vespera qua incepit solennitas sabbati: fm̄ illud Leui. xxiij. A vespera in vesperā celebrabitis sabbata vestra. Sed mīsacto sabbato: quo siluerunt: ⁊ finem habuit in fine sequētis diei: tūc quidē emerūt aromata que defuerunt: vt dicit Marcus. Dū transisset sabbatū ⁊c. emerunt aromata vt venientes vngerēt iesum. Uenientes non statim tunc ꝑpter noctē de primo imminentē: sed expectabāt mane sequētis diei: que fuit prima sabbati. i. prima post sabbatū: ideo sequ[illegible] in Marco. Et valde mane vna sabbatorum/veniunt a[d] monumentū orto iam sole. ¶ N Ad quintū de glo. Luce. xxij. q̄ dicit/ꝙ sola dies manducationis agni dicat̄ pascha: ⁊ alij dies azymorum. Dicendum ꝙ glo. ponit differētiā inter illā dictionē pascha in vna significatione tm̄: fm̄ quā accipit̄ in illo textu quē ibi exponit. Preter autem illā etiā ⁊ aliter accipit̄ vt dictū est. Quod autē ex illo infertur ꝙ christus in fermentato cōfecit: illud nō sequit̄: etiā si verū esset qd̄ greci ꝑbare laborant: scʒ ꝙ christus tēpus manducandi agnū paschalē preuenisset: ⁊ [c]ū discipulis luna terciadecima cenasset. Qm̄ si ita preuenisset diē legitimū comedere pascha: sciēs qd̄ futurū erat eum: vtiqȝ ꝑuenisset comedere agnū fm̄ cerimonias ⁊ [c]ōstitutionē legis: q̄ precepit ꝙ non nisi cum azymis con[ederetur]: ⁊ sicut preuenisset comedere agnum: ita et preue[nisset co]medere azymū. Et discipuli qui preparauerūt pas[cha: prep]arassent ⁊ azyma: ⁊ ita ex hoc greci intentū suum [probare non] possent: scʒ ꝙ christus in fermentato cōfecisset. [Falsum] est antecedēs/ꝙ cena facta sit luna terciadecima [Ad] sextū quo arguitur ex significatione fermentati/ [q] magis cōgruit sacro q̄ azyma: d̄: Et si fermē[tum si]t fm̄ glo. allegatā qd̄ melius est in christo/ scʒ [dilecti]on tm̄ in ꝑpria et expssa similitudine christū ex [quo] solus christus charitatē habuit: licʒ sol⁹ sum[ma]: tamē appropriate non significat fermentum. [Si]gnificat puritatē singularē christi solius/ scʒ [carnis] sumptā sine omni corruptione infectionis: [q]uāuis grecis dicētibus/ꝙ fermentū significat [tumorem v]irginalis et vinculū v[n]ionis: dicit. Nāʒ etsi [signific]at tumorē vteri virginalis: et vinculū vnio[nis]: religiosi⁹ illud azyma īsinuat/ꝙ fm̄ apo[stolū] christus de massa peccatrice corpus sine petō suscepit tanq̄ de fermēto susceperit azymū. Et vt inter christum et ꝑplm̄ malicie et nequicie nihil fit: sic inter frumentū et aquā in azymo nil veteris masse vel aduene corruptionis interuenit: nā p frumentū christ⁹: per aquā ꝑpls designat̄ fm̄ illud. Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit ipm̄ solū manet. Joh. xij. Et illud. Beati q̄ seminatis sup oēs aquas. Esa. xxxij. glo. i. corda gentium emollita. Aqua sine fermēto mixta frumēto designat populū sine peccato christo coniūctum: q̄ꝙ illud soleat designare ꝙ sicut azymus panis de pura massa sine fermento conficitur: ita corpus christi de illibata virgine sine crimine est conceptum. Sunt ⁊ alie congruentie supra tacte. ¶ O Ad septimū breuiter dicit̄/ꝙ dn̄s nolens nos iudaizare/nō hoc quasi ex lege retinuit: sed de nouo instituit: sicut et de baptismo in aqua constituto. Judei aqua lustrabant̄: ⁊ nos aqua lustramur: non autem ex legis ordinatione: sed ex christi dn̄i nostri institutione. De hoc statim infra. ¶ Ad octauū d̄: ꝙ adueniente veritate cessare debet figura sub rōne figure. Pōt tm̄ manere materia figure: nō vt figura veritatis venture significatiua: ⁊ ita cessauit esus agni paschalis: cessauit ⁊ panis azymus in ea significatione qua instituta sunt in lege: q̄uis adhuc paschali tempore agnellos manducamus: ⁊ nōnunq̄ panes azymos: nec tm̄ hec faciētes iudaizamus. vnde beatus Ansel. Facere aliq̄d qd̄ fiebat fm̄ legem: non est iudaizare: nisi fiat intentio [l]ege adimplendi legē: vt q̄ ex ifirmitate circūcidi se faceret: nō vt ritū legis obseruaret: nō iudaizaret. Qd̄ autem aiūt nos iudaizare ait Ansel. nō est verū: q: nō sacrificam⁹ de azymo vt legem veterē seruem⁹: sed vt diligentius fiat: ⁊ vt dn̄m qui hoc non iudaizando fecit: imitemur. Cum enim facim⁹ aliquid qd̄ vt iudaismū seruarēt faciebāt: nō iudaizam⁹: q: nō ꝑpter iudaismū: sʒ aliā causam hoc facim⁹. Si em̄ i dieb⁹ pasche azymū panem aliq̄s comedit: siue q: non habet aliū: siue quia magis illo delectat̄ q̄ fermentato: aut si q̄s propter infirmitatem preputiū circumcidere cogit̄. Aut si boui suo trituranti quis: ne esuriat: os non alligat: nullus nisi insipiens/hoc agentē iudaizare iudicabit. Cū ergo nos panē azymū sacrificam⁹: nō vt per azymū tanq̄ per figurā dn̄m iesum futurū esse significam⁹: sed vt ipsum panem in corpus ei⁹ diuina cooperāte virtute sanctificem⁹: nequaq̄ in hoc legis vetustatē obseruam⁹: sed euāgelij veritatē celebram⁹. Itē simili rōne nec ipsi deberēt cōficere in fermēto: q: preceptū fuit in lege Leui. xxiij. ꝙ offerrēt panes primitiarū fermētatos. vn̄ Inno. Si propter hoc repudiandum est azymū: quia lex illud admisit: pari rōne repudiabitur fermentatum: quia lex ait. Offerēt panes fermentatos cū hostia gratiarū: q̄ immolat̄ pro pacificis. Leui. vij. ¶ P Ad nonū de eo ꝙ littera occidit. d̄: Uerum est si seruat̄ qd̄ vete. testa. lr̄a ꝑcipit vt ꝑcepti legis: ⁊ hoc quantū ad sacrificia cerimonialia ⁊ figuralia. Secus si tanq̄ de nouo per legē grē statuta sint assumpta: vt. s̄. dictum est. Uerum argumentū hoc beatus Ansel. retorquet in grecos dicēs. Sic vos conficitis de fermētato: q: d̄: a ꝑpheta scʒ Amos. iiij. Offerte mane victimas vestras trib⁹ dieb⁹ decimas vestras: ⁊ sacrificate de fermentato laudē. Aut h̄ dicit ꝑpheta approbando vel reprobādo. Si reprobādo: igitur ex hoc nō debetis autoritatē assumere cōficiendi in fermentato. Si approbādo: ⁊ vos seruatis hoc ad litterā ⁊ littera occidit: ergo vos subiacetis illi damnationi qua damnatis vos. ¶ Ad decimū quod obijciunt de nomine archon: respondet Alexā. ꝙ nomen archon aliquando accipitur pro fermentato. Aliquando pro pane azymo: nam Exod. xxix. dicitur. Archos azymos. similiter Nume. vi. vbi nos habemus canistrum panum azymorū: ipsi habent archos refertos oleo. Aliquando accipitur pro fermētato ⁊ azymo cōmuniter: vnde ratio illorū nō valet. Patet itaqȝ ex dictis veritas nostri textus/quantum ad tempus cene designatum: cum dicit. Qui pridie q̄ pateretur.

¶ Lectio. xxxv.

Accepit panē in san-
ctas ac venerabiles manus suas. ¶ Hec est
secūda particula p̄me partis subdiuisionis
principalis partis quarte totius canonis: in
qua tangitur ineffabilis transsubstantiationis terminus
a quo/siue materia. Unde d͛: Accepit/scʒ christus. Volēs
etenim animas nostras reficere cibo sp̄uali animo cōgru-
enti: per nil aliud id facere statuit/q̄ per carnē propriam
et sanguinem eius naturalē: vt nulla esset natio tam gran
dis que haberet deū iam ꝓpinquū sibi/q̄ nobis summa
et excellentissima diuinitas adest: in eo q̄ corp͛ suū: cui in-
separabiliter et ineffabiliter vnita est: nobis tradere dispo
suit in cibū et sanguinē in potū. Hoc vt pficeret: accepit pa
nem in sanctas. i. sanctificātes / ac venerabiles man͛ suas
propter vnitā manib͛ deitatē: ꝓpter quā summa venera-
tione sunt adorabiles: scʒ theosebia que est latrie cultus
vt tactu sanctarū et diuinarū manuū suarū pane materia
li vim sacramēti cōferret. Hoc est ipsum in materiā huius
viuifici sacramēti deputaret ac ordinaret: quatenus omni
tempore in verū corpus christi trāssubstantiari posset. Si
cut enim tactu mundissime sue carnis (s̄m Bedam) vim
regeneratiuā cōtulit aquis: ita et acceptione panis invene
rabiles sanctasq̄ manus suas / vim pani tribuit: vt ex eo
tanq̄ congrua materia corpus suum confici possit. Et hoc
significatum est Joh. vi. vbi dñs panes quinq̄ quibus re
fecturus erat turbas: in manus suas accepit et benedixit
priusq̄ turbis distribuendos discipulis dedit. De his ma-
nibus dicit Can. v. Manus eius tornatiles/auree/plene
hyacinthis. Tornatiles dicuntur: q: in oēm operationem
mobiles et volubiles. Auree/q: in oibus eoꝝ operationi-
bus splendet virt͛ deitatis. Plene hyacinthis: q̄ lapis est
celestis virtutis et coloris: q: in oibus opationibus celestē
indicat vitam et intentionē. ¶ B Cū ergo hac acceptio
ne panis in manus sanctas ac venerabiles christi/panis
accepit vim essendi materia hui͛ sacramenti: tractandum
est de hui͛ sacramēti materia. Ubi primo videndū est que
sit huius sacramēti materia. Scđo de eius congruitate ac
institutionis causa. ¶ Quoad primū est omniū catholico
rum doctorū concors snia: q̄ hui͛ sacramenti materia sim
pliciter necessaria panis est et vinū. De hoc Alexander pa-
pa: et in cōcilio carthaginensi: vt habet͛ de cōse. dist. ii. c. In
sacramento. Statutū est: imo christi institutio cōmemora
ta est/q̄ in sacramēto corporis et sanguinis dñi/nihil am-
plius offerat͛/q̄ qđ ipse dñs tradidit: hoc est panis et vinū
aqua permixtū. Qđ dicitur aqua ꝑmixtum/congruitatis est
nō necessitatis. Ideo statim sequit͛. Nec amplius in sacri-
ficijs offerat͛/q̄ de vuis et frumētis. Uerū de aqua cur vi-
no admisceat͛ infra videbit͛. Itē eadē dist. c. cum omne. Ju-
lius papa reprobat errorē eorū qui pro vino usi sunt lac
apponere. Ūn ait. Cū em̄ magister veritatis/verū salutis
nostre sacramentū suis cōmendaret discipulis: nulli lac:
sed panē tantū et calicē sub hoc sacramento cognoscimus
dedisse. Et seqͥt͛. Cesset ergo lac in sacrificando offerri:
q: manifestū est/et euidens exēplū euāgelice veritatis illu
xit/q̄ preter panē et vinū aliud offerri non licet. ¶ Ex quo
sequitur q̄ nō est conueniens materia hui͛ sacramēti fari
na aqua elemētari coagulata: neq̄ pasta: quia materia hu
ius sacramenti est panis: non autem pasta hmōi d͛ panis
Et q̄uis ꝓbabile sit pastā et panē nō differre specie essen
tiali: quia per decoctionē paste ab igne non fit vt videtur
nisi extractio humoris aquei cōmixti cū partibus farine:
que mixtio est per solā iuxtapositionē partiū humoris et
farine. Hec autē separatio humoris nō mutat speciem: q:
per ipsam nihil tollitur pertinēs ad rei essentiā: sicut et ta-
lis commixtio speciē non variat: quia non est ibi vera cōpo
sitio: nec constitutio alicuius vnius ex his que adinuicem
miscētur: sed quodlibet remanet in natura propria ab alio
distinctū. Et q̄q̄ ita esse sit probabile: non tamen de pasta
potest confici: quia instituit christus panē vsualē pro ma-
teria huius sacramēti: quia talis cōmuniter consueuit no-
bis esse sacramentū/propter cōgruentias infra assignan-
das. ¶ Sed occurrit triplex dubiū. Primū vtrum omnis
panis s̄m substantiā sit apta cōsecrationis materia. Secū
dum/vtrum omnis panis s̄m quantitatem. Tertium/an
omnis s̄m qualitatē. ¶ C De primo dubio/vtrum om-
nis panis cuiuscūq̄ substantie: siue de spelta: siue de siligi
ne: an solus triticeus sit cōsecrabilis: est multorum docto-
rum sententia/q̄ solus panis triticeus est materia apta hu-
ius sacramēti: ita q̄ si in pane speltiteo vel siligineo atten
taretur: nihil fieret. Cuius causam precipuā dicūt diuinā
institutionē. Hanc autē institutionē cōuincunt ex cōpara-
tione christi/qua se grano frumenti cōparauit. Frumenti
dicunt. i. tritici: quia granum tritici nobilissimum est: qđ q:
inter cetera grana plus habet de medulla: per antonomi-
sam granum frumēti appellatur. Unde asserunt christum
in pane ex tali grano/cui se comparauerat: sui corporis in-
stituisse sacramentū. Apostolos quoq̄ in tali pane ꝯsecra-
tionē frequentasse: et illius panis vsum ecclesie reliquisse.
¶ Pro ista opi. et sentētia allegat͛ beatus Augu. super il-
lud Joh. xii. Nisi granū frumēti cadens in terram mortuū
fuerit: ipsum solū manet. Cū sint multa grana frugū: nul-
li se cōparat nisi illi/scʒ grano frumenti. Ūn mos cepit ec-
clesie de illo solo grano conficere corpus dñi. Hui͛ opinio
nis videtur esse sanctus Tho. doctor subtilis. Durandus
Gerson et plerīq̄ alij. et Alex. de ales parte. iiij. q. xxxij. dicit
Sunt autem plura alia grana tritici habentia solūmodo
differentias accidētales: vt forte spelta et candith: de qui-
bus conficilicet: et cōficitur in quibusdā terris. Cui consen
tit Durandus credens ꝓbabiliter inter speltā et triticum
solū esse differentiā accidentalē contra sanctū Thomā: cu-
ius ꝓbabilitas ex cōmuni dicto vulgari accipit͛: quo dicit͛
q̄ in quibusdam partib͛ seminato tritico in certos agros
nascit͛ spelta: quod videtur argumentū idētitatis s̄m spe
ciē: quia ex granis et seminib͛ generant͛ vt frequenter sibi
s̄m speciē. Deducit͛ etiam hec idētitas specifica ex similitu
dine accidentium propriorū et communiū spelte et tritici.
Multū siqdem approxpinquant quoad quantitatē/figu-
ram et colorē/et quoad alia: que etiā q̄uis remote: indicāt
tñ diuersitatē et identitatē in forma specifica. ¶ Dñs Al-
bertus dicit in quarto/q̄ q̄uis spelta sit alterius speciei a
tritico: est tñ panis de spelta materia apta et vere consecra
bilis. Et h̄ q: spelta est spēs frumenti. Addit q̄ si christus
vsus est pane triticeo: tñ in tali vsu videt͛ dedisse virtutem
generi s̄m oēm suā speciē. ¶ Sed illud dicit Durandus:
nō videt͛ bene dictū: q: in certis sacramentis illud qđ assu
mit͛ pro materia sicut est vnū noie: ita est vnū specie: sicut
patet de aqua baptismi/et oleo extreme vnctionis. Nō em̄
nisi in aqua elemētari materia est baptismi: et non nisi ole-
um oliue/materia vnctionis: non oleum nucum/aut semi
nis raparum: oportet ergo q̄ panis qui est materia huius
sacramenti. sit idem s̄m speciem: nec sufficit identitas s̄
genus. ¶ Thomas de argentina dicit. Uellem q̄ in [illegible]
puncto/et in q̄buslibet alijs in quib͛ tractat͛ de his q̄ [illegible]
cessitatē pertinēt sacramētorū: sine quib͛ nō parat͛ [illegible]
tas in sacramētis: doc. nunq̄ sibi cōtradicerēt: et si [illegible]
fieri cōtingeret/q̄ ecclia romana ꝑ determinati[illegible]
mediū adhiberet. Huic addit duo dicta. Primū
est q̄ sacerdos in sua cōsecratione vtatur pane
oēs doctores christiani fatent͛ talē panē conuer[illegible]
dñi/ꝓlatis certis verbis a ministro idoneo. ¶ [illegible]
magni doctores et solēnes negāt panē speltice[illegible]
sti corpus cōuerti. Scđm dictū est/q̄ nō ꝓbat͛
per alios ista negatiua: q̄ panis speltiteus n[illegible]
bilis. ¶ Ad cui͛ intellectū sciēdū fore dicit[illegible]
lib. xvij. ethymo. c. iij. frumētum est in pluseq̄ tri[illegible]
Isido. Frumenta que aristas habent: reliq[illegible]
aristas nō habēt: fruges appellant͛. Ideoq̄ [illegible]
siligines/et multa similia de genere esse fr[illegible]
q̄ aristas habēt: immo ipsum triticum ge[illegible]

multas habens spẽs. vñ dicit: Siligo gen⁹ tritici a selecto
dictũ: nã in pane spẽs ei⁹ precipua est. Et de ordeo trimen
si dicit: Trimense triticũ ideo nũcupatũ: q: satũ post tres
menses colligit. ¶ D Cũ igit neq; ex fide: neq; ex sacra
scriptura: neq; ex statuto eccłie in decreto aut decretalib⁹
ꝯtento: neq; ex originalib⁹ sctõꝝ doctoꝝ haberi possit/ ꝙ
solus panis triticeus sit materia cõsecrabilis: non probat
sufficienter hec negatiua/ ꝙ panis de spelta non sit conse
crabilis. Vñ de sum. tri. ⁊ fi. ca. vbi fit mentio specialis de
hoc venerabili sacramẽto: nõ fit limitatio materie ad pa/
nem triticeũ. Silr in ca. cũ marthe. de cele. missa. hec arta
tio nõ ponit: vbi singulariter de hoc sacro ꝑtractat. Neq;
in decretis de cõse. dis. ij. limitatio ad panem triticeũ repe
ritur: vbi ratio diffuse de hoc sacro agit: vt patet etiã in ca.
supra allegatis. Silr ex euãgelijs aliud haberi nõ põt: q:
nullibi habet determinatior locutio de materia hui⁹ sacra
menti: ꝙ qđ dicit. Accepit iesus panem. Non aũt videtur
quin panis sit vniuocũ ad oẽm panem vsualem: siue sit de
tritico/ spelta/ siligine vel ordeo. Sicut ⁊ frumentũ vniuo
cũ esse videt ad triticũ/ speltã/ siligine ⁊ ordeũ: ꝙuis hec
sese excedant in ꝑfectione: sicut homo/ asin⁹/ leo: de quib⁹
vniuoce đ: aial. Ex quo videt cõcludi/ ꝙ nõ valet dictum
quorũdã dicentiũ/ ꝙ frumentũ qñ ꝑ se stat: ponit pro suo
significato famosiori siue digniori qđ est triticũ: q: illa re/
gula habet veritatẽ tñ in analogis: que sunt vere equiuo
ca: nõ in vniuocis. Nunc aũt frumentũ nõ est analogũ: q:
nec equiuocũ ad triticũ/ speltã/ siliginem ⁊c. ꝙuis sit ana/
logia quedã ꝑfectionis inter significata sua: sicut genera/
liter in significatis ꝑ quodcũq; gen⁹. Genus siquidẽ plu/
res sub se cõtinet spẽs ꝑfectione differentes: cũ nulle due
species sint eiusdẽ ꝑfectionis: q: habent se vt numeri. viij.
metaphysice. Nec tñ ꝓpter hoc genus ꝑ se positũ/ stat pro
specie ꝑfectiori: vt patet de aial/ lapis/ viuũ ⁊c. Nõ eñi se/
quit: est aial: ergo est homo. Nec sequit: nõ est homo: ergo
nõ est aial. Quo sequeret in analogis: est homo: ergo est
homo viuus. Et sequit: nõ est hõ viuus: ergo nõ est homo
immo sequit/ est homo pictus: ergo nõ est hõ. Sic in ꝓpo/
sito nõ sequit: hoc est frumentũ: ergo est triticũ. Nec sequi
tur hoc nõ est triticũ: siue hoc est spelta: ergo nõ est frumẽ/
tũ: cũ vt dictũ est: frumentũ vniuoce dicat de oibus habẽ
tibus aristas etiã apud vulgũ. ¶ E Videt igitur suffi/
cere ad hoc qđ aliquid sit materia apta consecrationis: ꝙ
sit panis: dũ tamen sit de granis aristarũ. Hinc panis co/
ctus de fabis/ pisis/ lentib⁹/ vel alio legumine nõ habens/
te aristas/ nõ est cõsecrabilis. Hinc de cõse. dist. ij. in. c. in sa
cramẽto. s. allegato habet. Nec amplius in sacrificijs offe
ratur: ꝙ de vuis ⁊ frumentis. Pro illo facit ꝙ apparatus
illius decreti nõ excludit ab hoc benedicto sacro aliqđ ve/
rũ frumentũ: sed dũtaxat piper ⁊ loliũ. ¶ Ad hoc põt ra/
tio adduci. Sancta mater eccłia satagẽs filios suos in ho/
norem sui sponsi educare: vbi cõspicit occasionẽ ruine vel
deuiationis: monitis salutarib⁹ ⁊ statutis solicita est ob/
uiare: ⁊ vbi maius periculũ imminet: ꝓuidet vigilantius
Multa aũt statuta edidit circa hoc sacramentũ venerabi
le: puta ꝙ sacerdos sit ieiun⁹: ꝙ certis et benedictis vtat
vestib⁹: ꝙ nõ celebret nisi in loco cõsecrato nõ interdicto:
ꝙ nõ nisi in altari lapideo chrismatis vnctiõe benedicto:
non nisi tpe certo: nec sine igne ⁊ ministro. Et circa sacrm
sanguinis multa sunt statuta: ꝙ scʒ vino aqua apponat:
ꝙ nõ in calice ligneo/ vitreo aut cupreo celebret. aut cõse/
cratus simul sumat: ⁊ cetera multa: quoꝝ tamen nullũ est
de veritate ac necessitate sacramẽti/ quin sine quolibet ho
rũ: immo sine oib⁹ simul sacerdos de facto si attentaret cõ
secrare: vere cõficeret: q: tamen illa cõferũt ad reuerentiã
⁊ honorem christi ⁊ deuotionẽ ppłi: siue ad quasdã signifi
cationes mysticas: placuit eccłie ea oia in cõsecratiõe tam
digni ac ineffabilis sacramenti obseruare: sed si materia
cõsecrationis corporis christi est solus panis triticeus: lõ/
ge maius periculũ esset ipm nõ assumere: ꝙ in cõsecratio/
ne sanguinis vti vino aqua nõ permixto: aut pretermitte
re quodlibet predictoꝝ. Quoniã ꝑ assumptionem panis
nõ triticei/ omitteret aliquid essentiale: ac qđ foret de ne/
cessitate sacramenti: quo frustraret totus effectus conse/
cratiõis: q: nihil fieret/ eo ꝙ deficeret debita materia. In
alijs aũt tñ omitteret aliquid requisitũ de bene esse sacra
menti vel cõsecrantis: ⁊ tamen nullibi reperit ecclesiã pre
cepisse vt solus panis triticeus ad corporis christi ꝯsecra/
tionem assumat: ⁊ ecclesia ꝓuida circa minus necessaria
negligens esset circa necessaria: ⁊ prohiberet scyllã/ ⁊ re/
linqueret carybdim: qđ de ecclesia sponsa christi: q̃ sponsi
sui spiritu regit: nefas est cogitare. Maxime etiã cũ ante
multos annorũ centenarios hoc ipm apud catholicos do
ctores solennes versum est in dubiũ: vt patet de Alberto
magno ⁊ sequacib⁹ suis. ¶ F Videt igitur probabile ꝙ
panis vsualis de frumento cõfectus/ siue sit de spelta/ vel
de alio frumento/ sit apta materia ꝯsecrationis. Nihil eñi
plus cõuincitur ex euangelijs: nisi ꝙ christus accepit pa/
nem. Neq; aliquis sanctorũ doctorũ ex originalib⁹ deter/
minatius locutus est. Unde nõ videtur tutũ ac securum
quẽcũq; scholasticũ doctorem etiã acerrimi ingenij ac pro/
funde scientie diffinire hanc negatiuam: ⁊ determinare ꝙ
panis de spelta/ aut alio vero frumento/ nõ est apta mate/
ria cõsecrationis: cum vt dictũ est: ad hoc nõ habeat eui/
dens canonis autoritas: nec diuina reuelatio: nec cogẽs
ratio: nec ecclesie determinatio. ¶ Deniq; periculosum vi/
detur: vt in simili arguit doctor subtilis in primo dis. xvi.
periculosum inquã est articulũ fidei limitare vel restringe
re ad certũ intellectũ specialem: dũ saluari põt in generali.
Hic eñi faceret a fide apostatare: cũ aliqđ in hoc sensu cre
dendũ ꝓponeret: vbi sine repugnantia scripture rõnis et
autoritatis in alio sane intelligi posset. Hoc preterea esset
credibile: certũ ponere in dubiũ ⁊ incertitudinẽ. Non eñi
certũ est qđ ex incerto dependet: hoc aũt in ꝓposito fieret.
Certũ quidẽ est ex scriptura sacra/ ꝙ christus cõsecrãs cor/
pus suũ/ accepit panẽ: qm̃ hoc euangeliste scribũt. Dicere
aũt ꝙ hoc nõ saluat nisi in isto sensu particulari ꝙ accepit
panẽ triticeũ: ⁊ illũ ꝑ hoc tanq̃ materiã cõsecratiõis insti
tuit: est trahere certũ ad dubiũ: q: ille particularis sensus
(vt dictum est) ex nullo autentico põt deduci. ¶ Difficile
quidẽ est ⁊ forte impossibile christũ vsum fuisse in cõsecra/
tione pane triticeo. Hoc tñ posito adhuc certũ nõ est/ neq;
euidens/ christũ ꝑ hunc vsum determinate hunc panẽ vt
materiã cõsecrationis instituisse: ⁊ nõ potius oẽm panem
immo si hoc fecisset: verisimile est euangelistas hoc deter/
minate expressisse: ⁊ nõ in quadã generalitate explicasse:
ex qua in dubiũ quid ⁊ qualiter christus fecit: rõnabiliter
posset reuocari/ quomõ ecclesiam sic in incerto reliquisset/
maxime in aliquo simpliciter necessario requisito ad sacra
menti veritatem. ¶ Preterea christus in cõsecratione ca/
licis vsus est vino mixto cũ aqua: vt inferius patebit: ne/
mo tamen dicit aquam cũ vino esse materiã necessariã sa/
cramenti sanguinis ex tali vsu: sed vinũ dũtaxat. ¶ Am/
plius/ christus (ponamus) vsus est vino albo in cõsecra/
tione sanguinis: ⁊ quis dicet ex tali vsu vinũ rubeum non
esse materiã aptam cõsecratiõi: cũ tamẽ probabile sit vinũ
rubeũ differre specie a vino albo/ ꝓpter diuersas ꝓprieta/
tes ⁊ operationes quas habent: que diuersitatem vt vide
tur arguũt quarũdã qualitatũ propriarũ cõsequentiũ for
mas specificas diuersas. Vinũ quippe rubeũ (vt fertur)
constipat: album laxat: qđ non competit eis ex aliquo hu/
mano artificio aut industria: sed ex naturali proprietate:
que formã cõsequit specificã. Immo forte nõ oia vina al/
ba sunt eiusdẽ speciei specialissime: sicut nec oia pira: nec
omnia poma: vbi arguit diuersitas ex vapore/ teneritudi
ne folliculorũ/ vitiũ/ propaginũ/ foliorũ: que vident tan/
tum differre: quantũ arbores diuersoꝝ fructuũ/ diuersorũ
scilʒ pomorũ ⁊ diuersorũ pirorũ. Accidentia autem maxi/
me propria/ media sunt arguendi differentiam specificã
naturarum quoad nos/ qui proprios substantiarũ cõce/
ptus non habem⁹. ¶ Preterea christus sm omnes docto

res/apostolos sacerdotes ordinauit: dicens ad eos: Hoc facite in meā cōmemorationē. Facite hoc inquā qd̄ ego feci. Quid aūt fecit christus? Accepit panem ⁊ fregit ⁊c. dicens: Hoc est corpus meū. Ergo sacerdos hoc ipm nūc faciens: ⁊ certa verba proferens/cōsecrat: sicut christus consecrauit. Accipiens aūt panem de spelta/aut alio frumento: accipit panem: ergo cōsecrat sicut christus. ¶ Qd̄ aūt btūs Tho. ⁊ ceteri arguūt christū vsum fuisse pane triticeo: nō cōcludit propositū: quia hoc certū nō habet. Et si hoc poneretur: adhuc nō haberet intentū: q: de vino hoc nō sequit: est vsus vino albo: ergo vinū rubeū nō est materia sacramēti sanguinis: inter que tamen apparet differētia specifica. ¶ G Ex eodem fundamento nō cōcludit ratio Durandi dicētis/ꝙ materia corporis christi est vna ſm nomen: ergo debet esse ſm speciem: q: hoc fallit vt apparet in materia sanguinis. Qd̄ aūt dicit sic esse in ceteris sacramentis/propositum suū non cōcludit. In baptismo quidem sic est: q: christus instituendo materiā baptismi/vsus est hoc nomine aqua/dicens: Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua. Qd̄ etiam ſm Porphi. est species specialissima: dicente pħo in topi. Ois aqua omni aque est eadem specie. Instituendo aūt materiā corporis christi/dicūt euangeliste/ꝙ accepit panem: vtunt ibi euangeliste noīe panis/qd̄ genus esse videtur sub se certas continens species. ¶ Quod dicit de materia vnctionis/ꝙ sit oleū oliuarum non oleū nucum: si hoc verū est: habet ex determinatione ecclesie: que si in proposito haberet cessaret questio: sed si nō habetur: nec sancti hoc exprimūt: stat dubium ibi sicut hic. Dum addit ꝙ vsus panis triticei ab apostolis ad nos vsq; descendit: non videt hoc vniuersaliter verū: cū dicat Alexan. de ales pte. iiij. q. xxxij. membro. iiij. ꝙ in quibusdā terris conficit de spelta ⁊ caudich. Hic ritus quoad panē triticeū/ qui ad nos descendit: forte plus introductus est propter reuerentiā sacramenti: q̄ propter necessitatem: q: triticū est nobilior species frumēti: ea propter plus q̄ alia frumenta est assumptū. Sicut laudabiliter in quibusdam bene ordinatis ecclesijs vinū optimū qd̄ ex crementis haberi potest: datur celebrantibus/ppter reuerentiā magis q̄ necessitatem. ¶ Qd̄ etiā adducit cōparatio christi/qua cōparauit se grano frumenti: nihil videt facere ad ꝓpositū: q: nō cōparauit se grano tritici: sed grano frumenti indifferēter ⁊ indistincte. Pro quo facit autoritas allegata Augu. dicentis. Cū multa sunt genera frugū: nulli se cōparat nisi illi: volens p hoc a cōparatione secludere fruges non verū frumentū. Et preterea ex tali cōparatione nullius panis factus est materia sacramēti: sȝ ex speciali institutione christi materia eius effecta est. ¶ Et qd̄ dicit btūs Augu. ꝙ inde cepit mos ecclesie in tali grano cōficere: verū est: ⁊ hoc institutione subsequente: q̄ si subsecuta nō fuisset: q̄s panem assumeret ad consecrandū corpus christi? Hec dicta nō tanq̄ cōclusio certa accipiant ⁊ sufficienter ꝓbata: sed tanq̄ ꝓbabiliter causa scholastici exercitij adducta: et neq; ecclesie determinationi: nec canonice scripture: neq; originaliū patrū sanctorum dictis repugnantia/melius sentienti in nullo preiudicantia. Hec de materia primi dubij.

¶ H Quantū ad secūdū dubiū/de quātitate materie. Dicūt quidā ꝙ sacerdos nō pōt cōsecrare materiā panis nisi in determinata quātitate: in tanta scȝ quanta cedere debet in vsum fideliū. Cuius rōnem assignāt ex verbis Hugonis de scō victore. Sacramentū irritū reputat si cōtra institutionē celebret. Debet igit intentio ministri (aiunt) cōcordare institutioni sacramenti. Institutio aūt sacramēti est ppter vsum fideliū: vt scȝ vtant ipso in ꝓfectū gratie ⁊ virtutū: igit si minister intendat cōsecrare tantū panem quantus cedit in vsum fideliū: verū est sacramentū: aliter nō. ¶ Preterea ministris ecclie data est ptās/nō in irrisionem fidei ⁊ sacramentorum: sed in edificationē ecclie ⁊ fideliū: ſm aplm. ij. Cor. x. Ptātē dedit nobis dn̄s in edificationē: ⁊ nō in destructionem. Sed irrisio esset fidei ⁊ sacramenti/si sacerdos cōsecrare posset totū panē qui est in foro: ⁊ omne vinum qd̄ est in cellario. ¶ Sed responsio illis alijs nō placet: nā vt arguit bea. Tho. pte. iij. q. lxxiiij. ar. ij. Si sacerdos intendat cōsecrare ppter finem malū vt irrideat: veneficia faciat: aut incantet: nihilominus propter potestatem sibi datā pficit sacramentū: ⁊ tamen hec intētio magis est difformis institutioni q̄ prior. ¶ Preterea intentio ministri requirit ad sacramenti pfectionē: sed non quecūq;: sed illa que est de his q̄ intrinsece ptinēt ad ipm: ⁊ nō illa que est de cōtingentibus. Nam si quis baptizaret puerū nō ea intentione vt baptizatus cōsequeret salutē: sed cupiditate pecuniarū: vel alia puersa intentione: puta q: baptismū ad salutem nil credit proficere: huius intentionis defectus effectū sacramenti nō euacuat/ quo minus sit vere sacramentū: dum tamen seruat formā ⁊ ritū ecclesie: intendens qd̄ ecclesia facere cōsueuit: q̄uis baptismū nihil valere credat: vt. s. dictū est lec. vj. Propter qd̄ etiā btūs Aug. concedit hereticos baptizare. Sic in proposito vsus sacramenti eucharistie nō est de illis que sunt intrinseca sacramento: cū illud sacramentū quoad fieri consistat precise in cōsecratione materie: immo per vsum desinit esse sacramentū: ⁊ nō ꝯsistit in vsu sicut cetera sacramēta. Ideo intentio de vsu sacramēti nō est de necessitate sacramenti. ¶ Qd̄ aūt dicit Hugo de scō victo. ꝙ sacrm̄ irritum habet si cōtra institutionem celebret: intelligendū est qn̄ celebrat cū omissione eorum que instituta sunt obseruari/tanq̄ ptinentia ad necessitatē ⁊ essentiā sacramenti: de quorum numero nō est intentio vsus sacramenti. ¶ Dicit ergo ſm illos/ꝙ quilibet sacerdos pōt consecrare panem in tanta quantitate: quantā pōt habere presentem. Cuius ratio est: q: cōcurrentibus oibus que sunt de necessitate sacramenti/est verū sacramentū: sed pane quantūcūq; magno presente sacerdoti/si ipm consecrare intendat: ⁊ profert verba ad hoc a christo instituta: iam cōcurrūt oia que ptinent ad hoc sacrm̄ intrinsece: ⁊ q̄ absolute requirunt: ergo vere cōficit. ¶ Dicit aūt notanter: quantocūq; pane presente: q: panē absentem etiā modice quantitatis/cōsecrare nō pōt. Hinc sacerdos existens in ecclia nō pōt cōsecrare panem in foro. Cū em̄ forme verborum cōsecrationis cōtineant in se ꝓnomen demonstratiuū: ideoq; requirit presentiā materie cōsecrande. ¶ Et p hoc ad secūdū argumētum inductū respondet/ꝙ licȝ ministris ecclesie nō sit data potestas ꝓpter hoc vt abutant: nihilominus tamen abuti possunt: tam illa q̄ est iurisdictionis: q̄ illa q̄ est consecrationis. Sententia est beati Tho. ⁊ Durandi. ¶ De tertio dubio: qualitate scȝ materie panis: vtrū in azymis seu fermentatis cōfici possit: satis dictū est precedenti lectione: ideo de hoc nō plura. ¶ I Placet simul tractare de materia cōsecrationis sanguinis: ne eorūdem repetitio fastidiū ingerat relegenti. Est aūt materia cōsecrationis sanguinis/vinū de vua vitis expressum. Ratio principalis est institutio christi: qui in vino vitis hoc sacrm̄ instituit. vnde Lu. xxij. Accepto calice dixit. Dico vobis/nō bibā de generatione vitis donec regnū dei veniat. ⁊ Mar. xiiij. Iam nō bibā de genimine vitis/vsq; in diem illum cū illud bibam nouū in regno dei. De cōgruētia postea dicet. ¶ Ex quo sequit ꝙ vinū pomorum/aut artificiale nō est apta materia cōsecrationis sanguinis christi: q: nō est vinū vitis: nec est simpliciter vinū: sed equiuoce ⁊ ſm quid. ¶ Secūdo sequit ꝙ vinum in vua nō expressum/non est materia apta cōsecrationis sanguinis: q: liquor ille in vua magis habet rationem comestibilis/q̄ potabilis. Et de hoc dicitur de conse. dist. ij. didicimus. ⁊ ca. sequen. cum omne. vbi prohibet cōiunctio vuarū in hoc sacrificio: ⁊ cōcedit in necessitate expressio vini de botro in calice. ¶ Sequit tertio ꝙ agresta non pōt esse huius sacramenti materia: q: nondū habet vini speciē: sed est in via ad vini generationē: ⁊ q̄q̄ nō videatur differre nisi per maturū ⁊ immaturū: hoc tamen arguit diuersitatem specificā. Requiritur em̄ ad veritatem vini/ꝙ sit digestū in vua: nam digestū ⁊ indigestū variat speciem. Agresta aūt nō est digesta: ideo sicut non

Materia consecrationis sanguinis

ex pasta corpus: ita nec ex agresta sanguis domini cõficit᷑. ¶ Quarto sequit᷑ q̄ nec acetū ē materia ↄsecrabilis. Patet: q: nō est eiusdem speciei cū vino: sed est vinū corruptū vnde nō fit reditus de aceto in vinū. Verū Alexā. de ales distinguit de aceto: q: vel deductū est ad vltimū corruptionis a qua nō cõtingit regredi in vinū: qđ simpliciter est alterius speciei: ⁊ de illo sanguis christi nō cõficit᷑. Vel nondum ad tantā corruptionem est deductū: sed est quasi vinū acidū nondū plene corruptū: ⁊ de illo pōt fieri cõsecratio. Ad hoc allegat Inno. dicentem: Licz diligenti studio vinū optimū sit inquirendū: vt in sacrificiū offerat᷑: vitiū tñ vini nō maculat mūdiciā sacramenti. Quocirca siue nouū vinū, qđ dicitur mustū: siue vinū acidū, qđ appellatur acetū: in sacrificiū offerat᷑: sacramentū cõficit᷑: ⁊ diuinitus cõsecrat᷑. Et dicit Alex. q̄ in aliquib⁹ regionib⁹ solū cõficit᷑ ex aceto: q: ad illas regiones nō pōt deferri vinū manēs in suo esse potissimo. Item quedā glo. de cõse. dist. ij. sicut. §. dicit: De aceto conficit᷑ si ex vino factum fuerit: alias nō: q: prope eadem vsia est. Ex quib⁹ tamen si caute attendātur verba: manifestū est q̄ nō loquunt᷑ de aceto ꝓprie: qđ iam vini speciē mutauit: sed de aceto large. i. de vino acido qđ est in via ad corruptionem, nondū corruptum: sed adhuc propriā speciem vini seruans. ¶ Quinto sequit᷑ q̄ in musto pōt fieri cõsecratio: q: mustū vinū est qđ attestat᷑ eius dulcedo: que signū est digestionis: ⁊ proprietas que vini facit opus. Nam letificat, calefacit, ⁊ inebriat: qđ vini speciem arguit. Nō tamen vsq̄quaq̄ cautū est qualecūq̄ mustum assumere ꝓpter eius impuritatem: q: feces cõmixte substantie vini in sanguinem nō cõuertunt᷑: sed dūtaxat substantia vini. Idcirco magis videt᷑ ad reuerentiā hui⁹ sacramenti ꝑtinere vinū purū ⁊ defecatū: q̄ vinū nouū siue mustū turbidū. ¶ K Sed dubia quedā circa hanc materiā occurrūt. Primū, vtrū solū vinū sit materia apta cõsecrationis: an requirat᷑ aque admixtio? Secūdū, vtrū aqua vino admixta in sanguinē cõuertat᷑? ¶ Qđ autem aqua req̄rat᷑ de necessitate sacramenti, ita q̄ sine aque admixtione vinū nō cõuertat᷑ in sanguinē: arguit᷑ multis modis. Primo autoritate canonis: nā Alex. papa vt habet᷑ de cõse. dist. ij. c. §. oibus orthodoxis scribens, dicit: Nō debet in calice dñi aut vinū solum: aut aqua sola offerri: sed vtrūq̄ ꝑmixtū: q: vtrūq̄ ex latere ei⁹ in passione sua ꝓfluxisse legit᷑. Et Cyprian⁹ papa eadem dist. c. sicut. §. dicit: In sacrificando calicem dñi offerri sola aqua nō pōt: quō nec vinū solū pōt. Nā si vinū tm̄ quis offerat: sanguis christi incipit esse sine christo. Qñ em̄ vtrūq̄ miscet᷑ ⁊ adunatione cõfusa sibi inuicem copulant᷑: tunc sacrm̄ ⁊ spūale ⁊ celeste efficit᷑. Et statim sequit᷑. Sic ꝟo calix dñi nō est aqua sola ⁊ vinū solum: nisi vtrūq̄ misceat᷑: quō nec corpus dñi pōt esse sola farina: nisi vtrūq̄ adunatū fuerit ⁊ copulatū ⁊ panis vnius cõpage solidatū. Ex his arguit᷑ sic. Ex aqua sola nō potest cõfici sanguis christi: igit᷑ nec ex vino. Dicit em̄ q̄ aqua sola nō pōt offerri: sicut nec vinū solū. Similiter ex alia similitudine. Ex farina sine aspersione non pōt cõfici corpus christi: igit᷑ nec sanguis ex vino sine aqua. Dicit em̄, calix dñi nō est vinū solū: sicut nec corpus dñi pōt esse sola farina. Cõcordat Julius papa eadez dist. cū omne. vbi dicit: Non pōt calix dñi aqua sola esse aut vinū solum, nisi vtrūq̄ misceat᷑. Et quasi rõnem premisit. Cum in calice inquit vino aqua miscetur: christo ppl's adunat᷑: ⁊ credentium plebs ei in quem credit: copulat᷑. Sequit᷑: Nam si vinū tm̄ quis offerat: sanguis christi incipit esse sine nobis. Si ꝟo aqua sit sola: plebs incipit esse sine christo. Facit ad idem Martinus papa eadem dist. nō oportet. vbi dicitur: Nō oportet aliud aliquid in sacramēto offerri preter vinū ⁊ aquam ⁊ panem: q̄ in typo christi benedicunt᷑: q: dum in cruce christus penderet: de corpore eius effluxit sanguis ⁊ aqua. hec tria vnum sunt in christo iesu. Hec hostia ⁊ oblatio dei in odorē suauitatis. Simile habet᷑ in ca. statim sequente. ¶ Item rõne ad idem: aut christus instituit aquā admisceri vino: aut nō. Si primū: igitur videtur necessario apponēda: q: nihil aliud offerre licet: q̄ quod dñs tradidit. eadem dist. in sacramēto. Si scdm: tūc temeraria presumptione apponit᷑ ab ecclesia romana: q: sacramenta neq̄ instituere habet: nec mutare. vt. s̄. probatum est lectione. ¶ Item illud est de substantia sacramenti qđ directe ducit in illud ꝓpter qđ institutum est sacrm̄: sed hoc sacrm̄ institutum est in recordationē passionis dñice. Lu. xxij. Hoc facite in meā cõmemorationem. Hoc aūt facit aqua in hoc sacramento: vt ex canone Alexan. pape patet supra allegato. Item res hui⁹ sacramenti necessario significari debet ipso sacramento: sed res huius sacramenti est vnio corporis mystici cū capite. Hec aūt ꝑ admixtionem aque significat᷑: nam aqua populū significat fidelem Apoca. xvij. Aquas quas vidisti populi sunt. vnde Beda sup Marcū: Quia nos in christo: ⁊ christum in nobis manere oportet: vinū cū aqua miscet᷑: q: teste Joh. aque populi sunt. ¶ L Sed istis nō obstantib⁹, respondet᷑ ad dubium, q̄ aque admixtio nō est de necessitate sacramenti: licz sit de necessitate ministri cõsecrantis. Distinctio harum necessitatū supra lectione. §. declarata est. Primū patet per magistrū. iiij. sententiarū dist. xj. Si quis nō intendens introducere heresim obliuione aut ignorātia aquā pretermiserit: non videtur irritum esse sacrm̄: sed ille grauiter est corripiēdus. Ad hoc facit autoritas Cypriani pape de cõse. dist. ij. scriptura. vbi dicit: Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter hoc nō seruauerit: ⁊ tenuerit qđ nos dñs facere exemplo ⁊ magisterio docuit: pōt simplicitati eiusdē indulgentia dñi venia cõcedi. Nobis ꝟo nō pōt ignosci qui nūc a dño admoniti ⁊ instructi sumus: vt calicem dñi cū vino mixtū (ſm q̄ dñs obtulit) offeramus. Nō aūt ignorantia vel simplicitas excusaret: si aqua nō apposita nō fieret cõsecratio. Item dicit᷑ grecus aquā nō apponere: ⁊ tamen nō negat ecclesia latinorū eos vere conficere. Item nihil est de necessitate hui⁹ sacramenti materialiter qđ nō remanet: neq̄ ſm substantiā: neq̄ ſm accidēs: sed aqua admixta nō manet ſm substantiā: q: cõuertit᷑ in vinū: neq̄ ſm accidens: q: nō manet odor neq̄ sapor. Panis ꝟo ⁊ vinū etsi transeūt ſm substātiam: manent tñ ſm accidentia ⁊ ꝓprietates. ¶ Itē in nullo euāgelio legit᷑ dñm apposuisse aquā vino in institutione huius sacramenti: sed solū cõfecisse de pane ⁊ vino. Si aūt esset aqua de sub͞a sacramēti: vtiq̄ facta esset mentio sicut de pane ⁊ vino. ¶ Item in sacramentis noue legis, nihil est de sub͞a ex parte sacramentorū: nisi qđ efficit qđ figurat: sed aqua apposita nihil efficit: q: nec verū corpus, nec mysticū: q: effectiue ⁊ significatiue est ibi vtrūq̄: etiā si aqua nō apponat᷑. ¶ M Scdm scz q̄ aqua sit apponenda: ⁊ si minister nō apponeret: grauiter peccaret. Patet satis ex allegationib⁹ in principio dubij adductis: tum q: contra ecclie preceptū multiplr̄ expressum ageret: tū q: sine aqua celebrando christū nō imitaretur: tum q: dñicā passionē nō sufficienter exprimeret: tū q: significationes mysticas tolleret. ¶ Christus siquidē quoad scdm credit᷑ vinū cū aqua miscuisse anteq̄ vinū in ꝓpriū sanguinē cõuertisset. vñ Dama. iiij. sniarū suarū. Christus inq̄t calicē ex aqua ⁊ vino mixtū, tradidit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc oēs: hic est calix sanguinis mei. Cui cõsonat illud: In sacramēto corporis ⁊ sanguinis dñi nihil ampli⁹ offerat᷑: q̄ qđ ipse dñs tradidit: hoc est panis ⁊ vinū aqua mixtū. de cõse. dis. ij. in sacramēto. Ad idem facit. c. scriptura. eadem dis. Quotiēscūq̄ calicē in cõmemorationē dñi ⁊ passionis eius offerim⁹: id qđ cõstat dñm fecisse: faciam⁹. Et sequit᷑: Calicē dñi cū vino mixtū (ſm qđ dñs obtulit) offeram⁹. Huius aūt ꝓbabilitas sumit᷑: q: vinū terre illius forte est ⁊ substātiosum. Cū aūt christus vixit tēperatissime: ꝓbabile videt᷑ vinū cū aqua miscuisse. ¶ Deniq̄ Paschasius quātū ad tertiū inquit: Cur in calice aqua misceatur: illa ꝓmaxime inquit causa est: q: de latere christi, vbi passio cõpletur: sanguis pariter ⁊ aqua manauit. Qđ certe apl'i mysteriū plene intelligentes, sicudū in calice cen

fuerūt: vt nihil deesset nobis de sacramēto ad cōmemorationem passionis: qđ tūc extitit in cruce in cōsummatione nostre redēptionis. Hoc quoad passionis sufficientem expressionem. Tolleret etiā mystica significatio / scȝ vnio: q̄ vt argutū est: aptissime p hanc aque admixtionē designat. ¶ Per hoc ad rōnes in oppositū factas / q̄ pbare nitunt q aqua requirit de necessitate sacramēti. Ad autoritatem Alex. pape / q̄ ad hoc sonat q vinū solum sine aqua offerri nō debet. Et in autoritate Cypriani: Nō pōt. rńdet Inno. q v̄ba illa determinari debent: q: recipiūt exceptionē hoc mō. Nō pōt nisi ex simplicitate ⁊ ignorātia fiat. Vel nō potest. i. nō debet: q: illud dicit fieri nō posse: qđ de iure siue licite fieri nō pōt. Solū em̄ vinū legitime ⁊ sine precepti trāsgressione nō pōt offerri. Ita exponit magr̄ dis. xi. quarti / ⁊ ceteri doctores. Similiter dicit q illa aduerbia sicut sicut / dicūt nō oīmodā similitudinem: cum aqua sola vino solo cōparat: ⁊ vinū sine aqua farine nō asperse: dicūt em̄ similitudinem decentis ⁊ legitime cōsecrationis. Vn̄ neutrū pōt fieri legitime ⁊ sine precepti trāsgressione. Sed in hoc est dissimitudo: q: ex aqua sola ⁊ farina nō cōspersa nullo mō cōfici pōt: ex vino aūt solo ɔfici pōt: licȝ nō legitime. ¶ Et p hoc patet solutio ceterarū autoritatū. Sic etiā qđ dicit: si offert vinū solū: incipit esse sanguis vel christus sine nobis ⁊c. idest nobis nō pficit hmōi oblatio: vt exponit glo. in. c. cū omne. allegato. Vel sanguis incipit esse sine nobis / quantū ad significationem: q: deest aqua q̄ nos christo vniendos significat. Sic si aqua sola: plebs incipit esse sine christo. i. significatur esse absq̄ significatione christi. ¶ N Ad rōnes cū arguit. Aut christus admiscuit aquā aut nō: dicit q admiscuit vt dictum est: nec impedit q nullus euangelistarū hoc scribit. Multa em̄ ⁊ alia signa fecit Iesus in cōspectu discipulo4 suo4: que non sunt scripta ⁊c. vt habet Joh. xx. Et maxime in institutione huius sacramenti: vt habet de cele. missa. cū marthe. ⁊ cum infert. Ergo necessario est apponenda: negetur cōsequentia. Quoniā dn̄s instituendo sacramentū / non tm̄ apposuit que erant de necessitate efficacie: sed etiā que erant de necessitate significationis. Vnde hec appositio aque / nō est necessaria quantū ad efficaciā sacramenti: est tamen necessaria quātum ad plenitudinem significationis. Dominus em̄ apposuit aquam tanq̄ cōgruā propter significationem expressiorem: nō tanq̄ necessariā simpliciter. Et qđ in probatione additur: Nihil offerre licet: verum est: nec licet offerre calicem sine aqua: si tamen fit: nō est irritū sacramentum. ¶ Ad aliā dicitur ɔcedendo maiorem / intelligendo eam de illo propter qđ sacramentū p se ⁊ principaliter institutum est. Sed ad minorem dicit / q recordatio passionis nō est finis p se seu ppter quem institutū est principaliter: sed spiritualis nutritio anime ⁊ fructus hui9 sacramēti. Neq̧ em̄ diceret dn̄s. Hoc facite in meā cōmemorationem: si nō fuisset alius finis principalior. Sed hoc dicit / vt celebrantes hoc sacramentū ppter finem principalem: vitā scȝ eternā / Joh. vi. ⁊ vnionem cū christo gratuitā (quem expressit dn̄s. Si qs manducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quē ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Et sequitur: Qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinem: in me manet ⁊ ego in illo. Propter hunc quidem celebrantes) nihilominus recordarent passionis sue. Exemplū. Cum aliquis ex amore gratuito prestat beneficiū aliqđ amico: bene vult q amicus suus recordet bn̄ficij accepti: ne arguēdus sit ingratitudinis: non tm̄ illa recordatio est ppter qđ prestat beneficiū: sed vtilitas quā vult amicū ex eo consequi. ¶ Ad vltimū dicit: res hui9 sacramēti q̄ est vnio ⁊c. significari debet p aliqđ sacramēti: nō ideo aque admixtio qua hec vnio significat: est de necessitate sacri: q: hec vnio etiā significat p aliqđ aliud in hoc sacro / scȝ corpus christi verū: qđ est res ⁊ signū. Vn̄ Hugo de sacramētis lib. ij. pte viij. c. vij. Hec res / scȝ corpus christi est integrū sacrm̄ alterius rei / scȝ vnitatis capitis ⁊ mēbro4. Vnde ait: Corpus ⁊ sanguinem sacrm̄ esse credim9 gr̄e spūalis: qua scilȝ gr̄a membra capiti vniunt. ¶ O Nunc de scđo dubio / vtrū aqua vino admixta in sanguinem christi cōuertat: De hac questione recitat Inno. iij. in ca. cū marthe. de cele. missa. tres opiniones. Quarū vna est / q aqua adiūcta vino manet in sua specie / vini accidentib9 circūfusa: ita q vini saporem assumit: nō tm̄ sui subam derelinq̄t. Hec opinio quā p tertia recitat Inno. est cōtra hec. Amb. in li. de offi. dicentem q in sacro altaris post cōsecrationē / nihil est nisi corpus ⁊ sanguis christi. vn̄ ait: Ante benedictionē illa spēs noiat: post benedictionē corpus significat. ⁊ habet de cōse. dis. ij. ante benedictionē. Et Aug. in li. sniarū psperi. eadem dis. c. nos aūt. Fateamur ante cōsecratione panē esse ⁊ vinū qđ natura formauit: post ɔsecrationē v̄o carnē christi ⁊ sanguinē: qđ bn̄dictio cōsecrauit. Itē Amb. de sacris eadē dis. panis. ij. calix est vini ⁊ aque plen9. vbi v̄ba christi opata fuerūt: ibi sanguis efficit qui plebē redemit. Ad idē multa adduci possunt ex dis. ij. de cōse. vbi nullibi mētio fit q manet post benedictionē aqua: sed tm̄ christi sanguis. ¶ Preterea si aqua maneret in ppria specie / vino in sanguinē cōuerso: tūc nō liceret sacerdoti in casu eadē die duas missas aut plures celebrare: sicut nec licet semel nō ieiunū (ieiunio nature) celebrare. vt. s̄. habitum est lec. x. qđ tamen falsum est: cū in plerisq̧ casib9 licet vna die plures missas celebrare. Probat aūt illa cōsequentia. tum q: celebrans sumēdo christi sanguinē simul sumeret aquā calici admixtā in ppria natura ⁊ specie manentē: ⁊ sic solueret ieiuniū nature: quare nō posset scđo celebrare. Et hās rōnes tangit glo. in. c. cū marthe. allegato. ¶ Ideo fuit scđa opinio / q vinū cōuertit in sanguinem: ⁊ aqua in id qđ cū sanguine de latere christi effluxit. vn̄ dicunt: Cū de latere christi duo precipue fluxerūt sacramēta / redemptionis in sanguine / ⁊ regenerationis in aqua: in illa duo vinū ⁊ aqua q̄ cōmiscent in calice diuina virtute mutant. Ho4ū aliqui dicūt q aqua conuertit in humorē aqueū quem phlegma vocāt: vt recitat in. c. in quadā. de cele. missa. ¶ Sed hi tripliciter deficiūt. Primo: q: sicut priores negant actiuitatem vini in aquā. Scđo: q: sm̄ hoc aqua seorsum esset consecranda: sicut vinū seorsum a pane cōsecrat. Virtus em̄ verbo4 nō se extendit ad aliquid qđ in v̄bis nō exprimit. Cū aūt dicit: Hic est calix sanguinis mei: exprimit sanguis christi: ⁊ nō aqua q̄ effluxit ex latere christi. Tertio peccāt in hoc / q dicūt humorē qui fluxit de latere christi: humorē fuisse phlegmaticū ⁊ nō aquā. Hoc aūt reprobat Inno. in ca. in quadā. de cele. mis. Vbi contra tales ponit quattuor rōnes pbantes q vera aqua fuit q̄ fluxit de latere christi. ¶ P Ideo fuit tertia opinio / q aqua cū vino trāssubstantiat in sanguinē mixta vino. Hanc opinionē pbabiliorem dicit Inno. quā cōiter sequunt docto. theologie / scilȝ Tho. Sco. ⁊ ceteri tanq̄ indubitatā. Si tm̄ sic intelligit q aqua post admixtionē cū vino / p actiuitatem vini transit ⁊ cōuertit in vinū: ⁊ facta vinū / cōuertit in sanguinē christi. Vn̄ dicit Sco. in. iiij. dis. xi. q. vij. Vino apponere aquā nō est simpliciter necessarium de necessitate sacramēti: q: etiā qn̄ apposita nō est cōuertit in sanguinē: nisi prius sit cōuersa in vinū. Sicut em̄ modicum vinū admixtū aque absorbet ab aqua: ⁊ pdit virtutem ⁊ speciē vini: vt si gutta vini in doliū aque mittat: statim corrūpit: ⁊ cōuertit in aquā: ita viceuersa modica aqua missa in calicē vini ex vino alterat: ⁊ tandem corrumpit ⁊ cōuertit in vinū. Et sic aqua in vinū naturali opatione cōuersa p transsubstātiationē supnaturalē ɔuertit in christi sanguinē: ⁊ nō als nec aliter. ¶ Vn̄ modica aqua apponi debet: ne vinū distrahatur a sua specie p nimiā aque appositionem: sed ecōuerso aqua ppter sui modicitatē a sua specie cito in vinū trāseat: ⁊ demū totū in sanguinem cōuertat. Et tanto minus de aqua apponendū est: quāto vinū debilius fuerit ⁊ minus substantiosum. ¶ Et si queris: quanta aqua sufficiat? Respondet Alexan. de ales / q vna gutta sufficit quātūcūq̧ parua sit: dūmodo possit a suo toto separari. Et hinc sumitur alia ratio preter eam que supra posita est: cur fos

te ⁊ optimū vinū in hoc sacrificio offerendū est: vt sit vigorosum ad alterandū ⁊ cōuertendū aquā appositā in se: ⁊ a ꝓpria sua specie transmutandū. ¶ Propter idem caute faciunt celebrantes, qui aquā satis tempestiue ⁊ hora bona: vt in principio misse: vel ante euangelium vino cōmiscent: q2 cōuersio aque in vinū nō fit per miraculū: sicut vini cōuersio fit immediate a virtute diuina in sanguinem: sed fit per naturalem actionem vini in aquā: que requirit preuiā alterationē. Hec aūt fieri nō pōt in instanti: sed in tpe. Oportet enī qualitates aque corrumpi: ⁊ qualitates alias vini forme cōuenientes introduci: vt corrupta forma aque ad introductionē qualitatū ei discōuenientiū: in materia iam cōtrarijs qualitatib⁹ disposita, forma vini generetur. Hec aūt q2 fiūt ab agente naturali: nō possunt nisi in tpe ⁊ successiue fieri. ¶ Q Hui⁹ absorptionis aque in vinū, ꝓ quā nō manet in se: Alex. de ales ponit quasdā mysticas rōnes: vt sc3 sit cōformitas signi ad signatum. Per hanc enī vnionem aque vino ipsam absorbente, significat triplex vnio ꝓfecta, qua vnū ab altero quodāmodo absorbetur. Primo est vnio membrorū cū capite: que nō habent esse distinctū a capite. Secūda est nostre mortalitatis absorptio. Tertia est gentium insertio. ¶ Primo hec mixtio aque cū vino significat vnionē membrorū cū capite: q2 vnio est res huius sacramenti. Sicut enī habet ab Innocē. tria sunt in hoc sacro: forma visibilis panis ⁊ vini: veritas corporis ⁊ sanguinis christi: virtus spūalis vnitatis ⁊ charitatis cōicantis populi. Primū est sacrm tm̄. Scdm est sacramentū ⁊ res. Tertiū est res tm̄. ¶ Sed notandū ꝙ est vnitas charitatis membrorum mystici corporis christi adinuicem: huius signū ⁊ causa est corpus verum: vñ Inno. Verū corpus christi est res prima: q2 significat ⁊ cōtinet a primo: ⁊ sacramentū tertij: q2 significat ⁊ efficit tertiū. i. vnitatem ecclesiasticā. Alia est vnio corporis cū capite: cuius causa est corpus christi verū: sed vnius vnionis hec mixtio est signū. Hac aūt virtute vnionis quasi mutat homo in deū: fm ꝙ dicit apls. j. Cor. vj. Qui adheret deo vn⁹ spūs efficit. Unde ⁊ hui⁹ cibi spūalis, alia est virtus ꝙ̄ cibi materialis: nā materialis cibus cōuertit in sumente: iste aūt cibus cōuertit in sui naturā sumentē. Cibus sum grandiū (ait Augu.) tu mutaberis in me: non ego mutabor in te. Quia igit virtute hui⁹ cibi qua fit hec vnio: mutat homo in deū: vt sit cōformitas signi ad rem: cōueniebat vt aqua mutaretur in vinū. ¶ Significat secūdo hec aque mixtio aliā vnionem: q̄ est nostre mortalitatis absorptio. Aqua enī nostrā mortalitatem designat. ij. Reg. xiiij. Oēs morimur ⁊ tanꝙ̄ aque dilabimur in terrā que nō reuertuntur. Per vinū, quo signat sanguis christi: eiusdē mortalitatis absorptionē siue mortificationem. j. Cor. xv. Absorpta est mors in victoria. ⁊ Osee. xiij. Ero mors tua o mors. Licet aūt in nobis morimur: in christo tm̄ viuim⁹. Col. iij. Mortui estis: ⁊ vita vestra abscōdita est cū christo in deo. ¶ Significat etiā hec aque mixtio vnionem gentiū: q̄ inserēde erant eccle de iudeis: sicut oleaster oliue. ad Ro. xj. Aqua aūt cōuertit in naturā vini: in signū ꝙ gentes erāt cōuertende: ⁊ fideliū eccle ex iudeis incorporāde. Propter qđ dictū est petro: Occide ⁊ māduca. Act. x. Sicut enī qđ māducat: in naturā cōuertit māducantis: sic aqua q̄ gentes incorporandas significat: in naturā vini cōuertit. Per qđ ecclesia de iudeis que gentes incorporat representatur. ¶ Nec huic mixtioni ⁊ vini ꝯuersioni obest: qđ pro se tertia opinio recitata assumpsit, sc3 de latere christi fluxerūt sacramēta redēptionis in sanguine: ac regenerationis in aqua ⁊c. qm̄ in sacramento redemptionis, aqua apposita nō est signū regenerationis. Est quidē aqua sacrm regenerationis nō mutata nec cōmixta: sed in baptismo sub ea ꝓprietate, qua sibi ꝓprijssime conuenit virt⁹ abluendi. In sacramento aūt redēptionis apposita vino, ⁊ mutata in vinū, est significatiuū vnionis ppli cū capite glorioso christo, ex ꝓprietate qua aqua: q2 semꝑ defluit in terrā populum significat, qui cōtinue decurrit in mortē: fm illud supra allegatū. Omnes morimur ⁊ tāꝙ̄ aque dilabimur in terram. Hec igit sunt rationes mystice cur aqua in vinum prius est ꝯuertenda. ¶ R Sed forte q̄s diceret: Quid si in instanti cōsecrationis aqua nondū cōuersa est in vinū nūquid ⁊ ipsa cōuertit in sanguinem? Et q2 supra responsum est ꝙ nō: quid fiet de aqua? Respōdet: si fuerit in tanta quantitate, ꝙ ipsa cōuertisset vinū in se: si vinū nō fuisset prius conuersum in sanguinem: tunc alterabit species remanētes post cōsecrationem: ⁊ in instanti quo corrūperetur forma vini si nō fuisset cōuersum: ⁊ introduceret forma aque in materiā vini: corrūpunt qualitates vini: ⁊ de⁹ creat nouā substantiā cōpositā ex materia ⁊ forma aque, sub qualitatib⁹ de nouo introductis. ¶ Et dico notanter ꝙ deus creat: q2 aqua non pōt educere formā de materia: q2 nulla est ibi: nec pōt ipsam materiā producere que a solo deo creatur: recte sicut de corruptione specierū in eius manducatione. de quo. j. ¶ Si aūt aqua illa est tam modica, ꝙ vinū ipsam in seipm cōuertisset si nō fuisset transsubstantiatū: tunc species vini remanētes post cōsecrationem, alterāt aquā corrūpendo ipsius qualitates: ⁊ in instanti quo vinū corrūperet aquā: si esset presens: corrūperetur forma aque: ⁊ ꝓduceret forma vini noua in materia aque: vel ab accidētib⁹, vel a deo fm diuersas opiniones. de quib⁹. j. Et saluaret ibi tādiu sanguis christi: ꝙ̄ diu manent species vini trāssubstātiati: nō tm̄ sub specieb⁹ vini de nouo ꝓducti inciperet esse sanguis christi. ¶ Et notandū ꝙ hic quidē sanguis sub nullis specieb⁹ incipit esse aut manet: nisi istius vini supra qđ prolata est verborū forma ad cōsecrationem sanguinis requisita. Hec aūt nō est prolata sup vino de nouo ex aqua genito post ꝯsecrationē: qm̄ etiā si post cōsecrationē vinū purū apponeret speciebus: nō transit in sanguinē: sicut aqua nō benedicta addita benedicte efficit benedicta: ⁊ oleū nō cōsecratū additū cōsecrato reddit cōsecratū. Nō sic in ꝓposito: nā sanguini christi in calice: q2 nō est extra venas corporis christi: sed in venis glorificatis: ideo ei nullus liquor apposit⁹ pōt cōmisceri: nec ꝑ cōsequēs aliquis in ipm cōuerti: nisi diuina virtute verbis cōsecrationis assistente. In aqua aūt benedicta est ꝓfecta vnio alterius aque apposite cū aqua benedicta: ⁊ cōstituūt vnā aquā: ꝓpter qđ totū resultans sortit nomē aque bndicte: ita ⁊ in oleo. Nec ex bndictione aque vel olei fit substantialis trāsmutatio aque vel olei: qualis fit in ꝓposito: vbi substantia vini cōuertit in substantiam corporis christi. ¶ S Sed q̄d de sumente calicē in quo apposita aqua nondū esset in vinū cōuersa, ⁊ ꝑ cōsequēs nec in sanguinē: nōne solueret ieiuniū impediens ab iterata celebratione? Respōdet: solueret quidē ieiuniū: sed nō impediret ab iterata celebratione: q2 ignorantia inuincibilis excusat. Nō enī pōt sciri vel euidenter apprehendi instans hmōi cōuersionis a sacerdote: nisi forte tanta fuisset aqua apposita, ꝙ notabiliter dephēderet sapor aque: tunc esset ab iterata celebratione abstinēdū. ¶ Si querit qualis esse[illegible]beat aqua? Et q̄d si apponeret rosacea, vel ex alijs herbis distillata? Respōdet ꝙ debet esse aqua talis quali credit christus vsus fuisse in vltima cena: hoc est aqua elementaris: verūtm̄ q2 elemētaris aqua si nō apponitur nō impedit cōsecratio: iō si apponeret modicū aque distillate ꝙ nō posset corrūpere vinū: lic3 apponēs grauiter peccaret: effect⁹ tm̄ cōsecratiōis nō impediret. Snia est Alex. ⁊ sancti Tho. ¶ Si demū querit: Nūquid sufficit si aqua admisceat in dolio: q2 ante misse inceptionē, frequēter calix ꝑ aque ⁊ vini infusionem preparat. Solutio fm Alex. Nō sufficit: qm̄ cū cōmixtio aque ⁊ vini est sacramētalis: nō debet fieri anteꝙ̄ mysteria inchoent: vel fiat preparatio ad inchoādū: ⁊ in vasis sanctificatis ⁊ ministris ad hoc ordinatis. Uñ in missa solenni solet apponi post euāgelium: in priuatis vo solet fieri ante: qm̄ in missa solenni propter cantū chori ⁊ prefationis copiosius tēpus habet quo potest fieri aque in vinū transmutatio: ꝙ̄ in missa priuata q̄ legit sine cantu. ¶ T Nunc iuxta diuisionem in

principio huius lectionis factam/videndū est breuiter de
cōgruitate institutionis hui⁹ sacramenti sub materia pa/
nis ⁊ vini. Assignāt aūt doc. ⁊ sancti varias causas institu
tionis: quarū vna principalior est alia. Principalis itaq;
causa est/vt nutrimento cōuenienti animā ad vitā per ba/
ptismū regeneratā/dn̄s aleret cibo vite ministrato cōtra
cibū illū primoꝝ parentū/qui erat cibus mortis: vn̄ eis di
ctū est: In quacūq; die ex eo comederetis/morte moriemi
ni. Gen̄. ij. De cibo aūt isto dicit: Quicūq; mādu cauerit ex
hoc pane: viuet in eternū. Ioh. vi. vn̄ Inno. Ut suā erga
nos charitatē ostenderet: ⁊ nostrā erga se charitatē accen
deret: dedit se pro nobis in preciū: vt p preciū nos redime
ret a morte: p cibū aleret nos ad vitā. Alia causa est ad gu
stū diuinitatis inuitatio. Instituit enī diuina sapiētia (ait
Alex. de ales. q. xxx. mēbro. vlt. par. iiij.) sacramentū corpo
ris ⁊ sanguinis sui: vt ad gustū diuinitatis sue p gustū hu
manitatis nos dn̄s inuitaret. ¶ Tertia est mortis sue cō/
memoratio: q̄ amorē nostrū debet sibi totaliter vēdicare.
Lu. xxij. Hoc facite inquit in meā cōmemorationē. ⁊ j. Corinth. xj.
Quotiēscūq; mā. panē hūc ⁊ ca. bi. mortem dn̄i an. do. ve.
¶ Quarta peccatoꝝ quotidianoꝝ venia: vn̄ Inno. Dedit
nobis dn̄s hoc sacramentū salutis: vt q2 nos quotidie pec
camus: ⁊ ipse iam mori nō pōt: p hoc sacrm̄ qđ in memoriā
mortis accipim⁹. remissionē peccatoꝝ quotidie consequa/
mur. ¶ Quinta est scripturarū ⁊ figurarū impletio. Esa.
vij. Vocabit nomen ei⁹ emanuel: qđ interpretat nobiscū
deus. ⁊ Math. vlt. Ego vobiscū sum (inquit dn̄s) oibus
diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Sed de hoc. j. cū de
figuris: quib⁹ prefiguratū est latius dicet. ¶ V Cur au
tem cū cibus sit anime: multaq; sint ciborū genera: quare
sub specie panis ⁊ vini placuit illud instituere. Ad hoc po
nit magr̄ dist. xj. quarti tres rōnes. ¶ Prima/vt fides ha
beat meritū: dum sumeret corpus christi sacratissimū sub
aliena specie occultatū. ¶ Scđa/ne abhorreat anim⁹ qđ
cerneret oculus: dū mādu cādū in specie ppria pponeret
verū hois christi corpus. ¶ Tertia/ne ab infidelib⁹ nostre
fidei insultaret. vn̄ Aug. Nihil rōnabilius q̄ vt sanguinis
similitudinem sumam⁹: vt ita ⁊ veritas nō desit: ⁊ ridicu/
lum nullū fiat a paganis si bibam⁹ cruorē occisi hois. De
hoc sunt metra: Sumit occulte christus: ne sit tibi sitire
Horror vel risus: sitq; lucrosa fides. ¶ His trib⁹ addit ra/
tio quarta sm̄ Hug. que est significationis perfectio. Si/
gnificationis dico duplicis: scz veri ⁊ cōtenti christi corpo
ris: ⁊ spūalis refectionis ⁊ saginationis mētis. Habet enī
panis expressam similitudinem corporis: nā panis mate/
ria/granū scz frumenti in terrā iacitur: in terra mortificat:
vt multū fructū afferat. Grana cōtrita in farinā resoluun/
tur: quib⁹ apposito liquore/ pasta cōficit: que cocta ignis
calore in panē pfectū maturat. Sic christus terre inserit/
vtero scz virginali. De qua prophetice scriptū est: Benedi
xisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Et itez. Ter/
ra nostra dabit fructū suū. In terre medio mortificat⁹ est.
Vn̄ salutis fructus plurim⁹ subsecutus est/scilz totius hu/
mani generis a diabolica seruitute redēptio: peccatoꝝ re/
missio: regni celestis apertio: ac immarcessibilis glorie ac
beatitudinis plenitudo. Ex quo multiplici fructu integra
tur mysticū christi corpus: ecclia scz militās ⁊ triūphans: q̄
ex multis mēbris colligit: fidei liquore ⁊ diuini amoris ar
dore inuicem cōbinatis. ¶ Refectio insup mentis: quā p
hoc sacrm̄ dn̄s prestat: quō apertius significari potuisset/
q̄ in pane ⁊ vino/quo pfecta refectio celebrat: ⁊ quotidie
alimur: ac in vita corporali sustētamur: cōfortamur: robo/
ramur. De quo pphēta: Panis cor hois cōfirmat: ⁊ vinū
letificat cor hois. Qui panis: q2 cōmunis est oibus: vsusq;
eius delectabilis sine fastidio: licet quotidian⁹. Congrue
itaq; christus sapientia patris/sacramentū spūalis refe/
ctionis in pane ac vino instituit: vt sicut materia baptismi
que signū est interioris ablutionis est aqua/inter cetera
magis ad corporis lotionē cōgrua: p quā spūaliter rege/
neramur ⁊ in esse spūali cōstituimur. Sic materia euchari

stie diuinissime: qua in vita spirituali fouemur/nutrimur/
⁊ augmētamur: est panis qui corporali refectione est aptis
simus: nec aliquādo sicut ceteri cibi est fastidio ⁊ horrori.
¶ X De hoc pulchre scribit venerabilis Hugo lib. ij. de
sacra. par. viij. c. viij. in vba hec: Voluit sapiētia dei: q̄ se p
visibilia manifestat: ostēdere q̄m ipsa aiarū cib⁹ ⁊ refectio
est. Et ppterea carnē assumptā in eduliū pposuit: vt p ci/
bū carnis ad gustū inuitaret diuinitatis. Sed ne rursum
humana infirmitas contactū carnis in assumptiōe horreret
consueti ⁊ principalis edulij specie illā velauit: ⁊ sic sumē/
dā pposuit vt sensus in vno fouerect: ⁊ fides in altero edi/
ficaret. Fouet enī sensus in vno: dū solita tantū ⁊ cōsueta
pcipit. Edificat aūt filios in altero: dū in eo qđ videt: qua/
le sit illud qđ non videt agnoscit. Proponit igit species
panis ⁊ vini: vt doceat plena ⁊ pfecta refectio esse in sum/
ptione corporis et sanguinis christi et diuinitate christi.
Plena aūt refectio cibus ⁊ potus est: cibi aūt ⁊ potus/pa
nis ⁊ vinū principalis substantia est. Et ppponit species ex
principali substātia refectionis: vt in ea sumat: ⁊ p eā veri
tas corporis ⁊ sanguinis christi significaret. sicut ipse te/
stat/dicens: Caro mea vere est cib⁹: ⁊ sanguis meus vere
est potus. Que tamē corporis ⁊ sanguinis sumptio: qa so
la sine spūali effectu salutē nō cōfert: idē ipse saluator ma
nifestat/dicēs: Caro nihil pdest: spūs est q̄ viuificat. Virt⁹
ergo ⁊ plenitudo spūalis refectiōis: q̄ in corpore christi et
sanguine est: p speciē quidē panis ⁊ vini significat. In pce
ptione aūt grē infusio interne ⁊ eterne refectionis pficit.
Et sic quidez cū tria in vno ibi sint. In primo quidē signū
inuenit secūdi. In scđo aūt causa tertij. In tertio vo virt⁹
secūdi ⁊ veritas primi: ⁊ hec tria in vno sunt ⁊ vnū sacrm̄.
Claret itaq; quō diuinissime eucharistie sumptio sacrm̄ est
⁊ imago participationis iesu: q2 hoc q̄ ei⁹ sacrm̄ visibiliter
pcipim⁹: signū est q̄ ei spūaliter vniri debem⁹. Ipsa aūt eu
charistia. i. bona grā: ipa scz hostia sacra diuinissima vocat
q̄m diuinos facit: ⁊ participes diuinitatis eos q̄ se digne
participāt. Et q2 ipa signū est ⁊ veritas/in qua vera caro
in specie panis sumit: ⁊ in carne ei⁹ digne sumpta ipsi⁹ etiā
diuinitatis susceptio ⁊ participatio ⁊ cōsortiū condonat.
hec venerabilis Hugo. ¶ Y Patet igit q̄ cōgrue id qđ
nobis est principalis cib⁹ ⁊ potus: corpus dn̄i significat: q̄
verus cib⁹ est aie ⁊ pfect⁹: habens in se cōditiones pfecti ci
bi: q̄ nouē sm̄ dn̄m Alb. i de officio misse pte. ij. numerant.
He sunt cibi nobilitas ex genere: suauitas ex sapore: nutri
tiuitas ex vtute: ad cibatū congruitas ex similitudine: pe/
netrabilitas ex subtilitate: vnibilitas ex cōnaturalitate: et
firma hesibilitas ex cibati apprehēsione: q̄ p lōgū psequit
sed rescindunt ppter nimiā plixitatē. ¶ Sūt et alie cause
quare sub duplici specie institutū sit: q̄ reseruant vsq; ad
eā canonis partē: vbi de sanguinis cōsecratione agit: ad
lec. scz. lij. ¶ Z Habet aūt mos: ⁊ rubrica docet romani
ordinarij/q̄ sacerdos celebrās dicēs hec vba: Qui pridie
⁊c. digitos suos pollices ⁊ indices vtriusq; man⁹ ducat su
per pallā corporalis tergēs eos: licz etiā ante canonis in/
ceptionē lotos: ad significādū q̄ hoc sacrificiū nō nisi mū
dis manib⁹: nō viciatis: nō pollutis/ debet venerabiliter
ac summa reuerentia pertractari. Ea propter ⁊ eps sacerdo/
tes ordinās/man⁹ eoꝝ chrismate vngendo sacrificat: vt di
gne sanctis manib⁹ tractēt hostiā salutare. Fit aūt hec ter/
sio digitoꝝ: quib⁹ dominicū corpus sub specieb⁹ tractādū
est: nō ppter timorē cōtaminatiōis corporis christi/ quasi
ipm possit corporali immūdicia maculari: cū sit sub hoc sa
cramēto mō nō quantitatiuo ⁊ q̄si indiuisibili: quo aia in/
tellectiua est i corpore: sm̄ quē modū a nullo corpore cōtin
gi pōt. Sed sit potius ad reuerētiā exhibendā: excitandū
quoq; deuotionē ⁊ attentionē ad bn̄dictū christi corpus:
qđ realiter post plata consecrationis vba/sub specieb⁹ pa
nis cōtinet. Magnā enī requirit puritatē ⁊ reuerentiā im
molatio huius sacrificij: quia inter omnia sacrificia ipsum
est potius: ⁊ indignitate queq; alia superexcedit: dicente
Alexandro papa; vt habetur de conse. distin. ij. nihil. Nis

hil in sacrificijs maius esse potest ꝙ corpus ⁊ sanguis christi. Nec vlla oblatio hac potior est: sed oēs hec precellit: q̄ pura cōsciētia dn̄o offerenda est: ⁊ pura mente sumēda: atq; ab oībus venerāda. Et sicut potior est ceteris: ita potius excoli ⁊ venerari debet. Hec ibi. ¶ Debet autē sacerdos hec verba ꝓferēdo panem de palla corporali: vbi ante canonis inchoationem repositus fuerat: suscipere: sicut christus accepit panem in manus suas volens cōsecrate: dans per hoc formā ⁊ exemplū similiter faciendi. Debet ⁊ sacerdos cauere ne multū ante hostiā sic i manꝰ receptā eleuet priusꝙ consecrationis verba proferat: ne circumstans populus panem nondū cōsecratione in corpus dn̄i cōuersum adoret: ⁊ ita idolatriā incidat dum pro christo panem adorat. Unde nō satis cauta est nōnulloꝝ sacerdotū cōsecrantiū solicitudo: qui hostiā cōsecrandam in manus recepturi/genua flectūt: in altū eleuant/populo respiciente: ⁊ post ad consecrandū procedunt. Teneat ergo in manu hostiam sacerdos nō multū eleuando ipsam de altari: nec genuflectat quousq; cōsecrationis mysteriū est perfectū: qđ vsq; ad verboꝝ cōsecrationis panis (que sunt: hoc est enī corpus meū) prolationem integrā perficit. Siquidem vt infra dicit: in primo non esse verboꝝ incipit esse corpꝰ christi sub speciebꝰ panis/in eodem panis substātia desinēte.

¶ Lectio.xxxvi. A



Et eleuatis oculis in celum ad te deū patrem suū omnipotentem. ¶ Hec est tertia pars subdiuisionis quarte partis principalis canonis: in qua premissis huiꝰ sacrosancte institutionis hora ⁊ materia/tāgit eiꝰ modus ⁊ circūstantiq. Unde dicit: Et eleuatis oculis in celū. Et eleuatis. i. sursum leuatis: oculis scꝫ mentis ⁊ corporis in celū a quo omne datū optimū est descendēs: ad te deū eius sm humanitatem: patrem suū sm diuinitatem: oīpotentem p deitatis infinitatem: q̄ sm Dam. pelagus est infinite substantie. Etiā oīpotentem p creationis ⁊ trāssubstātiationis ptātem: q̄ q: infinita est omnipotentia: tibi patri oīpotenti ⁊ clementissimo gratias agens ⁊c. In quibꝰ verbis sm Alex. de ales/arduitas facti et dignitas sacramēti designat. Nō enī sic fecit dn̄s in institutione alicuiꝰ alteriꝰ sacramenti: de quo de conse. dist. ij. nihil. dicit Alexā. papa quintus vt supra allegatū est in fine lectionis precedētis. Nihil in sacrificijs maius esse potest: ꝙ corpus et sanguis christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed oēs hec precellit q̄ pura cōsciētia dn̄o offerenda est: ⁊ pura mente sumenda atq; ab oībus veneranda. Et sicut potior est ceteris: ita potiꝰ excoli et venerari debet. Hec ibi. ¶ Sed hic diceret aliq̄s: cū nullꝰ euangelistaꝝ institutionem huiꝰ viuifici sacramenti describētiū/christū eiꝰ institutorem oculos suos ad celū eleuasse commemoret: quis tante presumptionis extitit ⁊ audacie/vt verba suo de corde interponere temptauerit: ⁊ ꝙ christus in celū oculos suos leuauerit affirmare. Respondet dn̄s Inno. ꝙ tria cōmemorant hic in ca. de celeb. missa. Cū marthe. q̄ nullus euangelistarū describit/videlicet: Eleuatis oculis in celum. eterni testamenti/mysteriū fidei. Sed vnde tūc canoni hec inserta sunt quasi christus sic fecerit/⁊ sic dixerit. Respondet idem ꝙ formā istorum verboꝝ acceperūt apl'i a christo: ⁊ ab ipsis apl'is cepit ecclia. Multa siquidē tam de factis/ꝙ verbis dominicis preterniserūt euangeliste: q̄ tñ apl'i vel facto suppleuisse: vel verbo expressisse legunt. Paulꝰ nāq; in actibus aploꝝ
Act.xx. sic ait. Meminisse nos oportet verbi dn̄i nostri iesu/q̄ dixit Beatiꝰ est dare magis ꝙ accipere. Hoc nullꝰ quattuor euangelistarū scripsit. Nullꝰ etiam eoꝝ expressit qđ ad corinthios de christo scribens ait: Uisus est plus ꝙ quingē
i. Corin. xv. tis fratribꝰ simul. Deinde visus est ⁊ iacobo: nouissime autem oīm tanꝙ abortiuo visus est mihi. Euāgeliste etiā mutuo inter se suppleuisse legunt: q̄ ab eoꝝ aliquo vel aliquibꝰ omissa sunt. Unde cū tres euāgeliste posuerūt: hoc est corpus meū; solus lucas adiecit: qđ pro vobis tradet. Et cum matheꝰ ⁊ marcꝰ dicant pro multis: lucas dicit pro vobis: matheꝰ autem in remissionem pctōꝝ adiūxit. Ceterum ea q̄ addunt in canone misse possunt ex alijs locis euāgeliū cōprobari. Johānes enī suscitationem lazari describens/Jesum sursum oculos leuasse asserit ⁊ dixisse: Pater gratias ago tibi qm̄ audisti me ⁊c. Et infra: Si tunc igit in celum oculos leuauit ad patrē: cū ad corpus exanime animā lazari reuocauit: ꝓbabilius esse videt ꝙ tunc oculos leuauerit ad deū patrem in celū: cū panē ⁊ vinū in corpus et sanguinē propriū cōmutauit. Hec ibi. ¶ B Leuauit autē oculos in celum ad deū patrem suū oīpotentē duplici de causa. Prima vt nobis insinuaret se ptātem a deo patre h̄ opus magnificū perficiendi accepisse. Hoc siquidem ⁊ in alijs locis plurimis verbo attestatus est. vnde Matth. xi. Oia mihi tradita sunt a patre meo. Et iterū Jo. vii. Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me patris. Quāuis enī christus verus fuit ⁊ est deus patri per oīa equalis: q: tamen per generationem a patre originatur: qua generatiōe sibi a patre cōmunicata est essentia qua deꝰ est Oīpotentia qua ei equalis est: ⁊ quicq̄d pater habet eo dūtaxat excepto/quo sibi opponit: id est paternitatis relatiōe: qm̄ relationes in diuinis opposite originis sunt i eodē supposito incōpossibiles: ideo q; patri oīa que facit attribuit: quia oēm faciendi potestatem a patre se accepisse profitet. Data est inq̄t/mihi omnis potestas in celo ⁊ i terra. Matth. vlti. Sic in recognitionem ꝙ hanc potestatem transsubstantiandi panē ⁊ vinū in corpus suū et sanguinē a patre accepit: oculos suos in hac actione ad deū patrē eleuauit. ¶ Secūda causa est ꝓpter nostrā eruditionē: vt scꝫ p suā actionem nos instruat quatenus in principio actionū nostrarum oculos mentis ad deū tanꝙ ad autorem ⁊ datorē bonoꝝ omniū subleuaremꝰ: de quo ait Inno. Hoc ad nostram instructionem faciebat christus: vt ⁊ nos oculos cordis nō deprimamꝰ in terrā: sed eleuemꝰ i celū si qđ petimꝰ volumus impetrare. Sic fecisse ꝓpheta legit: Oculi mei semp ad dn̄m. Et iterū: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Sic sacerdos hec ꝓferens etiā suos corporales oculos sursum eleuet in celū: quatenus excitatꝰ mentis oculis recognoscat ministeriū illud angelicis humeris tremēdū a solo dn̄o celoꝝ rege accepisse. Sequit: Tibi gratias agens. Tibi scꝫ oīpotenti deo patri suo/gratias agēs de tanto dono: de tam excellenti gratia: de tam efficaci cibo: sacramento dignissimo ⁊ mysterio tam ꝓfundo. Circa quod diuina virtus secretius operat. Joh. xi. Pater gratias ago tibi qm̄ exaudisti me. Ego aūt sciebam q: tu semper me exaudis. ⁊. ij. ad Cor. ix. Gratias ago deo sup inenarrabili dono eius. Hec albertꝰ. ¶ Uel gratias egit sm Inno. non pro se: sed pro nobis: id est nostra reparatione ⁊ salute oīm per hoc sacramentum futura: quia per vsum istius sacramēti/augetur gratia que est causa salutis. Uel gratias egit nobis in exemplū: vt ⁊ deum in singulis actibus nostris pre oculis habentes: gratiarum actiones de omnibus bonis collatis referamus. Unde bernar. Sicut de veteribus terminādis: sic de nouis incipiendis gratias egit christus: nobis pariter exemplum tribuens in omnis boni operis inchoatione vel perfectione patrem qui est in celis esse glorificandum: vnde ad Ephes. v. Gratias agētes semper pro omnibus in noie domini nostri iesu christi deo ⁊ patri. ¶ Uel gratias egit sm Chryso. docēs nos qualiter oportet nos hoc mysterium perficere: ostendens per hoc ꝙ in sumptione/et ante sumptionem huius sacramenti preexigitur deuotio ⁊ oratio/ac mētis in deum eleuatio: atq; vt in aduersitatibus positi a gratiarū actione nō cessemus. Unde subdit Chryso. Accepto pane gratias egit/iam proximus passioni: vt ⁊ nos gratias agamus in flagellis positi. Et dicit Inno. ꝙ ex hac gratiarum actiōe hoc sacramentum sacrificium laudis appellatur: quia scꝫ cum laudibus ⁊ gratiarum actione christus ipsum instituit. ¶ Sequitur. C Benedixit. Ad prolationem huius verbi facit sacerdos crucē sup oblatā: nō q: christꝰ benedi

cendo panem crucem formauerit: q nondum facta fuerat crux character benedictiōis ⁊ sanctificationis: sed fit a ministro nunc post crucis christi sanctificationem/ per contactum preciosi corporis ⁊ sanguinis crucifixi/ sup materias panis ⁊ vini. Tum propter materie sanctificationem: quia cruce christi oia sanctificantur: vt in ca. Nūquid. de cōse. dist. v. vt supra habetur lec. xxi. Tum ad representādum. Nam due cruces hic fiūt in verbo benedixit repetito. Prima ad representādū prefignationem passionis christi factam in cena per hui⁹ sacramenti institutionem sub specie panis ⁊ vini: vt dicit sanctus Thom. in. iij. par. q. lxxxiij. arti. v. in solutione tertie rōnis. Secūdo sm Alex. ad significandum ꝙ morte christi hic specialiter representata/ duplex hominis natura/ scz corp⁹ ⁊ aia redempta est. Tertio ad insinuandum dñm in duplici natura: corpore scz et anima passionem sustinuisse. Nā corpus ad carnē: sanguis ad aiam (cuius sedes in sanguine esse dr) referri solet. ⁋ Quia autē bñdicendo christus consecrasse intelligitur: querit vtrū aliquo sensibili signo: an certorū verborū prolatione: an sola virtute ⁊ potestate cōsecrauit: ⁊ per hoc qua forma cōsecrationis dominus vsus est. Et circa hoc Alexan. parte. iiij. q. xxxiij. mē. ij. quattuor recitat opiniones: nō tamen eo ordine quo hic recitantur. ⁋ Prima fuit/ ꝙ sicut christus prius baptizatus est/ ꝙ formā baptismi instituit: ita ⁊ prius confecit/ ꝙ verba aliqua protulerit. Ipse siquidem q est verbum patris/ sine verbo sua virtute cōfecit. Nobis autem qui diuini verbi virtute egemus: dedit formā verbor qua consecramus: vt sic differentia in consecrando inter ministros ⁊ sacramenti autorem appareret. Huic fauere videtur Inno. Sane potest dici inquit: ꝙ christus virtute diuina confecit: ⁊ prius formā expressit sub qua posteri benedicerent. Ipse nāq per se virtute ppria benedixit: nos aūt illa virtute quā verbis indidit. ⁋ Pro ista opinione quidam arguunt. Si christi corpus non fuisset sub sacramento ante istorū verborū prolationē: nō vere dixisset christus: hoc est corpus meū. Oportuit ergo corpus christi preexistere in sacramento anteꝙ dixit: hoc est corp⁹ meū: vt vera esset oratio. Precessit ergo aiūt/ aliqua benedictio cōsecratiua ⁊ de illa intellexit euangelista cum ait: bñdixit. i. consecrauit. Huius opinionis videtur fuisse Franciscus maronis/ addens q christus protulit hec verba indicatiue: nos recitatiue. Indicatiuū aūt presupponit hoc qd indicatur. Cū ergo dixit: hoc est corpus meū: oportuit ad veritatem hui⁹ locutionis/ preexistere id qd per pnomen hoc indicaretur nō autem sic oportet ad nostrā plationem verbor: q recitatiue tantū proferim⁹ illa verba: ideo nō oportet ꝙ aliqd preexistat. Sed quis non sit dubium christū sola virtute sine verbis ⁊ signis potuisse panē in corpus suū conuertere: hoc tamē ita fecisse nulla ratione aut autoritate probatur. ⁋ D Unde est secunda opinio/ ꝙ domin⁹ accipiēs panē benedixit ⁊ cōsecrauit illū quadam benedictione secreta nobis ignota. ad quā facta est transubstātiatio: postmodū fregit/ ⁊ dedit discipulis suis dicens: Accipite ⁊ cō. hoc est corpus meū: ⁊ in platione horum verbor/ cōtulit eis potestatem ⁊ vim cōuertendi in posterū panem in corpus christi. ⁋ Tertia opinio est/ ꝙ dñs cōfecit hoc verbo hoc est corpus meū: sed verbū illud dixit bis: licet nō scribatur nisi semel. Postꝙ em̄ bñdixit tacite dixit/ illud vbū hoc est corpus meū: ⁊ tunc confecit: ⁊ q tacite dixit: tacuit euangelista. Per illud autē verbū scdo dictū duo nos docuit: scz quid fuit ꝙ scz dedit corpus eius: ⁊ qualiter alius consecrans facere deberet. Oēs iste opiniōes: q nulla autoritate probantur: ⁊ q supflua videtur eorūdem verbor repetitio: ideo ea facilitate contemnuntur: qua acceptātur. ⁋ Ideo est quarta opinio ceteris pbabilior ⁊ cōmunior: quā etiā tenere videntur Alexā. Alber. ⁊ sanct⁹ Tho. ⁊ cōiter alij: videlicet ꝙ christus in vltima cena cōsecrauit p eadem verba p que nos ɔficim⁹. Nōq semel tantū prulerit ipsa: ⁊ per vnicā eorū plationē: oia tria scz cōsecratio/ significatio ⁊ informatio fiebāt. Protulit tamen nō eodē ordine quo hic sunt posita: quo ⁊ euāgelista ponit: q non fuit euangelistis cura seruare ordinē verborū quo plata sunt a dño. sicut ⁊ in multis alijs: sed dūtaxat facta ⁊ prolata a domino narrare. Ordo aūt talis fuit: Accepit panem ⁊ benedixit dicens: Hoc est corpus meū. ac deinde fregit ⁊ dedit discipulis suis dicēs: Accipite ⁊ mā ducate. Et hoc (videlicet: q dñs consecrauit horum verborū prolatione semel facta) magis videtur elici ex verbis euāgelij et dictis sanctorū patrū. Unde Eusebius emissenus: ⁊ habetur in canone de cōse. dist. ij. Quia corpus. Inuisibilis (ait) sacerdos: visibiles creaturas in substantiam corporis ⁊ sanguinis sui/ verbo suo secreta potestate cōuertit: ita dicens: Accipite et comedite: hoc est corpus meū. Et sanctificatione repetita: Accipite ⁊ bibite ait: Hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutū precipientis dñi repente ⁊ ex nihilo substiterunt excelsa celorū: profunda fluctuum: vasta terrarū: ita pari potestate in spiritualib⁹ sacramentis: vbi precipit virtus seruit effectus. Ecce plane dicit ꝙ dominus conuertit visibiles creaturas in substantiā corporis ⁊ sanguinis sui hec verba proferendo: hoc est corpus meum. Item conueniens est ꝙ cōsecratio: que exercetur ab ecclesia: eadē forma verborum fiat qua fiebat ab ipso: a quo ecclesia habet conficiendi autoritatem. ⁋ E Uerū sunt quidam tenētes cum opinione quarta/ ꝙ christus his verbis semel platis: hoc est corpus meū/ cōsecrauit: sed aiunt ꝙ ea post fractionem panis protulerit. Unde dicunt ꝙ christus cōfecit post diuisionē omniū partiū panis/ in termino scilicet vltime fractionis: in q confecit dicendo: Hoc est corpus meū Sicut enim duodecim fuerunt apostoli/ ⁊ ipse tredecim⁹: ita in tredecim partes fregit panem: et pro vltimo instanti fractionis porrexit discipulis ⁊ confecit. ⁋ Et si opponitur ꝙ ecclesia que christum imitatur: prius cōsecrat ꝙ frāgit. Respondet ꝙ duplex est fractio sacramenti: quedam ad figurandū: quedam ad distribuendū. Illa que fit ad figurandum: fit a sacerdote in altari post cōsecrationē. de qua inferius dicetur. Illa vero q fit ad distribuendū multis qui sunt sacramentū percepturi: potest precedere consecrationem: vt si quis conficeret pro multis/ non habens distinctas hostias: sed vnū panem integrū: cōgrue prius frangeret in particulas ⁊ postea consecraret: ita christum dicunt confecisse: sed primū est communius. ⁋ Si queris quid fregit christus. Respōdeo id quod frangit sacerdos euangelicus: species scilicet sacramentales ⁊ nequaꝙ corpus domini: de quo infra suo loco dicendū erit. ⁋ Sequitur. ¶ Dedit discipulis suis dicēs: Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes. Hec est quarta pars subdiuisiōis partis quarte principalis: in qua ostensis diuinissime eucharistie institutionis modo atq circūstantia/ tangitur eiusdē institutionis finis ⁊ ratio motiua: vñ dicitur: Dedit discipulis suis Christus nāq hoc sacramentū instituit sm frequenter repetita/ vt esset memoriale signum passionis sue: ⁊ vt esset remedium contra peccata quotidiana anime. Hec aūt cōueniunt huic sacramento plus per sui vsum ꝙ conueniāt ei sm se. Hinc dicit apls. j. Cor. xj. Quotienscūq mā ducabitis panem hūc ⁊ calicem biberis: mortem dñi annūciabitis. Nō dicit ɔficitis: sed sumitis. ⁊ Aug. in lib. sententiar prosperi: Dum frangitur inquit hostia: dum sanguis de calice in ora fidelium funditur: qd aliud ꝙ dominici corporis in cruce imolatio: eiusq sanguinis de latere effusio designatur. Et habetur de conse. dist. ij. dum frangitur. Item amb. sup eplam ad Hebre. ⁊ habetur eadem dist. In christo. Nos per singulos dies hostiā offerim⁹ ad recordationē mortis christi. Itē aug. li. de trini. Quia dñi morte liberati sum⁹: hui⁹ rei memoriam in edendo ⁊ potādo carnem et sanguinem que oblata sunt: significamus. eadem dist. Quia domini. Remissio etiam peccatorum plus fit per vsum huius sacramenti: ꝙ per ipsum in se. Non enim tantum prodest in pixide conseruatū: sicut oblatum ⁊ sumptū in vera fide et deuotione. vñ aug. eadē dist. vtrū sub figura. Quia quotidie labimur: christ⁹ quotidie mystice pro nobis immolatur.

Ad idem paschasius cap. immediate precedēte. Hinc frequenter christus volens exprimere fructū hui⁹ sacramenti dixit: Qui manducat carnem meam: ⁊ bibit sanguinem meum habet vitam eternam. Mãducatio ⁊ potio huius sacramenti est vsus. Hinc ⁊ volens discipulos suos christ⁹ fructus huius sacramenti participes fieri: postq̄ corpus suū consecrauit non sistebat in consecratione. Neq̄ dedit discipulis vt ipsum honorifice cōseruarēt: sed dedit in sui vsum dicens: Accipite ⁊ manducate. Et quoniã per vsum manducatio transit ⁊ consumitur: dedit eis quotiens vellent cōsecrandi potestatē dum ad dix: Hoc facite in meam cōmemorationē: vt ita nunq̄ fructu (vsum sacramēti consequente) priuarentur propter sacramenti carentiã ⁊ defectum. Ex his satis patet q̄ cōsecratio ad vsum qui est eius mãducatio tanq̄ ad finem quodãmodo proximū ordinatur: q: christus postq̄ accepit panem benedixit, dedit discipulis suis vt mãducarent. ¶ Dedit autem discipulis suis qui secum in vltima cena agnum paschalē: qui figura fuit huius sacramenti: comederūt. vt sicut cum ipsis finem dedit sacrificijs legalibus ac cerimonijs iudeorū: ita cū ipsis inchoaret sacrificiū nouum vsq̄ in finē mundi duraturū. ¶ Dedit discipulis suis, ad instruendum q̄ nemo hoc sacramentū digne percipit nisi ipsius fuerit discipul⁹. Sunt autem christi veri discipuli qui quod summ⁹ veritatis magister de hoc altissimo sacramento credendū proposuit: fide certissima firmiter amplerant. Propterea non fuerunt veri discipuli: qui audita christi doctrina de hoc sacramento: abierunt retrorsum, dicentes: Quō potest hic nobis dare carnem suã ad mãducandū. Durus est hic sermo. Quis potest eum audire. Johannis. vi. Discipuli christi sunt qui preceptis eius studiose obtemperãt: fm qḋ dixit Joh. xv. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Propterea nō fuerunt veri discipuli christi: quibus imprecans dixit: Vos irritum fecistis mãdatum dei propter traditionem vestrã. Matth. xv. Discipuli christi sunt qui valide fraterna solidant charitate. De quo Joh. xiij. In hoc cognoscent oēs q̄ discipuli mei estis: si dilectionē habueritis adinuicem. Hec siquidem dilectio discernit discipulos ac filios dei a discipulis diaboli: vt Bern. ait. Quam si habuerimus: profecto ait, cognoscēt omnes pusilli ⁊ magni q̄ veri sumus discipuli christi. Qui eñ dilectionem ⁊ charitatem nō habent: quomō essent eius discipuli, qui preceptū dedit charitatis. Propterea nō fuit verus christi discipulus seru⁹ ille nequã qui conseruo suo debitum dimittere recusauit. Mat. xviij. ¶ Sequitur. ℬ Accipite ⁊ mãducate. Accipite cum beniuolentia: ⁊ non rapite cum violentia: q: qḋ vobis porrigitur panis est filiorū: qui sumendus est de manibus donãtis cum amore et dilectione. Nō rapiendus vi ⁊ violēta extorsione: ne forte magis rapinã cōmitteret quis dum rapit alienum: q̄ acciperet reuerenter quod gratuito ⁊ liberaliter ministrat dn̄s omniū. Rapiunt autem violenter: qui prohibiti, aut indigni, et velut canes immundi panem hunc filiorum canibus nō mittendum, accipiunt, aut tollunt: magis volentes hac sumptione peccata que dimittere nolunt: palliare: q̄ per humilem sue indignitatis recognitionem ad tempus abstinere, donec a peccatis mūdati: possunt purgata cōscientia salubriter manducare: accipientes hunc panem de manu donantis humiliter ⁊ deuote. Quomō enim discipuli christi ausi fuissent manducare dn̄m suum et magistrum: nisi eos ad manducandū quasi amicos ⁊ filios suos inuitasset, dicēs Accipite ⁊ manducate. Et iterū: Qui manducat me ⁊ ipse viuet propter me. Accipite ait dn̄s. Non est intelligēdum dicit Inno. q̄ sumptum corpus de manu dn̄i sibi inuicem discipuli ministrarent: sed qui cōsecrauit idem ⁊ ministrauit, dicens: Accipite: sc3 de manu mea: ⁊ manducate quod vobis offero. Accipite cum deuotione. Manducate cum veneratione. Vel accipite per fidem: manducate per charitatem. Vel accipite in officium: manducate vt anime alimentū. Vel accipite sacramentaliter: manducate spiritualiter: duplicem huius sacramenti comestionem fm Inno. significans. Dupliciter siquidem corpus christi comeditur q: dupliciter intelligit. Verū scilicet qḋ de virgine traxit christus ⁊ in cruce pepēdit: Et mysticū qḋ est ecclesia christi ipsa vegetata. De vero corpore dn̄s ait: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur ⁊c. De mystico dicit apl's Vnum corpus ⁊ vnus panis multi sumus. Corpus christi verum comeditur sacramentaliter. i. sub specie panis. Corpus christi mysticū comeditur spūaliter in fide cordis. De comestione sacramentali ait dn̄s: Accipite et manducate: hoc est corpus meum. De comestione spūali dicit: Nisi mãdu. carnem filij hois ⁊ bi. eius sanguinem: nō habebitis vitam in vobis. Hec Inno. ¶ Neq̄ tamen ex hoc negandū est corpus christi verū spiritualiter manducari: q: sicut mãducatur corpus christi mysticū per hoc q̄ aliquis assumit in societatem fidelium: aut firmius in ipsa solidat: ita mãducatur corpus christi veru3 spūaliter: cum quis membrū christi efficitur: et christo incorporatur: ipsiq̄ fortius per fidem ⁊ dilectionem cōiungitur. Vnde dicit Hugo li. ij. parte. viij. c. v. Deniq̄ carnes agni comedimus: quando in sacramento verum corpus sumendo per fidem ⁊ dilectionē christo incorporamur. Alibi qḋ manducatur incorporatur quando aūt caro christi manducat: nō qḋ mãducatur: sed qui manducat ei quem manducat: incorporatur. Idcirco voluit christus a nobis manducari: vt nos sibi incorporaret: quod non intelligitur nisi de spirituali manducatione quia in sacramentali tantum non fit hec incorporatio: nō tamen spiritualis excludit semper sacramentalem. ¶ Pro cui⁹ intellectu notandū, q̄ manducatio corporis christi dupliciter intelligitur spiritualis. Vno modo ex parte modi. Alio modo ex parte effectus. Ex parte modi quidē quia est manducatio corporis christi: non sub propria specie carnis ⁊ lineamētis corporalibus humano corpori cōuenientibus: sed sub specie aliena sub qua latet: ⁊ vt sic nō subijcitur alicui corporalium sensuum. Sub qua specie habet quodãmodo modū existendi spiritus: quia ibi est modo inuisibili ⁊ insensibili. Hec manducatio spiritualis vere est manducatio sacramentalis: ⁊ opponitur manducationi corporali seu carnali. De qua intelligebãt iudei: et q̄dam discipuli, cum christus faciens sermonem coram apostolis et quibusdam alijs dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis: ⁊ biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dicentes: Durus est hic sermo: quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum: ⁊ abierunt retro propter duriciã sermonis eius. Intellexerunt quidam carnem suam mãducandam quomodo in cadauere venditur: aut in macello periatur ac dētibus laniatur: ⁊ ideo fuerunt scandalizati. Vnde christus agnoscens q̄ inter se murmurabant dixit: Hoc vos scãdalizat, q̄ scilicet dixi carnem meam a vobis mãducandam Sed cum videritis filium hominis ascendērem vbi prius erat, in diuinitate scilicet: tunc videbitis quia non eo modo quo putatis corpus meum erogabo vobis vt morsib⁹ consumatur: quia cum ipso corpore integro vtriq̄ ascensurus sum in celum. Sic exponit beatus Augustinus. Recedentibus autē illis a christo, duodecim manētib⁹, apostolos instruxit de eo quod dixerat: Spirit⁹ inquit est qui viuificat: caro nō prodest quicq̄. Verba que ego locut⁹ sum vobis: spiritus et vita sunt. Caro non prodest quicq̄, quomodo scilicet illi intellexerunt carnales discipuli carnem christi carnaliter manducãdam. Spiritus est qui viuificat. i. caro mea spūaliter sumpta viuificat. Verba que locutus sum ad vos de carne mea manducanda, spūs et vita sunt. i. spūalem habēt intellectū: fm quem caro mea vitam prestat, sc3 sumpta spūaliter sub sacramento. vnde Aug. in expositione. iiij. ps. ⁊ habet de cōse. dist. ij. Prima quidem. Intellexistis spiritualiter, spūs ⁊ vita sunt sc3 verba que locutus sum vobis. Intellexistis carnaliter, etiam sic illa spiritus ⁊ vita sunt: sed tibi nō sunt spirit⁹ ⁊ vita q̄ spūaliter nō itelligis. spūaliter intelligite q̄ locut⁹ su3. Nō

hoc corpus quod videtis manducaturi estis: ꝛ bibituri il-
lum sanguinem quē effusuri sunt qui me crucifigent. i. non
eadem specie ꝛ representatione in qua vidistis manduca-
turi estis carnem meā sed in sacramēto. Unde sequit. Sa-
cramentū aliqđ cōmendaui vobis/spiritualiter intellectū
viuificabit vos: caro aūt non prodest quicq̄. Sed quō illi
intellexerūt/sic responderūt. Carnem quippe sic intellexe-
runt/sicut in cadauere vendit ꝛc. vt supra. Per que verba
nō intēdit btūs augustin⁹ excludere veritatē corporis chri-
sti in sacramento eucharistie: sed ostendere volebat ꝙ cor-
pus illud nō erat manducandū visibiliter in specie huma-
na: in qua a iudeis videbat: ita vt per partes sicut aialiū
ceterorū carnes discerperet. Erant tamen idem corp⁹ mā-
ducaturi sub specie panis inuisibiliter occultatū. Et hoc est
qđ idem subdidit. Sacramentū aliqđ vobis cōmendaui:
spūaliter intellectum viuificabit vos: nō volēs ꝙ corpus
christi sit tm̄ spūaliter ꝛ mystice sub sacramento mādu-
candum: sed spūaliter. i. inuisibiliter per virtutē spūs ꝑ quē et
viuificat. ¶ I Et ꝙ hec sit mens bti Aug. patet ꝑ eun-
dem in eplā ad hyreneū vbi dicit. ꝛ habet de cōse. dist. ij. c.
nō hoc. Nō hoc corp⁹ qđ videtis māducaturi estis: ꝛ bibi-
turi illū sanguinē quē effusuri sunt q̄ me crucifigent. Ipm
quidē ꝛ nō ipsum: ipsum inuisibiliter/ꝛ nō ipm visibiliter
q: ipsum sub specie panis ꝛ vini visibili nō visibiliter in ꝓ-
pria specie corporis sui. Unde idē in lib. sniarū ꝓsperi. Ca-
ro eius est quā forma panis opertā in sacramēto accipim⁹
Et sanguis ei⁹ quē sub vini specie potam⁹. ꝛ habet eadem
dist. Hoc est. Ad idem facit qđ dicit Aug. in ca. Utrū sub fi-
gura. eadē dist. Et nota ibi glo. reducentem modos loquē-
di impropios ad sermonis ꝓprietatē. Et qm̄ corp⁹ christi
sub panis velamine vere contentū non apparet corpora-
liter in ꝓpria specie: idcirco pōt dici quoddā spūale. Et ꝫm
hoc dicit Ambro. in li. de mysterijs. ꝛ habet de cōse. dist. ij.
ca. in illo. In illo sacramēto christ⁹ est: q: corpus est christi
nō ergo corporalis esca: sed spūalis. Et sequit: Corp⁹ em̄
dei est corpus spūale: corp⁹ christi corpus diuini spūs est.
¶ Cōcordat btūs Hiero. sup eplam ad Ephe. Dupliciter
inquit caro christi ꝛ sanguis itelligit. Uel illa spūalis ꝛ di-
uina de qua ipse ait: Caro mea vere est cib⁹: ꝛ sanguis me⁹
vere est potus. Et nisi mandu. carnē meā: ꝛ bibe. meū san-
guinem/nō habebitis vitā eternā. Uel caro mea q̄ crucifi-
xa est: ꝛ sanguis qui militis effusus est lancea. Et habetur
eadē dis. dupliciter. Per hoc qđ dicitur caro illa diuina et
spūalis/nō distrahit a veritate carnis realis: quasi ex hoc
ꝙ dicit spūaliter ibi esse: nō sit ibi vere ꝛ realiter: q: eadem
ipa ꝫm substātiā ꝛ realitatē qua tracta est a virgine: ꝛ pas-
sa est in cruce ibidem cōtinet. vñ Aug. Uoluit dñs in my-
sterio. glo. i. i sacramēto vere carnē suā ꝛ sanguinē suū cōse-
cratione. ss. potētialiter creari. i. transsubstantiari: vt sicut
de virgine ꝑ spiritūscm̄ vera caro sine coitu creat: ita ꝑeū-
dem ex substantia panis ꝛ vini mystice idē corp⁹ christi cō-
secretur. Corp⁹ christi veritas est ꝛ figura. Ueritas. dū cor-
pus christi ꝛ sanguis virtute spūsscti in virtute ipsi⁹ ex pa-
nis ꝛ vini substātia efficit. Figura vero illud qđ exteri⁹ sen-
titur. Ecce spēm q̄ sentit noiat corp⁹ christi. Item Amb. in
ca. Oia. de cōse. dis. ij. ait. Licet figura panis ꝛ vini videat
nihil tm̄ aliud q̄ caro christi ꝛ sanguis post cōsecrationem
credendū est. Uñ ipsa veritas ait ad discipulos. Hec inq̄t
caro mea est pro mūdi vita. Et vt mirabili⁹ loquar: nō alia
plane q̄ que nata est de virgine: ꝛ passa in cruce: ꝛ resurre-
xit de sepulcro: hec inquā ipa est: ꝛ ideo christi caro est q̄ ꝓ
mūdi vita adhuc hodie offert. ꝛ cū digne accipit/vtiq₃ vi-
tam eternā in nobis opat. Panē quidē istū quē sumimus
in mysterio illū vtiq₃ intelligo panē q̄ manu spūsscti forma-
tus est in vtero ꝟginis: ꝛ igne passionis decoct⁹ in ara cru-
cis. Panis em̄ angeloꝝ factus est hominū cib⁹. vñ ipe ait
(Ioh. vi.) Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi. Et itē
Panis quē ego dabo ca. m. est ꝓ mundi vita. Ex his nāq₃
duabus sentētijs aperte datur intelligi: q: panis est. ꝛ ille
nō duo: sed vn⁹ panis: et caro vna ꝓculdubio vnū corpus

efficitur (iste in prima autoritate: ꝛ ille in scda designatus
vt glo.) Illud vere: istud sane qđ sumptū est de virgine: qđ
passum est ꝛ sepultū: qđ resurrexit ꝛ in celū ascēdit: ꝛ sedet
ad dexterā dei patris: ꝛ qđ est venturum iudicare viuos ꝛ
mortuos. Hec ibi. ¶ L Ex omnib⁹ his infero primū mē-
brum tacte distinctionis: ꝙ māducatio corporis christi ve-
ri sub sacramento altaris potest dici spūalis ꝛ diuina: ꝛ ꝙ
non manducat corporaliter quomō iudei ipsum mandu-
candum intellexerunt. Qđ patet ex eorū responsione: Du-
rus est hic sermo: ꝛ quō potest hic nobis dare corpus suū
ad manducandū? ¶ Est igitur hec manducatio spūalis. i.
nō corꝑalis vel carnalis: sed nō est spūalis. i. refectiua spi-
rit⁹. Et hoc regulariter: q: ipsa cōmuni noīe vocat a doc.
māducatio sacramentalis: cui accidit vt manducās spūa-
liter reficiat: q: cōis esse pōt bonis ꝛ malis. Nisi em̄ ꝛ ma-
li hoc mō manducarent: quō dixisset aplūs: Qui manducat
ꝛ bibit indigne. iudiciū sibi māducat ꝛ bibit. Quō ꝑterea
dixisset Aug. Qui indigne accipit sacramētū: acquirit ma-
gnum tormentū. in ser. de verbis euā. ꝛ habet de cōse. dist.
ij. Quid est. Et idem. Qui discordat a christo: nec mandu-
cat carnez ei⁹: nec bibit sanguinē eius: scȝ spūaliter quoad
effectū: etsi tante rei sacramentū ad iudiciū sue ꝑditionis
quotidie accipiat. Et in ca. Sicut iudas. eadē dist. august.
Quisquis indigne sumit corp⁹ christi: nō efficit vt q: mal⁹
est malū sit/scȝ qđ accipit: aut q: nō ad salutē accipit nihil
accipit. Corpus em̄ ꝛ sanguis dñi nihilominus erat in illis
quibus dicebat aplūs: Qui manducat indigne: iudiciū sibi
manducat ꝛ bibit. Nisi etiā boni sic māducarent quō dixis-
set aplūs: Probet aūt selpm hō: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de
calice bibat. Et christus: Qui manducat carnem meā ꝛ bi-
bit sanguinem meū: habet vitā eternā. Quō preterea dixis-
set Aug. iiij. de tri. Corpus ꝛ sanguinē christi mystica prece
consecratū recte sumim⁹ ad salutem spūalem in memoriā
dñice passiōis. in ca. Corp⁹. j. dis. sepe allegata. ¶ L Se-
cundo mō potest intelligi māducatio spūalis ex parte effe-
ctus: q: scȝ ad ipsam sequit refectio spūalis/ipsi⁹ videlicet
anime soliditas ꝛ robur in vita spūali. Et ꝫm hoc māduca-
re spūaliter extēso vocabulo nihil aliud est/q̄ credere chri-
stum ꝛ ipm amare: vel credere in ipm ꝑ fidē formatā. que
scȝ ꝑ dilectionē operat. vñ Aug. sup Ioh. Credere in chri-
stum iesum. hoc est māducare panem viuū: qui credit mā-
ducat inuisibiliter saginat q: inuisibiliter renascit. Idē in
lib. de remis. pnie. Ut qd paras ventrem ꝛ dentē: crede ꝛ mā-
ducasti. Et tam large loquitur Augustin⁹ de spirituali mā-
ducatione: vt eam extendat ad patres veteris testamēti q̄
institutionem huius sacrosancti sacramenti longe preces-
serunt: ꝛ ad paruulos baptizatos/ante sacramentalē hu-
ius sacramenti perceptionem vita functos. Unde super il-
lud apostoli. j. Corinth. x. Patres nostri eādem escam spi-
ritalem manducauerunt: ꝛ omnes eundem potum spiri-
talem biberunt ꝛc. dicit: et ponitur de consecra. distinc. ij.
inquit. Inquit apostolus omnes eandem escam spiritua-
lem manducauerunt. Spiritualem itaq₃ eandem. Nā cor-
poralem aliam: quia illi manna māducauerūt: nos aliud
ꝛ omnes eundem potum spiritualem biberunt: aliud illi/
aliud nos: sed specie visibili: quod tamen idem est virtu-
te spirituali. Sed que illa esca eadē spiritualis: ꝛ quis po-
tus idem nisi caro ꝛ sanguis christi: mediator dei ꝛ homi-
num: qui erat cibus ꝛ satietas angelorum ꝫm diuinitatem
factus est cibus ꝛ potus viatorum ꝫm humanitatem. Nō
solum illoꝝ/qui post aduentum suum in carnem in ipsum
crediderunt: sed etiam precedentium/qui illud futurū qđ
nos preteritum non dubitamus: crediderunt. Illi siqui-
dem veteris testamēti patres carnem christi spiritualiter
manducauerūt quando explicite vel implicite crediderūt
filiū dei carnem humanā de nostra mortalitate assumptu-
rum: eandēq₃ daturū in cibū sub eucharistie sacramento.
Sic igit eādē escā comederūt sub māna: quā ꝛ nos sub ho-
stia: nō ꝙ sub māna verū corp⁹ christi contineret sicut sub
hostia: sȝ q: māna figura fuit corporis christi sub hostia: qđ

ipsi manducando manna spiritualiter intellexerunt. Idē igitur spūali virtute fuit: qđ ipsi manducauerūt: ⁊ qđ nos manducam⁹: q: corpus christi per mãna designari fide crediderunt: ⁊ nos fide affirmam⁹ idipm sub hostia cōtineri. Simili modo eūdem potum nobiscū biberunt/christi scꝫ sanguinem/cū biberunt aquam de petra: per quã effusionem sanguinis christi de latere itellexerūt significari. Per quam ⁊ futurã christi passionem crediderunt: ⁊ per eã sperauerunt a morte perpetua liberari: qđ ⁊ nos firmiter credimus ⁊ speram⁹. Patet igit̃ ex verbis beati Aug. patres ve. te. corpus christi spiritualiter mãducasse/non aliter ꝙ per fidem ⁊ dilectionē. ¶ M De pueris etiã ꝙ spiritualiter mãducant corpus christi in susceptione baptismatis patet per eūdem sup illud apli: Un⁹ panis ⁊ vnū corpus multi sumus. in sermone de infantib⁹: ⁊ habet̃ de cōse. dis. ij. quia passus. Nulli inquit aliquatenus est dubitandum vnūquēq; fideliū corporis ⁊ sanguinis dñici tunc esse participem/quando in baptismate membrū effic̃ christi: nec alienari ab illius panis sanguinisq; illius ꝯsortio: etiam si antequã panem illum comedat: calicēq; bibat: de hoc seculo migrauerit in vnitate corporis christi constitut⁹. Sacramēti quippe illius participatione ac beneficio nō priuabitur: qm̃ in se hoc qđ illud sacramentū significat inuenit̃. Quid aūt hoc sacramentū significet in eodem ca. explanat dicēs. Heretici qñ accipiūt hoc sacramentum: testimoniū cōtra se accipiūt: q2 illi querunt diuisionem: cū panis ille significet vnitatem. Et post pauca. Ita dñs noster iesus christus nos significauit: nos ad se pertinere voluit: vt mysterium pacis ⁊ vnitatis nostre in mensa consecrauit/in mensa scilicet vltime cene. Significat igit̃ ſm mentē aug. hoc sacramentū vnitatē nostrã: seu corporis christi mysticū q̃ est per fidem ⁊ charitatem. Qđ expresse declarat in quadã homelia: ⁊ habet̃ eadē dist. hoc sacramentū. vbi dicit: Hoc est sacramentū pietatis ⁊ est signū vnitatis/vinculū charitatis q̃ vult viuere accedat ⁊ credat ⁊ incorporet. Hunc cibū et potū societatem vult intelligi corporis ⁊ membrorū suoꝝ qđ est ecclesia in p̄destinatis. Societas aūt ⁊ vnitas in predestinatis ex nullis ita attendit̃ in presenti vita: quantum ex fide ⁊ charitate: q: hic effectus quidã sunt ⁊ media quibus btitudinem: ad quã predestinant̃ hoies: consequunt̃. Sicut ergo q: paruuli in baptismo fidem ⁊ charitatē suscipiunt: societatem intrant ecclesie: ⁊ membra corporis christi mystici efficiunt̃: ⁊ ita christo vniunt̃ et incorporantur: ipsiq; spūaliter adherent. Per cōsequēs christū spūaliter manducare dicunt̃: q: in ipsis est vnitas ⁊ societas cū ceteris christi mēbris: que ꝑ hoc sacramentū: vt dictū est: significantur. Qđ cōfirmat idem ad bonifaciū scribēs: Nec cogiteris inquit vitã habere nō posse paruulos: qui sunt expertes corporis ⁊ sanguinis dñi nostri iesu christi/dicente dño: Nisi mandu. car. filij hois ⁊c. de cōse. dist. iiij. In ecclesia. vbi glo. sup verbo cogiteris: quasi dicat nō dubiteris: immo certi sitis/ꝙ vitã habere non possunt paruuli: si sint expertes corporis christi. Corporis/glo. i. vnitatis ecclesie quã illa significat. Ideo sequit̃ statim ca. seq. Nulli est aliquatenus ambigendū tunc vnūquēq; fidelem corporis ⁊ sanguinis christi participē fieri: qñ in baptismate membrū christi corporis effic̃ ⁊c. vt. s. allegatū est. Ex quib⁹ satis patet ꝙ paruuli baptizati ſm Aug. in hoc corpus christi ⁊ sanguinem spūaliter ꝑcipiunt: q: scꝫ in christum credūt/et ipsum diligūt: sibiq; vniunt̃ ⁊ incorporant̃ saltē per habitus fidei ⁊ charitatis receptos in baptismate: lꝫ nō actualiter. Et hoc est qđ dictum est in principio illius mēbri distinctionis premisse/ꝙ mãducare christū spūaliter/est in christum credere actu vel habitu. ⁊ sibi per hoc vt capiti tanq̃ membrū incorporari. ¶ N De hac manducatione spirituali dicūt cōiter doctores itelligi debere verbū christi scriptum Joh. vj. Nisi mãdu. car. meã ⁊c. Et hoc ex ṽbis euangelij premissis huic verbo ⁊ sequētib⁹ ipm ꝯcludūt. Unde christus his q̃ saturati erãt ex quinq; panib⁹ ⁊ duob⁹ piscibus; nō tamen in eū credentib⁹; sed signū vt crederent petentibus dixit. Amen amen dico vobis: queritis me/nō q: vidistis signa: sed q: mãducastis et panib⁹ ⁊ saturati estis. Operamini cibū qui nō perit. id est operã date/vt habere possitis cibū spūalē qui nō perit vt cibus corporalis sumptus ad hoc vt nutriat: sed q̇ permanet in vitã eternã/quē filius dabit vobis. Illis aūt petentib⁹ semꝑ hunc panem dari eis declarat christus quis est ille panis: ostendens cū hoc modū quomō debeat manducari dicens: Ego sum panis vite: qui venit ad me nō esuriet: ⁊ qui credit in me non sitiet. Per qđ exprimit̃ modus quo hoc pane vti debet qui vult vt nō esuriat nec sitiat: qui est ire in christum: ⁊ credere in christū: que duo idem sunt: q: nō corpore: sed mēte ꝑ fidē charitate formatã itur in christū. Unde beatus Aug. de verbis dñi. Credere in deū est credēdo deū amare: credendo in eū ire: credēdo ei adherere: ⁊ ei vt membrū incorporari. ¶ Ex quib⁹ patet ꝙ idem est in christū credere ⁊ in christum ire: ⁊ qui credit in christū incorporat̃ christo: ⁊ fit membrū eius: ⁊ ꝑ hoc manducat christū ⁊ panem vite quē qui edit nō esuriet: sed habebit vitã eternam. Murmuribus aūt iudeis: q: christ⁹ se dixit panē vite: reperit quod premisit dicens: Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitã eternã: Ego sum panis vite. Et post pauca. Si quis mãducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Per quod apparet idem esse credere ⁊ manducare/christomet sic exponente. Manifestū est em̃/ꝙ ad nō esurire ⁊ sitire ꝑuenitur ꝑ manducare ⁊ bibere. ad qđ scꝫ nō esurire ⁊ sitire etiã ꝑuenitur per venire ad christū ⁊ credere in christū: ipso dicente. Qui venit ad me nō esuriet: ⁊ qui credit in me nō sitiet. ¶ Qđ aūt mãducare hunc panē/sit idem qđ manducare carnem ei⁹: declarat mox subiūgens: Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mūdi vita. Et litigantibus iudeis ⁊ dicētib⁹: Quomō potest hic nobis dare carnē suam ad manducandū: rñdit christus cōfirmãs qđ dixit. Amen amen dico vobis: nisi mãducaueritis carnē filij hois: ⁊ biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vitã in vobis: ⁊ cetera q̃ sequunt̃. Ex quibus christi verbis: videt̃ ꝙ mãducare carnem filij hois: ⁊ manducare panē qui de celo descēdit: idē sunt qđ credere in christū: q: qui credit in christū nō esuriet qui credit in christū habet vitã eternã: sicut manducãs panem quē christ⁹ promisit nō esuriet: ⁊ habet vitã eternam. ¶ O Et est singulariter attendendū/ꝙ quotiens christus loquitur de pane/siue de carne sua mãducanda: semper addit vel promittit vitã eternam: vnde quotiens Jo. vj. loquit̃ de pane: totiens de vita facit mentionē: q̃ vtiq; non semper sequit̃ manducationē sacramentalem: cū ipsa qñq; fiat ad iudiciū et dãnationē/ſm aplm. Uidetur igit̃ loqui de spūali: quã vita eterna cōsequit̃ iuxta doctrinam christi. ¶ Prefatã sententiã sup ceteros doc. explanat beatus Aug. sup Joh. vbi multa de hac materia ponit/exponens verba christi: vbi inter cetera loquēs de mãducatione corporis christi ita dicit: Deniq; iam exponit quomō id fiat qđ loquitur: ⁊ quid sit manducare corpus eius ⁊ sanguinem bibere. Qui mãducat carnē meã ⁊ bibit sanguinē meū: in me manet ⁊ ego in eo. Hoc est mãducare illã escã: ⁊ bibere illū potum/in christo manere: ⁊ illum manentem in se habere. Et per hoc qui nō manet in christo: et in quo christus nō manet: procul dubio nec manducat eius carnē neq; bibit eius sanguinē: etiam si tante rei sacramentum ad iudicium sibi manducat ⁊ bibit. Hec aug. ¶ Idem in homelia sequenti expresse declarat dicēs: Exposuit autem christus modū attributionis hui⁹ doni sui/quō daret carnem suã ad manducandū dicens. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinē meū in me manet ⁊ ego in eo. Signum quia manducauit ⁊ bibit hoc est: si manet ⁊ manet̃ si habitat ⁊ habitat̃: si erit ⁊ nō deseratur. Hec ille. Ecce causam propter quam qui mãducat habet vitam eternam: q: videlicet ipse manet in christo velut membrum christi: et christus in eo tanq̃ caput viuificans ipsum. Manet autē ⁊ habitat christ⁹ in nobis per fidē dicente apostolo. Inhabitare christū per fidē in cordib⁹ vestris. ad Ephe. iij. Ma

net etiā in nobis ⁊ nos in eo per charitatem: teste Johāne
Deus charitas est: ⁊ qui manet in charitate in deo manet
⁊ deꝰ in eo. i. Joh. iiij. Ideo aūt viuit ille in quo est christꝰ
q: ipse est vita. Dicit em̄ de seipso Joh. xiiij. Ego sum via,
veritas, ⁊ vita. ⁊ Deu. xxx. dicitur de eo. Illi aūt adhereas
ipse em̄ est vita tua. Ideo quilibet tunc spūaliter viuit: cū
christus p fidem ⁊ charitatem manet in ipo: q: iustus ex fi
de viuit. Abacuc. ij. ⁊ Gal. iij. Tūc igit̄ manducat illū ci
bum: sine quo nō habet̄ vita, carnem sc3 christi: de qua ipe
dixit. Nisi manducaueritis carnē filij hois: et biberitis eiꝰ
sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. De hac materia in
fra plus dicet̄ lec. lxxxiiij. ⁊ lxxxvij. cum tractabit̄ vtrū man
ducatio sub vtraq3 specie sit necessaria ad salutem. ⁋ P
Sequitur. Ex hoc oēs. Illa particula a nullo euangelista
rum reperitur addita p̄missę particule, sc3 accipite ⁊ cō
edite: sed eam mox sequit̄: Accipiens calicem gratias egit
⁊ dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc oēs: vt refert
Math. Credit̄ aūt ad hūc apposita locum per aplos in
principio nascentis ecclesie: a quibꝰ ad sanctos patres de
riuata, deuenit in vsum ecclesie vsq3 in hodiernū diē. Apo
stoli vero eā credunt̄ a christo audiuisse in cena: dum cōse
crato pane porrexit et dixit: Accipite ⁊ manducate ex hoc
oēs. Qđ aūt hec verba, christi verba sint: testat̄ Ambro. li
bro de sacra. ⁊ ponit̄ de cōse. dis. ij. panis in altari. ita dicēs
Vidisti q: accipis corpꝰ christi. Vis scire q: verbis celesti
bus cōsecrat̄: accipe q̄ sunt verba que dicit sacerdos: Fac
nobis inquit hanc hostiā sanctā, rōnabilē ⁊c. Inde oia il
la euāgeliste sunt: Accepit panē, grās egit, fregit ⁊c. vsq3
ad Accipite siue corpus siue sanguinē: Inde verba christi
sunt. Accipite et bibite ex hoc oēs. Et post pauca: Deinde
audi dicentē: accipite ⁊ comedite ex hoc oēs. Non est autē
verisimile a quoq3 hec verba addita ad verba euāgelista
rum, preterq3 ab aplis q̄ consecrationi christi interfuerūt.
De hoc satis supra dictū est in principio huiꝰ lectionis: vbi
tactum est ꝙ nō solū ea que ab euāgelistis accepimus de
christo certa fide tenemꝰ: sed etiā ea que aplica traditione
in vsum venere eccle: vt habet̄ dist. xi. ecclesiasticarū. Sic
em̄ tanq3 fidei articulū tenemꝰ ꝙ christus descēdit ad in
ferna q: in symbolo aploꝝ ponit̄ qđ in nullo euāgelistarū
reperit̄. Nec solū ea obseruamꝰ que p aplos ad nos p scri
pta descēderūt: sed etiā ea q̄ ecclia ab ipsis accepit ⁊ in cō
suetudinem duxit: vt dicit Aug. in ca. allegato a Dam. iiij.
li. sniarū suarū: cuiusmodi sunt multa que in dispēsatione
sacramētoꝝ obseruamꝰ: vt ꝙ ter imergimꝰ baptizādo ⁊ si
milia. ⁋ Q Et nota ꝙ pnomē hoc, cū dicit christꝰ: acci
pite ⁊ come. ex hoc oēs: nō demōstrat aliqđ fragmentorū:
cum singulis singula fragmēta distribuit: nā per se fregit
panem in partes iuxta numerū discipuloꝝ: quibꝰ singulis
de manu ppria singulas porrexit particulas. Et licet non
videat̄ necessariū fuisse vt eos singulos premoneret quasi
tenꝰ māducarēt ex hoc oēs: sicut dū eis porrexit calicem q:
pūtapat semel consecrauit calicem: ⁊ ideo nisi vnusquisq3
partem vini cōsecrati reseruasset sequenti discipulo: nō po
tuissent oēs ex eo bibisse: ideo premonitos eos esse oporte
bat: vt q̄libet sequenti discipulo partem reseruaret: qđ fa
ctum videtur per verbū christi dicētis: Diuidite inter vos
(vt Lucas refert) ⁊ bibite ex eo oēs: vt ceteri dicūt euan
geliste: tamen sub particularū specie, corpus suū tradens
dixit: comedite ex hoc oēs: ipsos ad sacramenti huiꝰ cōmu
nionem inuitando: qđ est sacramentū amoris, ⁊ charita
te maxima institutū: a quo neminē quantū in se est: secer
nere voluit: licet peccatores propter peccatum qđ a deo se
parat: accedere prohibeant̄. Neq3 per hāc prepositionem.
ex, cū dixit: ex hoc oēs. diuisionē innuit sui corporis p par
tes discerpēdi. Lōge id est ab intētione christi. ⁋ R S3
hic notādū, ꝙ in scriptura sepe agi videt̄ de vno: cū tamē
agitur de diuersis: vt in pposito, cū dicit̄: Accepit panem
benedixit, fregit, dedit discipulis suis. Hic de vno: scilicet
de pane videt̄ fieri locutio: cū tm̄ fiat de diuersis: bndixit
q̄de panē; sed fregit; nō panem: sed panis formā siue spēm
⁊ dedit naturale corpus suū. Nō omnino dissimiliter dixit
sm Inno. Manducate ex hoc oēs. Pronomen hoc, vt di
ctum est: demōstrat integrū corpus christi: ⁊ ex prepositio
innuit formā diuersam: vt sit sensus: Comedite corpus in
tegrum sub diuersa tm̄ ⁊ disticta specie panis: ⁊ sic species
panis diuidit̄: ⁊ corpus integrū manducat̄: Et sm hoc di
cit beatꝰ Aug. vnusquisq3 accipit partem suā. Per partes
manducat̄ christus ⁊ manet integer totus (de conse. dist.
ij. Qui māducāt.) vt referat̄ partialitas ⁊ diuisio ad sacra
mentū, hoc est ad spēs cōtinētes: totalitas vero ac integri
tas ad cōtentū. Dixit igitur dñs: Comedite ex hoc omnes
ex hoc scilicet corpore: de quo dixit: hoc est corpus meum.
Comedite nō faciēdo partes ex corpore: sed q: feci vobis
partes de pane: sub quibus oibus corpus meū cōtinet̄ qđ
offero vestrū cuilibet manducandū. Et ita (ex) qđ prepo
nit̄ pnomini (hoc) qđ corpus christi demōstrat: notat diui
sionem: nō in corpore: sed in corporis sacramento. Fuerūt
em̄ hec verba prolata a christo postq3 panem cōsecrauit: si
cut ⁊ post cōsecrationē discipulis suis dedit. Nam ⁊ fregit
postq3 cōsecrauit sm opinionē magis cōem supra positam
vt patuit ex premissis. Nec periculū fuit decidentiū parti
cularū ex fractione: qm̄ ita solitus erat christus frāgere ma
nibꝰ sicut alius cultro scindere. Propter qđ nouerūt eum
discipuli in emaus post resurrectionē in fractione panis. Lu. xxii.

⁋ Lectio. xxxvij. A

Circa hūc textū tria

mouentur dubia. Primū vtrū iudas fuerit
vnꝰ ex omnibꝰ christi corpus sacramētaliter
sumentibꝰ. Secundū: quale corpꝰ dedit dñs
discipulis, mortale an imortale. Tertiū an christꝰ in cena
sumpserit corpus ⁊ sanguinem suū cū discipulis. ⁋ Dubi
um primū oritur ex textibꝰ euangelistarū. Videtur enim
ex quodam passu iudam iam exisse conuiuiū christi ⁊ disci
puloꝝ: priusq3 christꝰ corpus suū sumendū discipulis tra
didit, ⁊ calicem ad potandū. Nam vt refert Math. chri
stus bibentibꝰ calicem, statim dixit. Dico aūt vobis, ꝙ nō
bibam amodo de hoc genimine vitis vsq3 in diem illū, cū
illud bibam vobiscū nouū in regno patris mei. Vobiscum
videt̄ demonstrare assumendos ad regnū patris. Et quia
hec verba ad oēs tūc presentes loquebat̄: oēs tūc presen
tes assumendi fuerant ad regnū patris, ⁊ in eo cū christo
bibituri. Et ex hoc videt̄ sequi ꝙ iudas presens nō fuerit:
q̄ ad regnū assumendus nō erat: ⁊ ita corpus christi nō ac
cepit. ⁋ Ex alio passu videt̄ interfuisse cōuiuio: cū christꝰ
suis discipulis tradidit suū corpus ad manducandū. Nā
sm Lucam christꝰ tradens calicem dixit. Hic calix noui te
stamenti est in meo sanguine q̄ pro vobis fundet̄. Verūta
men ecce manꝰ tradentis me: mecū est in mensa. Ex quo se
quit̄ ꝙ iudas q̄ dñm tradidit fuit secū in mensa. Quotq3
aūt fuerūt in cōuiuio eucharistiam acceperūt teste Mar
co biberūt ex eo oēs: ergo ⁊ iudas bibit: ⁊ per consequens
priꝰ manducauit: q: post corporis sumptionem tradidit ca
licem. ⁋ Preterea iudas cū accepit panis buccellam exi
uit cōtinuo: ⁊ erat nox: vt dicit Jo. xiij. ca. Christꝰ aūt post
alios cibos tradidit eucharistiā, postq3. s. cenauit: vt dicit
Lucas. Accepit ingens calicē postq3 cenauit, dicēs. Hic est
calix ⁊c. Videt̄ ergo ꝙ prius exierit: q3 christꝰ traderet eu
charistiam. ⁋ Ite christus tradens calicem ⁊ dicens: Hic
est calix noui testamenti in meo sanguine, q̄ pro vobis fun
detur. nullū presentium excepit. Multos autem excepit
cum dixit apostolis. Beati eritis si hec scitis ⁊ feceritis ea
statim excipiendo adiecit. Nō de oibꝰ dico. Ego scio quos
elegerim. Et iterū. Vos mundi estis: sed nō oēs. Ibidem Jo. xiij.
Igitur videtur ꝙ ad omnes bibentes calicem, sanguinis
effusio habuerit efficaciam quoad vite eterne consecutio
nem. Cum autem iudas beatitudinem consecutus nō est
sequitur ꝙ non fuit vnus ex his quibus christus dixit ver
ba premissa: Hic est calix noui testa. ⁊c. ⁋ Preterea christꝰ Math.
docuit sanctum nō esse dandum canibus: adeo nō videtur vij.
ꝙ suum

ꝙ suū sacratissimū corpus dederit iude ꝓditori: maxime q: iudas accipiendo mortaliter peccasset: cuius vt videt christus occasio fuisset porrigēdo: cōtra illud bti Aug. q. xxi. li. lxxxiij. q. Deo autore nemo fit deterior. ℂ B Ad hoc dubiū respondet dñs Inn. Tenendū forte est in illo casu sine aliorū preiudicio/ qđ Ioh. insinuat/ ꝙ iudas cum accepisset buccellam exiuit cōtinuo/ scʒ ad tradendū christū. erat eñ nox: post alios aūt cibos tradidit eucharistiā: vt elicitur ex illo Luc. xxij. Silr ⁊ accepit calicem postꝙ̄ cenauit. Accipiens aūt buccellā/ non accepit corpus christi: vt dicit btūs Augu. ⁊ ꝑ ɔ̄ns prius exiuit iudas ꝙ̄ christus traderet discipulis eucharistiā. Qđ vero Lucas post calicē cōmemorat traditorē: pōt intelligi ꝑ recapitulationē: que frequentius fit in sacra scriptura: vt scʒ factū prius/ narretur posterius: sicut Matth. xxvi. cōmemorat in vnctione pedes dñi ⁊ caput vnguētis post biduū ante suā passionē cū tñ Ioh. dicat illud factū ante sex dies pasche. eiusdem xij. Idem tenet Hilarius/ ꝙ christus corpus suū iude nō tradidit ꝓpter textū Mat. supra allegatū. Nō bibā amodo de genimine vitis ⁊c. Iudas aūt posterius non bibit: ergo nec tūc. ℂ Sed autoritatibus illis nō obstātibus/ oppositū eius qđ dictū est: cōius sustinet: ⁊ a sctis doctoribus approbatur. vñ dicit Diony. in de ecclastica hierar. c. iij. In qua (haud dubiū quin nouissima cena) autor ipse signorū scʒ christus/ eū qui secū nō pie: neq̧ concorditer pceperat in cena: a contubernaliū forte iustissime separat. vbi dicit: nō pium neq̧ cōcordem/ videlʒ iudā secū in cena pcepisse. Et loquit ibi Diony. de sacro eucharistie. ℂ Item Chrysos. sup Mat. dicit. Iudas particeps mysteriorū cōuersus nō fuit. vnde fit scelus eius imanius: tum q: tali ꝓposito imbutus adijt mysteria: tum q̄ audiens melior factus nō fuit: nec metu: nec beneficio: nec honore. ℂ Ad idē btūs Bern. in quodā sermo. De vna mensa comedūt iudas et petrus: petrus ad salutē: iudas ad dānationem. Pro illo etiam facit qđ dicit btūs Augu. (⁊ habet. j. q. j. christus.) Quid fecit nobis qui traditorē suū tanta patientia ptulit: vt ei primā eucharistiā confectā/ manibus suis ⁊ ore suo cōmendatā sicut ceteris aplis traderet. ℂ Itē sup Ioh. Cum intinxisset panem iesus dedit iude simonis scharioti: sed nō (sicut putant quidā negligenter legentes) tūc iudas corpus christi accepit. Intelligendū est eñ ꝙ iam oibus eis distribuerat sacm̄ corporis ⁊ sanguinis sui: vbi ⁊ iudas ipse erat. Sicut sctūs Lucas euidentissime narrat: ⁊ magr. iiij. sniarū distin. xj. ꝓpe finem. Eucharistia intincta nō debet dari populo pro supplemento cōionis: q: nō legitur christū alicui discipulorū prebuisse panem intinctum nisi iude: tūc vero nō accepit corpus christi iudas: sed tm̄ panem. Corpus vero ⁊ sanguinem christi ante/ cū alijs discipulis pceperat. Hec magr. ℂ Itē Bern. in ser. de cena dñi. Sciendum est inquit/ ꝙ oibus iam scʒ qñ porrexit iude panē intinctū distribuerat sacm̄ corporis ⁊ sanguinis sui: inter quos ⁊ iudas fuit. ℂ C Per hoc intelligitur ⁊ exponi pōt textus Ioh. supra inductus ad oppositū q: christus iam dedit discipulis scʒ ⁊ etiā iude corpus et sanguinem: quando iude porrexit panē intinctū: q: dicit btūs Aug. postꝙ̄ distribuit corpus suū ⁊ sanguinem: ventū est ad hoc vt scḋm narrationem Iohānis/ iude buccella panis porrigeret: ꝑ qđ suū expressit: licʒ tacite: ꝓditorem. Et qđ dicit Lucas: postꝙ̄ cenauit accepit calicē: referri debet ad esum agni paschalis: q̄ comestus fuit in cena principali: inter quā ⁊ institutionē sacramenti tp̄s aliqđ fluxit q: illa cena agni paschalis facta: lauit pedes discipulorū: priusꝙ̄ discipulis suis corpus suū dedit ad manducandū ⁊ post pedū lotionē resedit: ⁊ cenā primā ꝑ pedū lotionē interruptā cōtinuauit. vñ dicit Mat. Cenantibus illis accepit iesus panem. ⁊ tūc primo instituit sacm̄ ⁊ dedit oibus. Et deinde adhuc posterius dedit iude panem intinctū. vt dicit Ioh. In signū huius dicit Lucas bis: ⁊ accepto calice semel scʒ ante lotionem pedū post esum agni paschalis: ⁊ semel post institutionē sacramenti. Unde Aug. Lucas de duplici calice mentionē facit. Primo de calice vini post pascha iudeorū. Scḋo de calice sanguinis sui. His concordat btūs Hiero. in glo. sup Marcū: exponens illud marci. Et biberūt ex illo oēs. Ebrietas felix: salutaris satietas que quanto copiosius sumit: tanto sobrietatem mentibus dignatur donare. Et sequit ad propositū. Et iudas bibit: sed nō saturat: nec sitim extinguit eterni ignis: qui indigne sumit mysteria christi. Hic macula lune ostendit que nunꝙ̄ deletur. Luna ecclesie comparat merito: q̄ a se nō habet splendorem: sed a sole certis modis suscipit lumen idest a christo qui ꝑmanet in eternū. Sunt eñ quidam in ecclesia quos sacrificiū nullū emūdat: sed insipiens cogitatio ꝑducit ad culpas: q̄ se crudelitatis ceno miscuerūt. Sanguis eñ noui testamenti: qui pro multis effunditur: non omnes emūdat. Hec Hiero. ℂ D Per hoc ad primū argumentū sumptū ex verbis Matth. ꝙ christus dixit discipulis suis. Non bibā amodo ⁊c. Respondet btūs Tho. parte. iij. q. lxxxi. ar. ij. ꝙ xp̄s loquit discipulis a quorū collegio iudas se separauit: nō aūt christus eum exclusit. Et ideo christus quantū est in se: etiam cum iuda vinū bibet in regno dei: sed hoc conuiuiū ipse iudas repudiauit. Uel potest dici ꝙ dictio vobiscū/ referenda est ad discipulos nō oēs ibi presentes: sed predestinatos: de quorū numero iudas nō fuit. ℂ Ad secūdū dicit ꝙ non aliter accipiendū est dictū Luce: qui pro vobis effundet: ꝙ̄ dictum Matthei ⁊ Marci qui dicūt. Qui pro multis effundet. Unde sanguis christi pro oibus effusus est/ quantū ad sufficientiā: q: quantū fuit ex se sufficiens fuit pro saluatiōe omniū hoim. Fuit eñ effusio hec oblata a supposito diuino/ scʒ christo filio dei qđ fuit suppositū infinitū/ q: deus. Ideoq̧ accepta fuit q̄si meritū sufficiens a patre pro remissione etiā infinitorū peccatorū si essent. Est aūt effusus pro multis/ quantū ad efficientiā: q: pro predestinatis in quibus solis operat collationem beatitudinis. Et scḋm illud accipi debet dictū Luce: qui pro vobis effundet: solʒ discipulis predestinatis: nō tamen cū exclusiōe aliorū predestinatorū: de quorū numero nō fuit iudas. ℂ Qđ addit ꝙ iudas nō est exceptus sicut cū dñs ait. Uos mūdi estis sed non oēs. dicit ꝙ q: verba christi in vno sensu simpliciter vera fuerūt: etiā de ipso iuda pro quo sanguis christi effusus est quantū ad sufficientiā: ideo excipi nō debuit: sed hec verba. Uos mūdi estis. nō cōueniebant iude: qui tp̄e prolationis eorū immundissimus fuit: ideo merito exceptus. ℂ Ad tertiū dicit ꝙ doctrina christi intelligi debet/ vbi sanctū canibus sine scandalo negari potest ibi dandum nō est: vbi aūt nō/ dandū est. Nunc aūt sine manifestatione criminis secreti/ nō fuisset denegatū christi corpus: qđ oblatū fuit ceteris oibus. Ne ergo occultū crimen iude alijs reuelaret: ipm a cōione non repulit: dans in hoc nobis doctrinam ⁊ exemplum/ ne tales occulti petōres a cōione repellant: ne hoc facientes magis proditores/ ꝙ̄ correctores videamur: vt vult Inno. de offi. mis. Hinc statutū est in cap. si sacerdos. de offi. iudi. ordi. Si sacerdos pro certo sciat aliquem esse reū alicuius criminis: vel si confessus fuerit ⁊ emendare noluerit: nisi iudiciario ordine quis probare possit: non debet eum arguere noiatim: sed indeterminate: sicut christus dixit. Unus vestrū me traditurus est. Sed si ille cui damnū illatū est: petierit iusticiā: potest excōicare actorem damni: licet etiā ei confessus sit. Sed tamen nō potest eū nominatim remouere a cōione licʒ sciat eū esse reū: q: nō vt iudex scit/ sed vt deus: sed debet eū admonere ne se ingerat: q: nec christus iudam a cōmunione amouit. Hec Eugenius papa. Et in. c. nō prohibeat. de conse. dist. ij. Nō prohibeat dispensator pingues terre. i. diuites in peccatis. glo. in mensa dñi manducare: sed exactorem moneat timere. Concordat glo. Augustini sup illud. j. ad Cor. v. Nos a cōione queꝙ̄ prohibere non possumus: nisi aut sponte cōfessum: aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel seculari noiatū vel conuictū. ℂ E Sed circa hanc canonis particulam querit dñs Inno. Cū mi

bus malũ ſit reddi ſuſpectũ de crimine: ꝙ cõmittere crimẽ
⁊ de duob⁹ malis/cũ vrget neceſſitas: minus malũ eligen
dũ ſit: cur diſcretus ſacerdos non negat eucharıſtiã crimi
noſo: quaten⁹ minus incurrat/vt maius malũ euitet. i. po
tius reddaẗ ſuſpectus/ꝙ manducet indigne. Soluit di
cens. Sane cũ nemo debet vnũ mortale cõmittere ne ꝓxi
mus aliud malũ cõmittat: eligendũ eſt potius ſacerdoti
nõ ꝓdere pctõrem: ꝙ vt ille nõ peccet: ſed ille potius de
bet eligere vt abſtinendo reddaẗ ſuſpectus: ꝙ cõicando
manducet indign⁹. Unde Aug. in li. qſtionũ ſuper Gen.
Periculoſiſſime admittiẗ hec cõpenſatio vt nos faciam⁹
aliquid mali/ne alius grauius malũ faciat. Peccauit igiẗ
iudas ſumendo corpus chriſti de manu domini: q: ſe pec
catorem agnouit. Nec in hoc caſu põt quis famã ſuã cela
re: q: mai⁹ ꝓceptũ reſtringit ad nõ indigne cõmanducã
dũ: ꝙ ad conſeruationem ꝓprie fame. Debet ergo plus
ſe abſtrahere a cõione peccator: cũ diſpendio fame: ꝙ cor
pus dñi percipere cũ detrimento anime. Vñ q: iudas nõ
fecit: cõmunicando mortaliter peccauit. ¶ Querit conſe
quenter Inno. vtrũ chriſtus ad bonũ vel ad malũ tradi
dit iude euchariſtiã: arguit ad partes. Non videẗ quidẽ
dediſſe ad bonũ: q: aĩa ſua fuiſſet intentione defraudat⁹:
cõtra illud ꝓbere. Oia quecũq; voluit fecit. Judas enĩ
nõ ad bonũ: ſed ad malũ accepit. Sed nec ad malũ dediſ
ſe videẗ: q: chriſtus nõ eſt autor malorũ: ſed vltor. ¶ Sol
uit. Veriſſime dici poteſt ꝙ ſi illa prepoſitio ad/denotat
intentionem vel affectũ/cũ diciẗ: dedit ad malũ: falſa eſt
propoſitio. Si vo cõſecutionẽ innuat vel effectũ vera eſt
q: ſcilz male accepit bonũ/ad malũ accepit bonũ: q: malũ
ſequebaẗ in eo ad ſuſceptionem boni. iiij. ſententiarũ diſt.
ix. Et ex hoc docemur dicit aplũs. Qui mãducat ⁊ bibit ca
licem dñi indigne: iudiciũ ſibi manducat ⁊ bibit: ꝙ ſit ca
uendũ accipere male bonũ. Ecce enĩ factũ eſt malũ dum
male accipiẗ bonũ. Sicut ecõtra apoſtolo malũ factũ eſt
bonũ: cũ bene accipiẗ ab ipſo malũ: ſcz dũ ſtimulus ſatha
ne patienter portaẗ. Ergo ⁊ mala proſunt bonis: ſicut an
gelus ſathane paulo. Et ſancta obſunt malis: bonis ſunt
ad ſalutem mala: malis ad iudiciũ bona: q: mali male ac
cipiunt qd bonũ eſt. Et ex hoc patet ꝙ iudas chriſto auto
re non eſt factus deterior: q: ſibi nullũ malum intulit/ſed
bonũ: corpus ſcz ſuũ ſanctiſſimũ porrexit: qd factũ eſt ſibi
malum q: male ſumpſit. Et ſic verificaẗ illud qd de chriſto
Luce. ij. ſcribiẗ. Poſit⁹ eſt hic in ruinã ⁊ in reſurrectionem multorũ
in iſrael. Unde Paulus de ſe ⁊ alijs bonis chriſtianis di
ij. Cor. ij. cit/ꝙ alijs ſum⁹ odor mortis in mortem: alijs odor vite in
vitam. Ita ⁊ hodie bon⁹ predicator in eccleſia: dũ veritas
tem predicat multos mittit ad gaudiũ eternũ. Hos ſcz q
eius predicationem reuerenter ſuſcipiũt: firmiter adherẽ
do his q credenda proponit/⁊ opere implendo: que age
re mandat: ſuadet ex ſcriptura/⁊ precipit. Multos etiã
mittit ad ignem ſempiternũ: qui ſpretis eius ſermonib⁹ in
ſcripture incõmutabili veritate fundatis/ſe precedentiũ
malis morib⁹ ⁊ deprauatis abuſionib⁹: quas conſuetudi
nes appellant: tuentes: ſermones hmõi rectos ⁊ ſalubres
paruipendũt ⁊ poſtponũt: ⁊ in animarũ ſuarũ graue pe
riculũ ⁊ iacturaz. Sic igiẗ quẽadmodũ ſermo idem vtilis
eſt multis ad ſalutem: multis occaſio ad maiorem dãna
tionem. Sic ⁊ chriſti corpus bene diſpoſitis ipm ſuſcipiẽ
tibus medicinalis eſt anime refectio: male ſumentib⁹ iu
diciũ eſt ⁊ dãnatio ex praua ſumẽtiũ volũtate. ¶ ff Ad
ſecũdũ dubiũ quo queſitũ eſt/quale corp⁹ chriſtus dedit
diſcipulis: mortale an immortale: paſſibile an impaſſibile
Venerabilis Hugo lib. ij. de ſacra. par. iij. c. iij. Ego inqt
in hmõi qſtione ſicut in alijs profeſſus ſuz: oia ſecreta ma
gis veneranda ꝙ diſcutienda cenſeo. Simplicitati fidei
hoc ſufficere puto: ſi dicim⁹ tale dedit quale voluit. ⁊ rur
ſus quale dedit ipſe nouit: ideoq; tale dedit quale voluit:
q: oĩpotens erat ⁊ potuit omne qd voluit. Ideo aũt ipſe
nouit quale dedit: q: ſapientia erat: ⁊ nõ potuit ignorare
qd fecit. Propterea leuius ſe a queſtione abſoluit; ⁊ for

taſſe tutius in ſemetipſo ſubſiſtit: qui nõ dicit mortale de
dit: ne videaẗ dicere cõtra ſacramenti dignitatem. Nec di
cit immortale dedit ne eſtimeẗ credere cõtra eam q in chri
ſto ante reſurrectionez fuit mortalis corporis veritatem.
Propter hoc fortaſſe melius eſt/vt neutrũ diffinire preſu
mam⁹: ꝙuis tamen credaẗ ꝙ alterũ fuerit. ¶ Et ꝙ autẽ
hoc bene ⁊ catholice ſit dictũ: nõ tamen quietat de preſen
ti materia dubitantẽ: nempe licz chriſtus dedit tale quale
voluit: ⁊ quale voluit ipſe nouit: neſciẗ tamen quale dare
voluit: ⁊ quale ſe dediſſe agnouit. Verũtamen q: factũ ta
le mere cõtingens erat: ⁊ a ſolius dei beneplacito ⁊ volũ
tate depẽdebat: ipm certe ⁊ veraciter ſciri nõ põt: nec ple
ne inueſtigari: ſicut nec diuina voluntas in quacũq; alia
operatione/circũſcripta reuelatione: q de preſenti materia
nunꝙ legiẗ facta. Et ꝙuis ita ſit: tñ doctores ſe circa illud
occupantes/omni ſemota temeritate: qd veriſimilr⁹ chri
ſtũ feciſſe credi poterit: doctrinaliter docuerũt nõ tñ oĩno
in eadem ſñia cõcordantes. Uñ ipſemet Hugo declinãs
ad partem vnã ait. Ego (ſi alterũ dicendũ eſt) abſq; pre
iudicio veritatis/magis ad illud ſenſu accedo: vt corpus
impaſſibile ⁊ immortale: quantũ ſcz ptinet ad ſanctificatio
nem ſacri tradidiſſe dicaẗ. Et infra. Si enĩ hoc potuit vt
ipſe ſeipm manib⁹ geſtaret: ⁊ diſcipulis ſine corruptione
ſui ſe edendũ diſtribueret: ⁊ tñ ipſe qui dedit ⁊ q dabaẗ:
qui portauit ⁊ qui portabaẗ idez eſſet: qd mirũ eſt ſi diciẗ
ꝙ ipſe i eo qd dabat mortalis fuit: ⁊ in eo qd dabaẗ immor
talis fuit: ⁊ tamen ipſe q mortalis dabat: ⁊ q immortalis
dabaẗ: nõ duo/ſed vn⁹ fuit ipſe. Quõ enĩ immortalis non
dabaẗ qui inuiſibiliter ſumebaẗ: ⁊ incorruptibiliter man
ducabaẗ. Inuiſibiliter ſumebaẗ quantũ ad formam dico
proprij corporis ſui: nõ quantũ ad ſpeciem ſacramẽti ſui.
Inuiſibiliter enim ſumebaẗ: q: in eo qd ſumebaẗ qd ipſe
erat nõ videbaẗ. Chriſtus enĩ ſumebaẗ ⁊ ſpecies panis ⁊
vini tñ videbanẗ: ideo dico inuiſibiliter ſumebaẗ: ⁊ quod
erat nõ videbaẗ. Si ergo in eo qd dabat qd ipſe erat vide
batur: ⁊ in eo qd dabatur qd ipſe erat: nõ videbaẗ. Et ſi in
eo qd dabat tenebatur ⁊ crucifigebaẗ: ⁊ in eo qd dabatur
frangebatur ⁊ nõ diuidebaẗ: edebaẗ ⁊ nõ corrumpebaẗ.
Quid miraris ſi in eo qd dabat mortalis diciẗ: ⁊ in eo qd
dabaẗ immortalis ⁊ impaſſibilis predicaẗ. ¶ G Si qs
autem obijcit contra hoc qd ante reſurrectionem domin⁹
ieſus chriſtus corpus mortale portabat: ⁊ hoc diſcipulis
tradidit: q: dixit. Hoc eſt corpus meũ. ⁊ per cõſequens de
dit ipſis corpus mortale. Reſpondet Hugo. Hoc ipſi in
dubitanter profitemur: mortalẽ fuiſſe dominũ ieſum ſm
humanitatem ſuſceptã: q: ſi mortalem fuiſſe non credere
mus: mortuũ negarem⁹. Humana ergo natura in chriſto
mortalis fuit: ſed volũtate/nõ neceſſitate: ex eo enĩ quo ꝑ
gratiã ab omni peccato mũda/verbo dei in vnitatem pſo
ne iũcta eſt: ab omni mortis neceſſitate ⁊ debito libera fa
cta eſt: vt nihil morti deberet pro eo qd peccati nihil habe
ret. Suſtinuit tamen ſponte mortalitatem: q: mortẽ ſuſti
nere volebat. Si ergo ſponte mortalitatez portauit/quo
uſq; mortem guſtaret: ⁊ ita mortalitatẽ deponeret. Quia
ergo volũtate nõ neceſſitate mortalis fuit: ipſius morta
litatis proprietatem/ſm ꝙ ordo ⁊ ratio temporis poſtu
labat: priuſꝙ eam ꝑ mortem exueret totã aliqñ ex parte
quando voluit depoſuit: ⁊ rurſum qñ voluit recepit: vt in
hoc ipſo probaret: q: inquantũ eam ſuſtinuit: ex neceſſita
te nõ eſſet: q ſic pro poteſtate inquantũ voluit eam nõ ha
bere ſuſtinere oĩno non poſſet. Legiẗ in euangelio ꝙ dñs
ieſus chriſtus cũ verbũ vite predicaret: ⁊ ad vitam morta
les ⁊ morituros inuitaret/zelantes ⁊ inuidi hoſtes quez
ratione conuincere nõ poterant: furore extinguere vole
bant. Itaq; quaſi in eũ qui nihil amplius mortale habe
ret: manus iniecerũt: ⁊ duxerũt in ſuperciliũ montis vt eũ
inde precipitarent. Ipſe aũt vt oſtenderet ſe qdez morta
lem eſſe: ſuſtinuit vt teneretur: ⁊ vt iterũ demonſtraret:
quia volũtate non neceſſitate mortalitatem ⁊ paſſibilita
tem ferebat: nõ ſuſtinuit vt precipitaretur. Cum enĩ eſſet

ducendus: teneri se patienter tolerabat. Cū aūt esset precipitādus/potenter p mediū illoꝝ transiens ibat. Qñ voluit tenebat: quādo voluit nō tenebaꝫ. Quantū voluit ⁊ qñ voluit naturā mortalitatis admisit: quātū aūt eā sustinere noluit: ⁊ qñ noluit/eandē a se prātem remouit. Trāsiens inquit p mediū illoꝝ ibat. Nūquid putas ꝙ christus luctando se de manib⁹ inimicoꝝ subtraxerit/cuꝫ ab eis teneret: vt transiens liber p mediū illoꝝ iret. Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est: nō virt⁹ deitatis. Nō ita cōuenit: sed exhibuit se qualem voluit admittēs ad se ex eo qḋ sponte portabat quātū voluit. Si ergo christus mortalitatis naturā ſm dispensationis rōneꝫ diuine pri⁹ ꝙ eā perenniter victurus exueret. ſm tp̄us aliqñ ex parte deposuit: ⁊ iterū cū tp̄s postulabat assumpsit: quid mirū est/si dicaꝫ aliqñ pro causa ⁊ rōne tp̄is ſm aliquid ⁊ totā deposuisse: in qua tñ adhuc cū tp̄s postulabat passur⁹ fuit Si ergo hoc esse potuit/vt ipse seipm manibus gestaret: et discipulis sine corruptione sui edenduꝫ distribueret: et tamen ipse q̄ dedit ⁊ qui dabaꝫ: ⁊ qui portabat ⁊ qui portabaꝫ idem esset: quid mirū est si dicitꝫ ꝙ ipse in eo qḋ dabat mortalis erat: ⁊ in eo qḋ dabaꝫ immortalis fuit: ⁊ tñ ipse qui mortalis dabat: ⁊ q̄ immortalis dabaꝫ: nō duo/sꝫ vnus fuit ipse. Hec Hugo. In quib⁹ hoc vult in summa/ꝙ sub sacramento corpus suū christus immortale ⁊ impassibile tradidit discipulis suis: qḋ tamen adhuc passurū erat in ppria specie carnis. Pro illo dicto Hugonis facit glo. sup illud Math. xvij. Trāsfiguratus est ante eos: dicēs. Illud corpus qḋ habuit p naturā dedit: discipulis in cena nō mortale: nō passibile. Et sup illud Leui. ij. Si oblatio tua fuerit de sartagine ⁊c. dicit glo. Carnem suā ante passionem esui nō aptam/esui aptam fecit. Constat aūt ꝙ caro passibilis non erat apta esui: ergo fecit eam impassibilem. ❡ H Sed contra hanc opinionem arguūt aliq̄. Si sacramentū p triduū mortis christi reseruatū fuisset: aut btūs Petrus in triduo cōsecrasset: sequereꝫ ꝙ vnū ⁊ idē corpus simul ⁊ semel fuisset viuū ⁊ mortuū/passibile ⁊ impassibile: passibile in cruce/impassibile in sacramēto: mortuū in sepulcro/viuū in sacr̄o: ⁊ ita idem corpus in cruce fuisset vulneratū: ⁊ simul tpe in hostia integrū ⁊ illesum. ❡ Propter hoc est opinio alioꝝ cōtraria tenentiū ꝙ christus dedit discipulis suis corpus passibile ⁊ mortale. Unde magister dist. xj. quarti prope fineꝫ. Discipulis corpus tale dedit: quale tūc habuit: idest mortale ⁊ passibile: nūc ℞o sumiꝫ a nobis impassibile ⁊ imortale: nec tamen maiorem hꝫ efficientiā. Iteꝫ Inn. Quia incredibile iudicaꝫ vt ſm eandem naturā simul fuerit christus mortalis ⁊ immortalis: qḋ tamen ei cōgruebat ſm eandem psonā: pōt salua fide cōcedi ꝙ tale corpus christus tūc dedit: quale tunc habuit/mortale scꝫ ⁊ passibile. Nunc aūt sumiꝫ a nobis imortale ⁊ impassibile: nec tñ maioreꝫ habet efficaciā sicut nec maiorem potentiā. Et quasi respōdens motiuis Hugo subdit/ꝙ ergo passibilis edebaꝫ: ⁊ tamen ledebaꝫ nō erat humane nature: sed diuine potentie: qua valebat quicq̄d volebat omnino. Idem sentit glo. j. Coꝝ. xj. dicēs. Potest queri quale corpus discipulis suis dedit dn̄s. Et respondet per verba magistri statim allegata. Dedit tale quale habuit ⁊c. Hoc idem tenet be. Tho. san. Bonauen. Egidius de roma/⁊ doctores cōiter. De hoc tñ ꝙ improbatio prime opinionis tāgit: an scꝫ possibile sit vnū ⁊ ideꝫ corpus pro eodē tpe esse simul mortuū ⁊ viuū: animatū ⁊ inanimatū: pati ⁊ habere dotem inpassibilitatis: ⁊ an illa sequanꝫ ad positionē illām primā: q: innitiꝫ alijs principijs: posterius scꝫ lec. xlvj. ptractandis ideo vsq ibi differatur/vna cū solutionib⁹ rationū hincinde adductarū. ❡ I De tertio dubio/scꝫ vtrū christus sumpsit corpus ⁊ sanguinē suū in cena. Recitat Alex. de ales parte. iiij. q. xliij. ⁊ post eū sctūs Tho. parte. iij. q. lxxxj. duas opiniōes. Nam quidā dixerūt ꝙ christus in cena corpus ⁊ sanguinē suū discipulis suis tradidit: non tamen ipse sumpsit. Non eñ aiunt/de christi factis ⁊ dictis asseri debet qḋ autoritate sacre scripture nō tradiꝫ. In euangelijs aūt nō habeꝫ ꝙ christus corpus suū manducauerit: aut sanguinem suū biberit: ergo nō est asserendū. ❡ Iteꝫ nihil est a seipso diuisum neq christus: sed assumptū est diuisum a sumente: ergo. Item frustra assumpsisset: q: aīa christi non indiget nutritione: sacr̄m aūt corporis christi nutritio est sp̄ūalis anime. Sed hec opinio nō acceptaꝫ: q: obuiat scripture canonice sane intellecte ⁊ autoritatib⁹ sanctoꝝ. Unde respondeꝫ ad dubiū/ꝙ christus in cena accepit corpus suū manducando: ⁊ sanguinem suū potauit primo: ⁊ de hinc suis discipulis tradidit. Un̄ sicut christus suscepit circūcisionē ⁊ baptismū q̄ fuere maxima sacramenta quantū ad necessitatem in vete. ⁊ no. testa. nō tñ suscepit necessitate purgationis: sed dispensatione nostre informationis: vt esset alijs exemplum ⁊ informatio: vt que obseruanda ab alijs institueret: prius ipse obseruaret: ſm illud Act. j. Cepit iesus facere ⁊ docere. Un̄ Chryſ. sup Mat. xxvj. dicit. Bibit ex eo vt audientes hoc nō dicerent: quid sanguinē bibo ⁊ carnē manduco. Ut eñ nō turbarenꝫ sicut turbati fuerūt/qñ multi abierūt retro: prius sanguineꝫ suū bibit. Hoc etiā innuit textus euangelicus vbi legiꝫ in Math. Marco ⁊ Luca/ꝙ christ⁹ accepit panē ⁊ caliceꝫ: qḋ nō est intelligendū ꝙ accepit solū manib⁹ ad distribuendū discipulis: sed eo modo accepit quo modo accipiendum alijs tradidit. ❡ Qḋ aūt sic intelligendū est probant sanctoꝝ autoritates. nam Ruth. iij. dicit glo. sup illud: Cūq comedisset ⁊ bibisset. Comedit christus ⁊ bibit cū in cena corporis ⁊ sanguinis tradidit sacr̄m apostolis. Unde q: pueri cōmunicauerūt carni ⁊ sanguini ⁊ ipse participauit eisdem. Item Leuiti. viij. sup illud: Cūq de sanguine arietis ⁊c. glo. Esich. Primo sacerdos: postea filij eius sanguine vngebanꝫ: q: christus in cena primo sanguinem accepit: deinde discipulis suis dedit. Item alia glo. ibidē. Cū bibit ⁊ alijs bibere dedit: intelligibilem sanguinē sup altare. i. corpus suū fudit. Item ad heldibiā Hiero. ⁊ habeꝫ de cōse. dist. ij. nec moyses. Nec moyses dedit vobis panē verū: sed dn̄s noster iesus ipse cū apostolis cōuiua ⁊ cōuiuiū: ipse comedens ⁊ qui comediꝫ. Unde de hoc etiā quidam metrice dixit: Rex sedet in cena turba cinct⁹ duodena: Se tenet in manib⁹: se cibat ipse cibus. ❡ Per hoc ad primū patet/quō hec veritas in euangelio contineꝫ/sane ſm sctōꝝ expositionē intellecto. ❡ L Ad scd̄m diciꝫ ꝙ aliquid a se esse diuisum pōt intelligi dupliciter. Uno mō quantū ad intrinseca. i. substantialiter: vel ſm naturā qua diuisum nō retineret naturā ⁊ substantiā ei⁹ a quo diuidiꝫ Alio modo quantū ad locū aut extrinseca: ⁊ sic pōt esse diuisum a seipso: pro quanto idem pōt esse in diuersis locis ⁊ in vno loco habere aliquid qḋ in alio loco nō habet. sicut diciꝫ de anima q̄ est in pede ⁊ in corde. ⁊ habet intellectionem ⁊ volitionem in corde nō in pede: saltem nō oportet. Primo modo idem a seipso diuidi non pōt: sed bene secūdo modo: q: sic idem diuidi a se nō est aliud nisi idem esse in diuersis vbi: vel habere aliq̄d in se in vno loco ⁊ eo carere in alio loco. Qḋ quō est possibile postea patebit. Ad tertiū patebit statim. ❡ L Sed hic queri posset an christus sumpsisset seipm in cena sacramentaliter vel spiritualiter. Et videꝫ ꝙ nō sp̄ūaliter: q: manducatio sp̄ūalis gratiā auget: ⁊ vnit manducantem christo ⁊ incorporat: sed christus est sibiipsi summe vnus: ⁊ habet gratiam inaugmentabilem ab instanti sue cōceptionis: igiꝫ nō spiritualiter. Nec sacramentaliter tm̄: q: hoc est tm̄ malorū. Iteꝫ sic minus dedisset se sibi/ꝙ discipulis quib⁹ dedit ad manducandū sacramentaliter ⁊ sp̄ūaliter. Respondent quidā vt recitat Alexā. de ales. q. xliij. par. iiij. membro. ij. ꝙ christus sumpsit se: ⁊ nec sacramentaliter nec sp̄ūaliter Unde dicūt hanc diuisionē manducationis vel sumptionis in sacramentalem ⁊ sp̄ūalem esse manducationis mēbroꝝ ⁊ nō capitis. Cuius manducatio nō erat ppter alicuius defectus reparationem: aut propter effectū gratie in ipso assequendū: sed vt esset exemplū nostre manducatio

nis. Sed hoc nõ placet Alerandro: ideo respõdet ꝙ sum-
psit sacramentaliter tm̄: nõ sicut baptismū suscepit sacra-
liter tm̄ ⁊ nõ rem: sic ⁊ hoc sacrm̄. Fuit em̄ in christo cogni-
tio hui⁹ sacramēti quā presupponit sacralis sumptio. Nõ
aūt fuit spūalis manducatio: q: nõ spūalis refectio ꝑ in-
corporationē: q: sibi incorporari nõ potuit q̇ sibi idē fuit.
Incorporatio aūt distinctionē ponit incorporati ⁊ ei⁹ cui
fit incorporatio. Neq̄ charitatis augmentatio: q: licz chri-
stus fuit viator: fuit tamen ꝑfectissim⁹ apprehēsor: ⁊ ideo
proficere nõ poterat: nec habitu charitatis: nec motu fer-
uoris. Alius aūt viator q̄n ꝑfectus: si digne ⁊ spūaliter
recipit hoc sacrm̄: intendit̄ in eo charitas motu vel habi-
tu. Ratione em̄ gratie vnionis qua maior ē nõ põt habe-
re creatura: nõ potuit in christo augeri gratia. Ab instan-
ti em̄ conceptionis/tanta abūdauit gr̄a ꝙ nulla ei potuit
fieri additio: sed nec meruit sibi: licz meruit nobis. Nõ er-
go spūaliter manducauit: sed sacraliter tm̄: nõ spūaliter
ꝓpter vltimitatē sue ꝑfectiõis ⁊ sanctitatis. ❡ M Per
hoc ad rõnes in cõtrariū. Ad illam q̇ arguit ꝙ manduca-
tio sacralis est tm̄ maloꝝ/hoc neget̄: q̄m nõ tm̄ malicia su-
mentis est cā sacramentalis sumptionis: sed q̄nq̄ ꝑfectio
gratie s̄m vltimitatē ꝑfectionis. Unde ratio sacramenta-
lis sumptionis tm̄ est: q: sumens nõ est capax spūalis effe-
ctus hui⁹ sacramenti. Hoc aūt põt cõtingere duplici de cā:
aut ꝓpter maliciā sumentis: ⁊ hoc indignitatis est: vt in
peccatorib⁹: aut ꝓpter plenitudinē gr̄e: ⁊ hoc ꝑfectionis
est: ⁊ in solo christo fuit. ❡ Ad aliud patet ꝙ nõ min⁹ de-
dit sibi q̄ discipulis quantū ad veritatem primi cõtenti in
sacro/scz corporis ⁊ sanguinis sui: nec quantū ad gratiā
⁊ charitatē: quā licet tūc nõ recepit: tamē eā prius in sum-
mo habuit: ita ꝙ maiorem s̄m ordinatā dei potentiā ha-
bere nõ potuit. ❡ Addit tamen Alex. quēdam modū s̄m
quē saluari posset christū sacramētaliter manducasse/ di.
Uel põt dici ꝙ in spūali manducatione sunt plura instar
modificationis corporalis/scz deliberatio/delectatio/as-
similatio/ vnio seu incorporatio. Quantū ad duo prima
scz deliberationē ⁊ delectationē manducauit se: q: plene
deliberauit ⁊ cõsiderauit q̇d sumebat ⁊ quātū erat ⁊ qua-
le. Plenā etiā ibi habuit delectationem. Quanto em̄ ma-
gis cognoscebat totā virtutē mysterij ⁊ melius disposit⁹
erat: tanto magis delectabiliter sumpsit. Quātū ad alia
duo/nõ manducauit se: vt patet ex premissis.

❡ Lectio. xxviij. A

Hoc est enim corpus

meū. ❡ Premissa hui⁹ sacramēti institutiõe
quantū ad tp̄s ⁊ materiā/modū/finē/⁊ rõ-
nem motiuā facta a christo: subdit̄ verboꝝ
forma quib⁹ ꝑficit̄ ipsa consecratio. Cuius em̄ (vt. s. dictū
est) christus dñs dei patris naturalis fili⁹ eidē cõsubstan-
tialis natura/equalis virtute, ⁊ potentia sua diuina ptāte
panē in corpus suū cõuertere potuit absq̄ verboꝝ quoꝝ-
libet ꝓlatione/sola sua qua celū ⁊ terrā creauit ⁊ vniuersa
de nihilo oīpotenti voluntate: vsus tn̄ est paucis certisq̄
verbis: quib⁹ panē in corp⁹ suū trāssubstātiauit. Perfectu-
rus em̄ hoc sacrm̄ ait cenantib⁹ aplis. Accipite ⁊ comedi-
te: hoc est corpus meū. Nec solus ipse his verbis vti vo-
luit in sua ꝑsonali cõsecratione: verū ⁊ aplos/quib⁹ se pri-
mū dedit in cibū: nec tm̄ aplos: sed oēs eoꝝ in sacerdotio
legitimos successores rite ab eccl̄ia ordinatos ꝑut supra
lec. ij. ⁊. vj. latius est probatū. His ergo verbis cõtulit dñs
vim cõsecratiuā eucharistie. De quo paschasius in quodā
trac. de sacro sic ait. Nulli dubiū ꝙ sicut q̄n in noie patris
⁊ filij ⁊ spūssācti/ ter mergimur in fonte vtiq̄ baptizamur:
nõ in virtute ⁊ ptāte illius qui hoc dicit: sed in virtute chri-
sti qui hoc precepit/dicens. Ite docere oēs gentes/bapti-
zantes eos in noie ⁊c. Sic ⁊ hoc sacrm̄ nõ meritis/nõ ver-
bis humanis. i. in ꝑsona hoīs ꝓlatis: sed ꝓculdubio diui-
nis efficit̄ ⁊ cõsecrat̄ mandatis. Idcirco estimādū nõ est
ꝙ alteri⁹ verbis: ꝙ vllis meritis: ꝙ potestate alicui⁹ ista
fiant: sed verbo vtriq̄ creatoris. Et post modicū. Propter-
ea veniendū est ad verba christi: ⁊ credendū ꝙ in eisdem
verbis id conficiat̄. Reliqua oīa que sacerdos dicit: aut
clerus canit/nihil aliud q̄ laudes et gratiarum actiones
sunt: aut certe obsecrationes: fideliū postulationes ⁊ pe-
titiones. Uerba aūt christi sicut diuina sunt: ita ⁊ efficacia Math. xxiiij.
vt hoc scz proueniat: q̇d iubet. Celū inquit christus ⁊ ter-
ra transibūt: verba aūt mea nõ transibūt: sed facient oīa Marci xiij.
ad que missa sunt. Cum igit̄ dicit christus. Accipite ⁊ man-
ducate ex hoc oēs: hoc est corpus meū. ilico ibi comparuit Luce. xxi.
corp⁹ suū. Et subdit Paschasi⁹. Sane forte putares ꝙ de
illo solo vno pane: ⁊ illa hora hoc esse iusserit. Ad q̇d tol-
lendū adiungit. Hoc facite in meā cõmemorationem. Un-
de fatendū ꝙ quicq̇d illud fuit q̇d apostoli a christo per-
ceperūt: hoc totū est istud quod sacerdotes ⁊ fideles per-
cipiunt. Et si velis audire quid est. Hoc est inquit corpus
meū: q̇d pro vobis tradetur. In hoc ergo verbo creatur
illud corpus: q: diuinum verbum est ⁊ omni potentia ple-
num est. Et quod dicit: hoc est corpus meum quod pro vo-
bis tradetur: crede o fili q: ita est: quoniā ipse dixit ⁊ factū
dubitare non potes. Ipse mandauit ⁊ creatū est. Prece-
ptum ergo posuit: in meā cõmemorationem hoc facite: et
ideo quotienscūq̄ fit catholice: vere hoc fit q̇d dictum est
hoc est corpus meū. ❡ Ex quibus verbis Paschasij satis
habetur/ꝙ his verbis christi: hoc est corpus meū: corpus
christi consecrat̄. Hoc ipsum expresse dicit Ambro. de con-
se. disti. ij. panis est in altari. Ubi inquit/sacramentū con-
ficitur: iam non suis sermonib⁹ sacerdos: sed sermonibus
vtitur christi: ergo sermone christi conficit sacramentum.
Accipe que sunt verba christi. Accipite ⁊ manducate/hoc
est corpus meū. Idem Innocen. in. c. cum marthe. de cele-
bra. missa. Forma ait/verboꝝ qua christus v sus est/cū pa-
nem et vinū in corpus et sanguinem transsubstantiauit:
est que ponitur in canone misse: qua vniuersalis vtit̄ eccle-
sia: quam apostoli acceperūt a christo: et ab ipsis eorum
acceperūt successores. ❡ B Sed pro intellectu dicen-
dorū de forma huius sacramenti/notandū ꝙ proprie lo-
quendo refert loqui de forma huius sacramenti: ⁊ de for-
ma cõsecrationis huius sacramenti: quod singulare est in
hoc sacramento. Siquidem s̄m Sco. q. j. disti. viij. lib. iiij.
omnia alia sacramenta cõsistūt solū in vsu quodam et in
fieri: ita ꝙ idem ibi est sacramentū ⁊ perceptio sacramen-
ti: sicut idem est baptism⁹/⁊ ꝑceptio baptismi. Non em̄ ba-
ptismus est aqua: aut cõfirmatio chrisma. Sed hic est lo-
tio facta in aqua cum certa verboꝝ forma: ⁊ hec est vnctio
hominis in fronte facta a pontifice sub forma verboꝝ de-
bita. Nec in his ꝑmanet sacramentū transeūte vsu seu ta-
li perceptione aut actu. Sacramentum ꝟo eucharistie est
quoddā permanens etiam ante vsum eius: qui cõsistit in
eius sumptione: ⁊ hoc congruū erat: q: christus permanē-
ter voluit esse nobiscū: ergo in aliquo signo ꝑmanente/ca-
iusmodi signū est sacramentū istud. Habet ergo sacramē-
tum eucharistie esse ꝑmanens ⁊ non successiuū. Est em̄ sa-
cramentū eucharistie species panis ⁊ vini/corpus et san-
guinem christi cõtinentes: vel etiā ipm corpus christi s̄m
certā sacramenti acceptionem: et tam species cõtinentes/
q̄ corpus christi cõtentū res sunt ꝑmanentes. Rei autē
ꝑmanentis forma esse nõ potest quid successiuū: cum res
habens formā nõ possit esse sine forma: ꝑmanens aūt ma-
net: successiuū ꝟo non: q: eius esse cõsistit in quodam fie-
ri. Et q: verba nõ possunt esse nisi in quadā successiõe ꝓla-
tionis/saltem vocalis/de quib⁹ nunc est sermo: ideo mani-
festū est ꝙ nõ possunt esse forma sacramenti eucharistie:
alioquin cessantib⁹ verbis/non esset sacramentū euchari-
stie. Q̇d dicere foret hereticū: immo cessantib⁹ verbis con-
secrationis/incipit esse sacramentū eucharistie. Desinunt
enim verba per primum non esse: et primum non esse ver-
borum/est primum instans eucharistie. Unde patet ꝙ nõ
sunt simul verba consecrationis eucharistie et sacramen-
tum eucharistie. Consecratio aūt huius sacramenti: que

est quedã via ad sacramentũ: est res successiua consistens in fieri: ꝛ ita requirit certã formã verborũ: q̃ dici possunt verba sacralia ſm Scotũ lib. iiij. dist. viij. q. j. Uerba vtiq; sunt forma cõsecrationis sacramẽti: nõ forma sacramenti: q: ptinent nõ ad esse sacramenti: sed ad fieri sacramenti: ptinent aũt ad esse cõsecrationis qd consistit in fieri: vt dictũ est. Alioꝝ aũt sacramẽtoꝝ forme sunt verba: q: alia sacramenta nõ sunt nisi in fieri sicut ꝛ ipa verba. ¶ E Si queris ergo q̃ est forma sacramẽti eucharistie: põt dici ſm doctorẽ supradictũ: ꝙ in sacro eucharistie non est aliquid tanq̃ materia: ꝛ aliud tanq̃ forma sicut in sacramẽtis ceteris. Cuius ratio est: q: istud sacrm̃ est pmanens: ꝛ ideo (vt dictũ est) nõ possunt aliqua verba ad ei⁹ essentiã pertinere. In quocũq; eñ sacramento distinguunt materia ꝛ forma. Signũ visibile dicit esse materia: verba þo forma. In isto aũt sacro sole species panis ꝛ vini sunt sacrm̃: que sunt forme quedã accidẽtales sine materia: vt infra dicet: quarũ nõ est alia forma. ¶ Si dicis / species ille nõ sunt sacramentũ nisi inquantũ sunt signa rei sacramẽtalis: non habent ergo esse sacrm̃ ex eo ꝙ species panis ꝛ vini sunt: sed ex representatione rei cõtente: igit saltem significatio erit forma sacramenti: q̃ dat esse sacramento. Rñdeo breuiter ꝙ in sacro eucharistie. i. in eo qd est sacrm̃ tm̃ ꝛ non res: nõ est aliqua realitas preter species illas sensibiles. Neq; representatio aut significatio addit aliquã rem speciebus q̃ sit aliquid sacri. Sed q: sacrm̃ nõ est termin⁹ absolutus sed cõnotatiu⁹: ideo supponit pro specieb⁹ panis ꝛ vini: cõnotando institutionem / qua instiute sunt a christo ad efficaciter significandũ rem cõtentam: sed illa institutio vel est christus instituens: vel species institute: aut vtrũq; simul. Et nihil dicit distinctũ a specieb⁹ qd sit aliqd sacramẽti: nisi quis diceret ꝙ sacramentũ diceret relationem vel respectũ supadditũ: quem nõ opinor esse ponendum. Quotiens ergo dicunt verba esse forma sacramenti eucharistie: intelligendũ est ꝙ verba certa sint forma cõsecrationis eucharistie: ꝛ ita cõsequẽter loquendũ erit de forma. ¶ D Quia aũt inter cetera diuine pietatis beneficia humane saluti prestita: institutio hui⁹ sacramenti mirabilis excedensq; humanã intelligentiã predicat: ſm illud pphete. Memoriã fecit mirabiliũ suoꝝ misericors ꝛ
Ps. cx. miserator: dñs: escã dedit timẽtib⁹ se. Sũt quoq; in eo nõnulla cursui nature cõtraria / ac itellectui difficillima: ideo presupposita fide certissima / absq; temeritate scrutãdi diuinã tremendãq; maiestatem cũ omi humilitate ꝛ timore ex doctorib⁹ orthodoxis querendum nobis est ꝛ laborandum / si ad aliqualem creditoꝝ intelligentiã ptingere valeamus: quatenus innotescat quid vere: quid pie: quid sobrie de hoc mirifico ac mirabili sacramento asseri: quidve negari: quid deniq; veritatem fidei impugnantib⁹ possit catholice responderi. Diuino ergo cõfisus auxilio: vt in dicendis vitet cõfusio: hoc ordine statui procedendũ. Ut in prosecutione forme quattuor principaliter inquirantur. Primo de forme itegritate. Scdo de forme efficacia ꝛ virtute. Tertio de forme veritate. Quarto de cõuenienti dictoꝝ expressione. ¶ Circa primũ inuestigabit que ꝛ quot verba sint de forme consecrationis essentia. Secundo an in illa forma ad cõsecrandũ sufficiat si pretermitterentur verba canonis precedentia ꝛ sequentia. Tertio vtrũ propter mutationem quorũdã verboꝝ forme impediat cõsecrationis efficacia. ¶ Circa secundũ principale tractabit quis effectus sequit ad plationẽ debitã forme. ¶ E Et qm̃ ſm oẽs catholicos tractatores ibi icipit esse corp⁹ christi: qd cõsiderari põt ſm habitudinẽ oĩm predicamentoꝝ: q: viris scholasticis loquor: placuit ſm ordinem eoꝝ inquirere mirabilia dei in hoc sacramento. ¶ Quantũ ad predicamentũ substantie: vtrũ ibi sit verũ ꝛ substantiale corpus christi. Qua substantiali mutatione inceperit esse corpus christi in sacramento. Quid etiã in quid cõuertatur. Que substantia maneat: q̃ desinat. Et an desinens annihilet. ¶ Quantũ ad predicamentũ quantitatis: vtrũ corpus christi sit quantũ in sacramento ſm pprias dimensiones quas habet in celo. Utrũ habeat positionẽ situs in loco. Utrũ totus in toto sacramẽto: ꝛ totus in qualibet parte / cũ ceteris etiam predicamentũ situs cõcernentib⁹: pro eo ꝙ vtraq; predicamenta quantitatis ꝛ situs positionẽ respiciũt: illud in toto: istud in loco. ¶ Quantũ ad predicamentũ relationis. Utrũ accidentia panis ꝛ vini manentes afficiant corpus christi. Utrum inhesiue sint in aliquo subiecto: aut stent per se sine subiecto. ¶ Quantũ ad predicamentũ qualitatis. Utrũ oẽs pprietates ꝛ qualitates naturaliter corpori christi inexistẽtes in celo / insint sibi in sacro. ¶ Quantũ ad predicamentũ actionis. Utrum ois actio sibi cõueniens in loco in quo est circũscriptiue possit sibi cõuenire in sacro. ¶ Quantũ ad predicamentũ passionis. Utrũ corpus christi in sacramẽto possit a causa naturali transmutari. ¶ Quantũ ad predicamentũ habit⁹: q: de predicamento situs vt supra / videndũ erit cum predicamento quantitatis. Utrũ in sacramento corpus christi sit ornatũ dotibus glorie. Item an sit ab oculo corporali vel intelligibili vt in sacro visibile. ¶ Quantũ ad predicamentũ vbi. Utrũ localiter descendat de celo vt esse incipiat in sacramento. Utrum sibi vt in sacramento possit inesse motus localis. Utrũ sit in sacramento circũscriptiue vel diffinitiue. Utrũ simul ꝛ semel esse possit in diuersis vbi. ¶ Quantũ ad predicamentũ quando: quando incipit esse in sacramẽto. Utrũ corpus christi ꝛ substãtia panis pro aliquo instanti sint simul. Quando desinat esse sub specieb⁹ sacramenti. ¶ Ad finem secũdi principalis. An respectu corporis christi / ꝛ eius presentie in sacro / verba cõsecrationis formã integrantia / habeãt aliquam virtutem effectiuã naturalem vel supnaturalem. ¶ Circa tertiũ principale tractabit quõ forma sit oratio in se vera. Quid demonstrat pronomen hoc. Et de singulis dictionibus in ea positis / est / corpus / meũ: qua congruentia ibi dicant. ¶ Circa quartũ principale quõ loquendũ sit: vt cõuersio panis in corpus christi / ꝛ cetera apte exprimant an per verbũ est: vel fuit: aut erit. Item an per prepositionem ex / vel prepositionem de / vel in / aut aliam. Et qm̃ ex omniũ predictoꝝ iuestigatiõe patebit in sacro verũ corp⁹ christi existere. Utrũ vt ibi sit adorandũ latria adoratiõe. ¶ De his omnib⁹ ꝛ aliis eis adherentib⁹ tentandũ est inuestigare priusq̃ ad sequentia textus procedat. Ad horũ tamen executionẽ me noui inidoneũ penitus ꝛ obtusum / ꝛ nisi diuina preueniat gratia: in executione deficientem. Idcirco patres humanissimi / dñi ac fratres deuoti orationum vestrarũ supplicia imploro suffragia: quaten⁹ diuine sapientie se nobis peccatorib⁹ in hoc sacramẽto benignissime offerentis ducatu fretus / vera inueniam: inuenta q; sermonibus cõgruis clare intelligibiliterq; merear docere / amen. ¶ F Quantũ ad primũ intelligendũ est / ꝙ forme cõsecrationis eucharistie integritas ponit cõstitui ex his quattuor verbis christi: scz pnomine hoc / verbo est / noie corpus / ꝛ pnomine meũ. Nam sicut in ceteris sacramentis forme illud significant qd efficiunt: vt exempli causa. Forma baptismi interiorem purgationẽ: sic forma pnie / absolutionem a pctis: p hec verba baptizo / absoluo ita ꝛ hec forma significat corpus christi: qd ad verboꝝ plationem presentialiter exhibet. Sacerdos eñ pferens hec verba / debita cũ intentione: ꝛ sup debitã materiã vere cõficit hoc diuinissimũ sacrm̃. Et licz hec verba tm̃ sint de necessitate sacramenti: vt infra docebit: sunt tñ cetera verba canonis de necessitate ministri: vt rite ꝛ legitime cõsecrationem pficiat. Quilibet eñ sacerdos celebrans ordinationi sanctoꝝ patrũ ꝛ ecclesie se tenet cõformare. Hec forme cõsecrationis cõiunctionem (eñ) inseruit rõnabili ex causa vt dicet: que ceteris quattuor cõnumerata dici solẽt quinq; esse cõsecrationis verba. Qd nõ vacat a mysterio: sic eñ quinq; verbis corpus christi cõsecrat in sacro: qd totidem verbis concipiebat in virginis vtero: ipsa nãq; angelo salutanti / cõsentiente ꝛ dicente. Fiat mihi ſm verbũ Luce. i.

tuum: incarnatū est patris verbū. Peccatorē etiā (que hu
ius sacramenti digna pceptione delent) publicanus ve-
niam meruit quinq; verbor oratione: cum percutiens pe
Lu.xviij ctus suū orauit, dicens. Deus propitius esto mihi pecca-
tori. Similiter quinq; verbis crimina paralytico relaxa-
Mat.ix uit, dicens. Fili remittunt tibi peccata tua. Paradisus q̄
ad quā christi corpus tanq̄ viaticū ducit: quinq; verbis
Lu.xxiij latroni promittit: dicente in cruce dn̄o. Hodie mecū eris
in paradiso. ¶ Nō ergo hec verba, hoc est corpus meū,
integrent formā cōsecrationis eius tanq̄ essentialia for-
me sic pōt ostendi. Hec verba integrant formā cōsecratio-
nis quib⁹ christus cōsecrauit corpus suū & sanguinē: his
aūt verbis christus cōsecrauit, ergo. Maior videt mani-
festa: q: ad hoc solū verbis christus consecrauit: vt nobis
formā id faciendi traderet: alioquin sola volūtate panē &
vinū in suū corpus & sanguinē cōuertere potuisset. Mi-
nor declarata est lectione prima. Itē forma debet esse cō
ueniens in significando sacramentali signo: sacrm̄ autē
eucharistie significat presentiā corporis christi: nō in vsu
sed in esse pmanenti. Hoc aūt significant hec verba: hoc
est corpus meū: & nulla alia a christo in ministratione hu-
ius sacramenti dicta: aut in canone misse scripta: igit ipsa
sunt cōsecrationis forma. ¶ G In hoc etiā differt hec
forma a formis alior sacror: nā q: cetera sacra cōsistūt in
vsu quodā: forme ceteror sacror importāt vsū materie
puta actū baptizandi vel cōsignandi chrismate vel abluē
di: & ideo pferunt in psona ministri exercentis hmōi act⁹.
sicut dicit. Ego te baptizo. Ego te confirmo. Uel ministri
imperantis: vt in sacramēto ordinis. Accipe ptātem. Uel
ministri deprecātis: sicut in sacro extreme vnctionis. Per
istā vnctionem & suā piissimā misericordiā indulgeat tibi
&c. Hoc aūt sacramentū tanq̄ res pmanens nō cōsistit in
vsu: licet ordinet ad vsum: ideo eius forma nō debet expri
mere aliquē actū: sed existentiā rei pmanentis. Nec debet
pferri in psona ministri: sed ex psona ipsius christi loquē-
tis: vt detur intelligi q minister in pfectione hui⁹ sacramē
ti nihil agit, nisi q pfert verba christi. Ostendit hanc etiā
esse formā, hoc est corpus meū: sanctor patrū autoritati-
bus. Nam Eusebius emissenus: vt habet de conse. dist.ij.
q: corpus. ait. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in
substantiā corporis & sanguinis sui verbo suo secreta po-
testate cōuertit: ita dicēs. Accipite & comedite: hoc est cor-
pus meū. Et sanctificatiōe repetita. Accipite & bibite ait:
hic est sanguis meus. ¶ Itē Amb. lib. de sacra. vt habet
de cōse. dist.ij. panis est in altari. inquit. Cōsecratio autē
quibus verbis: & cuius sermonibus est dn̄i iesu. Et sequit
Ubi aūt sacrificiū cōficit: iam nō suis sermonib⁹ sacerdos
sed vtitur sermonib⁹ christi: ergo sermonib⁹ christi cōficit
hoc sacramentū. Et sequit. Accipe q̄ sunt verba christi. Di-
cit sacerdos. Qui pridie q̄ pateret. Accepit inquit in san-
ctis manib⁹ panem. Anteq̄ cōsecraret panis est: vbi autē
verba christi accesserūt: corpus christi est. Audi dicentem:
accipite & comedite ex hoc oēs: hoc est em̄ corpus meum.
Ad idem loquit Amb. in eodem lib. de sacra. & habet dis.
qua supra. reuera. prope finem. Ipse clamat dn̄s Iesus:
hoc est corpus meū. Ante benedictionem verbor celestiū
alia species nominat: post cōsecrationem corpus signat.
Simile dicit lib.iiij. de sacra. & habet in ca. in calice. eadem
dist. Item btūs Aug. in ca. vtrū sub figura. eadē dist. Cre-
dendū est inquit, q in verbis christi sacramēta cōficiant.
Cuius em̄ potentia creant prius: eius vtiq; verbo ad me-
lius procreantur. Reliqua oīa q̄ sacerdos dicit: aut clerus
chori canit: nihil aliud q̄ laudes aut gratiarum actiones
sunt: aut certe obsecrationes & fideliū petitiones. Unde
& sacerdos dicit prius euangelistē verba assumens. Qui
pridie q̄ pateret. In hoc ergo creatur illud corpus. Hec
Aug. Item magr̄. dis.viij.iiij. lib. sniarū. Cū proferunt hec
verba: hoc est corpus meū. hic est sanguis meus. cōuersio
fit panis & vini in substantiā corporis & sanguinis christi.
Reliqua ad laudem dei dicunt. Ad hoc faciūt verba Pa-
schasij & alior in principio hui⁹ lectionis allegata. Et his
satis patet q forma huius cōsecrationis est verba christi
illa que dicta sunt. Hoc est corpus meū. ¶ H Sed dice-
res: christ⁹ in cena discipulis ait. Accipite & comedite: hoc
est corpus meū. Si ergo in verbis christi fit cōsecratio: ad
formā ptinent etiā illa verba christi: accipite & comedite.
Et p cōsequens forma nō est solū hec quattuor verba: hoc
est corpus meū. Et ad hoc vident sonare autoritates su-
prascripte Eusebij & Ambrosij. Respondet Alex. de ales:
& post eū sctūs Tho. q solū hec quattuor verba sunt essen
tialia forme: hoc est corpus meū. & nō illa: accipite & com-
edite. Cuius ratio est: q: p formā exprimi debet aliqd pfe-
ctū vel faciendū circa materiā cōsecrandā vel transsubstā
tiandā in corp⁹ christi: p ista aūt verba: accipite & comedi
te, nō exprimit aliquid ptinens ad cōsecrandū: nec ad cō-
secrationem ipsam vt perfectam: sed respiciūt vsum sacra-
menti qui nō est de necessitate sacramēti: & sequit pfectio-
nem seu cōuersionē. Significāt em̄ q sumi debet sacrm̄: q̄
sumptio presupponit transsubstantiationē iam pfectā: et
ita p hec verba. Hoc est corpus meū. exprimit tota pfectio
hui⁹ sacramenti: scz presentia veri corporis christi q̄ est de
essentia sacramēti: & sufficit etiā sine vsu ei⁹. Nō aūt addū
tur illa: accipite & comedite: ab Euseb. & Amb. d: q quādoq;
addunt quādoq; nō: vt ptz in diuersis autoritatib⁹. Quando
aūt addunt siue a sanctis siue in canone: nō addunt tanq̄
sint essentialiter de forma cui virt⁹ transsubstantiandi da
ta est: sed q: illis exprimit q pter hoc fit cōsecratio hmōi
sacramēti: vt id qd cōsecrat sumat in vsum. i. in cibū fide-
liū. Ipsa em̄ cōsecratio nō est simplr finis cōsecrantis: sz
potius vsus fideliū: ad hoc em̄ cōsecrat corpus & sanguis:
vt fideles eor vtant manducando: & manducantes capi-
ti & membris fortius vniant: qd insinuare volētes addūt
forme. Accipite & comedite. Pōt etiā dici q aliqua dupli-
citer dicunt esse de forma: vel q: eis data est virtus trans-
substantiandi: & illa sunt essentialia de necessitate forme:
vel illa q̄ nō sunt solū essentialia: sed precipiūt vsū sacra-
menti: & sic verba. Accipite & comedite sunt de forma. Hec
de primo. ¶ I Quantū ad secūdū, est dubiū. vtrū pre-
termissis verbis precedentib⁹: Qui pridie q̄ pateret, cū
alijs que sequunt p hec sola: hoc est corpus meū, fieret cō
secratio. Hic Sco. videt declinare ad partē negatiuā: q:
verba sacramētalia ex vi verbor debent significare illud
qd efficiūt in sacro: sed q: ex vi cōsecratiōis efficit q ibi ve
re incipit esse corpus christi: ergo hec verba debent signifi
care corpus christi ibi cōtineri. Prefata aūt verba: hoc est
corpus meū, prolata a sacerdote sine alijs precedentib⁹
adiūctis: nō significant corpus christi: sed significant ma
gis corpus sacerdotis pferentis: q: p meū, corpus restrin
gitur ad corpus loquentis. Unde licet minister possit in-
tendere loqui velle in psona christi: cū dicit. Hoc est corp⁹
meū: nō tamen propter hoc significatū terminor illorū
esset q (meū corpus) ex vi verbor importaret corpus chri
sti: sed corpus proferentis: sicut si ego dicerem: doctrina
mea nō est mea. Sed si dicerē: christus dixit: doctrina mea
non est mea: sed eius qui misit me patris. Iam significo
q hec doctrina non est mea, sed christi ratione eius quod
premittitur christus dixit. Qd si nō premitteretur non si-
gnificatur doctrina esse alterius, q̄ hec verba loquentis.
Meū em̄ quantū ad possessorem, demonstrat primā pso
nam: que est psona loquentis. Si ergo loquens non in sua,
sed alterius psona loquit: hoc designari opz p aliqua ver
ba adiuncta: alioquin sm̄ pprietatem sermonis importat
persona loquens: sicut in proposito. Nisi premittant ver-
ba quib⁹ significet q sacerdos illa verba: Hoc est corpus
meū, proferat in psona christi: de vi verbor denotat cor-
pus sacerdotis: in qua significatione manifestū est nō fie
ri cōsecrationem. Addit etiā Scotus: q nō est intelligen-
dum q ex necessitate & essentialiter sint ptinentia ad cōse
cratione: sed necessario sunt premittēda: & nō solū illa: sz
plura precedentia in canone. Illa videlz q̄ ad hoc faciūt

vt ex vi sermonis haberi possit: ꝙ hec verba: hoc est corp⁹ meū/ proferant a sacerdote in persona christi. vnde dicit. Non sine causa ecclesia ita cōnexuit totū canonē misse/ ꝙ ab illo loco: Cōicantes/ vsq; ad illū locū: Supplices te rogamus: non est aliq̄ oratio q̄ non cōnectat cū precedēte/ vel per cōiunctionē: sicut Hāc igit̃. vel ꝑ ꝓnomē infinitū: vt Quam oblationem tu de⁹. ⁊ Qui pridie ꝙ patet. Et post consecrationē. Supra q̄ ꝓpitio. Vel per relationē: vt ibi. Simili modo postq̄. ¶ L Sed hec opinio nō videtur satis fundata: ⁊ ṽbis scto⸗ꝝ. s. allegatis cōtraria: q̄bus dr̃ ꝙ oia ṽba/ reliqua scʒ p̄ter ṽba christi nihil aliud ꝙ laudes sunt ⁊c. Ideo dicunt aliq̄ ꝙ ad cōsecrationē sufficiant minister idoneus: intentio debita: forma instituta ⁊ materia reqsita. Forma autem a christo instituta hec est: hoc est corpus meū. Qua si vtit̃ sacerdos cū debita intētione super materia cōuenientē/ vtiq; videt̃ consecrare/ oibus aliis circūscriptis. Cōsequēter dicūt/ ꝙ ad formā cōsecrationis nō requirit̃ ꝙ ipsa significet illud qḋ cōtinet̃ in sacro: seu qḋ efficit̃ per sacramentū vel ꝑ cōsecrationē: ⁊ h̃ ex ordine ex serie verbo⸗ꝝ ipsi⁹. Sed sufficit ꝙ forma hoc significet ex ordinatione christi/ ⁊ intētione ministri vtētis hac forma. Ordinauit aūt christ⁹ instituens hanc formā/ ꝙ quotiens sacerdos ipsa vtitur sup̱ debita materia: totiens vult assistere ⁊ efficere qḋ significat. Pōt autē sacerdos ex intentione loq̇ velle ex ꝑsona christi/ cū dicit: h̃ est corp⁹ meum: sine quibuscūq; aliis. Sufficit ergo ꝙ predicta ṽba significēt id qḋ efficit̃ ex intētione ministri ꝓferētis: ꝗuis id nō significent ex ꝓprietate sermonis. Et p̄terea arguit Durandus. Si oporteret verba cōsecrationis ex serie p̄cedentiū verbo⸗ꝝ significare corpus christi hic contineri: tunc non fieret consecratio solum per hec quattuor ṽba: hoc est corpus meū/ aliis nō premissis. Sed eadē rōne nō fieret etiā aliis verbis pretermissis vel non premissis. Qḋ patet: q2 verba precedentia recitant̃ vt ꝓlata a christo/ scʒ accipite ⁊ manducate ⁊c. Constat aūt ꝙ per hanc seriē verbo⸗ꝝ nō significat̃ ꝙ corpus christi sit presens sub his specieb⁹ panis ⁊ vini quas tenet sacerdos in altari: sed solū sub speciebus panis/ quas accepit christ⁹ in vltima cena et b̄ndixit ergo ꝑ illa verba nō esset p̄sens corpus christi specieb⁹ panis existentib⁹ in altari: qḋ est simpliciter erroneū. Sufficit igit̃ dicit Durandus: ꝙ vt dictū est: forma cōsecrationis significet corp⁹ christi vt presens specieb⁹/ quas tenet minister ex intentione ministri: ꝗuis aliud significēt ex serie verbo⸗ꝝ. Idē tenet Petrus de candia: similiter sanct⁹ Tho. parte. iij. q. lxxviij. arti. j. in solutiōe vltime rationis addēs rationē: q2 canon non est idē apud oēs: nec s̄m oia tēpora sʒ diuersa sunt a diuersis apposita. Et addit sanctus Tho. Vnde dicendū est/ ꝙ si sacerdos sola p̄dicta verba ꝓferret/ cum intentione conficiendi hoc sacramentū: perficeretur hoc sacramentū: q2 intētio faceret vt hec ṽba intelligerent̃ quasi ex persona christi ꝓlata: etiā si verba p̄cedentia nō recitarent: grauiter tñ peccaret sacerdos sic conficiēs/ vtpote ritū ecclesie non seruās. ¶ Nec arguit cōnexio verborū canonis vt arguit Sco. q2 etiam canon ipse cōnexus est hymno angelico: ⁊ hymnus p̄fationi: prefatio secretis: et ita omnia ista requirerent̃ de necessitate ad cōsecrationē. Fit autē cōnexio propter s̄nie cōtinuationē: sicut totus canon scripture/ tota scʒ biblia accipitur sicut vna oratio copulatiua: vt sit vna scriptura et s̄nia indiuisa. Et ista vltima opinio cōior est ⁊ verior: q2 verba sacramentalis forme non sortiuntur suā efficaciā ex significatione qua significāt id qḋ in sacramento efficit̃ ex ordine ⁊ serie ṽbo⸗ꝝ: sʒ ex institutione christi. Potuisset aūt christ⁹ instituisse ṽba nō significatiua pro forma cuiuslibet sacramēti: sicut nonnulli dicūt hec ṽba: hoc est corpus meū: dū ꝓferunt̃ in canone accipi materialiter. Vñ quecunq; verba christ⁹ institueret pro forma: ex christi institutione significarēt id qḋ efficiūnt. Propter qḋ Hugo dicit/ ꝙ sacramēta ex similitudine representant: ⁊ ex institutione significant: ex sanctificatione cōtinent gratiā spūalē lib. j. parte. ix. c. j. Hec de scḋo.

¶ L Nunc quantū ad tertiū/ videndū est de mutatione forme: an aliqua ⁊ que impediat eius effectuʒ. De hoc querit Inno. de offi. misse. Querit̃ inquit vtrum additio vel subtractio: vel transpositio: vel mutatio fiat in illa forma verbo⸗ꝝ quam christus expressit: vt si dicat̃: hoc est corpus meū qḋ sumpsi de virgine. Vel subtrahendo: hoc est corpus. Vel transponendo: corpus meū hoc est. Vel interponendo: hoc vtiq; est corpus meū. Vel mutādo: hoc est corpus iesu: si effectū consecrationis impediat. Respōdet Sane fecit dñs hominē rectū: sed ipse infinitis miscuit se questionib⁹. Eccle. vij. His itaq; pretermissis que q̄nq; magis subuertunt animum: ꝙ edificent: Illud pro certo sciatur/ ꝙ grauiter peccat qui quodlibet horū quorūcunq; mutare attentauerit: maxime si formā intēdit mutare: vel heresim introducere: quia forma verborū quā christus expressit: ꝑ omnia debet illibata seruari: ꝗuis s̄m p̄hm/ nomina ⁊ verba transposita idem significant: ne vtile per inutile vitietur. ¶ Particularius tñ hanc questionē tractat Sco. ⁊ ceteri doctores: s̄m quē aduertendū ꝙ s̄m p̄hm. v. physico⸗ꝝ quadruplex est mutatio: s̄m substantiam: s̄m quantitatē: s̄m qualitatem: s̄m vbi siue locuʒ. S̄m ista quattuor potest intelligi fieri mutatio in forma consecrationis vel etiā alterius sacri: vt etiam tangit Inno. vbi. s. ¶ M Scḋm substantiam fit mutatio/ si loco vnius ṽbi ponit̃ aliud verbum. Et hoc contingit dupliciter. Vno modo ponēdo aliud verbū s̄m q̇d: puta s̄m vocē tm̄: idē tñ significās: vt si fiat mutatio s̄m idiomata/ sic ꝙ loco hui⁹ dictionis corp⁹ latine/ ponit̃ dictio greca vel hebraica huic synonyma: ⁊ hec mutatio non impedit consecrationē. Vñ si presbyter partim ꝓferret latinū: partim hebraicū vere conficeret: q2 nihil omitteret necessario reqsitū ad consecrationē. Accidit enī forme cōsecrationis esse grecā/ latinā/ hebraicā/ vel ex his mixtā/ dūmodo fit ex verbis exprimentibus id qḋ christus per ea exprimi voluit. Peccaret tñ sacerdos sic verba cōmutās: q2 ordinauit romana ecclesia/ ꝙ officia ecclesiastica dicant̃ ⁊ sacramenta ministrent̃ in latina grāmatica: et hoc rationabiliter: q2 illud pōt distincti⁹ scribi ⁊ proferri. Scḋo mō fit variatio ponendo aliud verbū s̄m vocē ⁊ significatū. Et hoc dupliciter. Primo mō ponēdo verbū omnino desperatū in significando: vt si loco illi⁹ termini corp⁹/ ponat̃ termin⁹ vestimentū. dicēdo h̃ est vestimētū meū: et tūc nihil fit. ⁊ censet̃ forma simplr̃ variari. Scḋo mō ponēdo verbū generali⁹ ad aliqḋ verbo⸗ꝝ in forma posito⸗ꝝ: vt si diceret̃: hoc est mea substantia. Et sic iterū nihil fit: quia cū in christo multe substantie sint: nō significauit p̄fata locutio presentiā determinate ⁊ certe substantie: quā christ⁹ per consecrationis formā exhibere voluit. Si enī aīa presens fieret vi cōsecrationis: hec esset vera: hec est substantia mea: sicut mō corp⁹ est p̄sens: ⁊ ita ex p̄dicta locutione nesciret̃ q̄ substantia esset q̄ cōtineret̃ sub specieb⁹ panis ad ꝓlationē forme sacralis. ¶ N Scḋo mō pōt fieri variatio in dicta forma verbo⸗ꝝ s̄m quātitatē dictionū discretam: vel ꝑ additionem: vel subtractionē. Additio aūt pōt fieri vel in p̄ncipio: vel in medio: vel i fine. ¶ In p̄ncipio vt si diceret sacerdos. Accipite ⁊ comedite cū reuerentia: hoc est corpus meū. Hec additio nō impedit cōsecrationē q2 nō variat formā: sed oīno est ad ip̄m impertinēs. Determināt enī ṽba ista: accipite ⁊ comedite q̄ nihil sunt forme. Sec⁹ si seip̄m formā aut ei⁹ partē distraherent a ꝓpria significatione: vt si q̇s diceret: accipite ⁊ comedite dico in ꝑsona mea: h̃ est corpus meū. ¶ In fine: ⁊ tūc aut additur terminus distrahēs aliquē terminū a suo significato: et h̃ impedit consecrationē ⁊ mutat formā: vt si dicat sacerdos Hoc est corpus meuʒ aereū: vel phantasticū: aut aliq̇d simile: aut addit̃ aliq̇d specificans magis formā aut impertinens: vt si dicat̃: h̃ est corp⁹ meū/ qḋ traxi de ṽgine: nō impedit consecrationē: q2 forme integritatem seruat. Similiter si diceret cōsecrās: h̃ est corpus meū: adorate hostiam: ¶ Aut fit additio i medio ⁊ h̃ fit ꝑ aliqḋ distrahēs aliquē terminum forme a suo vero significato: ⁊ tunc nihil fit: vt

in priori exẽplo. Ut dicendo: hoc est aereum corpus meũ: vbi corp⁹ distrahit̃ a veritate corporis christi per hoc adiectũ aereũ: vel etiã a veritate corporis christi: ita q̄ dictio corpus non supponeret p̄ corpore christi: vt si diceretur: hoc est mortale corpus meũ: vbi corpus supponit pro vero corpore: sed non pro corpore christi qd̕ non est nũc mortale. ¶ Aut fit per cõiunctionẽ disiunctiuam et alterũ terminũ impertinentẽ: vt dicendo: hoc est corpus vel vestimẽtũ meũ: siue hoc est corpus vel aĩa mea: q: ibi non significat̃ determinate id qd̕ p̄ consecratione cõficit̃: cũ disiunctiua verificari põt pro altera partiũ indifferenter: ꝛ sic censet̃ forma variari. ¶ Aut fit p̄ verba impertinentia: ꝛ hoc dupliciter. Aut em̃ tunc soluit̃ per illa vnitas forme quod iudicari põt ex cõmuni modo loquendi. si scꝫ p̄ talẽ interpositionem sic soluit̃ sermonis cõtinuitas/ q̄ non generat talẽ sensum in audientib⁹: quẽ forma talia generaret sine hmõi interruptione: ꝛ tũc impedit̃ consecratio: vt si dicat sacerdos hoc est. Et subdat. Trahe nolam ꝛ dic fabulantibus vt exeant ecclesiam: ꝛ tũc subderet: corpus meũ. et sic iterum nihil efficit̃. Aut p̄ talẽ interpositionẽ cõtinuitas forme non soluit̃: nec impedit̃ oratio a causando sensũ in audiente/ quẽ faceret tali interruptiõe circũscripta: tũc fit consecratio vt si dicat. Hoc/ tace. est corp⁹ meũ. Sic non cẽsetur forma mutari: ꝛ non impedit̃ cõsecratio: nec oportet ꝓpter talẽ interruptionẽ orationẽ rursus incipere: sed sufficit continuare. ¶ O Si autẽ fit variatio in quãtitate forme per subtractionẽ. Aut tũc subtrahit̃ aliqd̕ quattuor verborũ q̄ sunt de essentia forme: tunc nihil fit: q: illud qd̕ remanet nõ determinate significat illud esse qd̕ p̄ cõsecrationẽ efficit̃: vt si dicat: est corpus meũ: vel h̕ corp⁹ meum: aut hoc est meum: seu hoc est corpus. Aut si subtrahit̃ aliquid adiectũ per ecclesiã/ scꝫ coniunctio em̃: hec mutatio non impedit cõsecrationẽ. Aut subtrahit̃ aliqua syllaba p̄ syncopã: vel omittit̃ aliqua lr̃a vt dicendo. Hoc est corpus me. vel hoc est corp̄s meũ: q: per talem subtractionem nõ impeditur sensus quin audiens capiat verum sensum sermonis ꝓlati: nec variat̃ forma ꝛ fit ↄ̄secratio. ¶ P De tertia variatione ſm qualitatem que maxime cõmittit̃ ex incongrua vel inepta locutione/ seu prolatione ſm finalẽ terminationem: ꝛ hec fit/ aut ex imperitia lingue. Ut si sacerdos grecus volens celebrare dicat ignorans latinam grãmaticã: hoc est corpu meũ: vel hoc est corpũ meũ: aut corpus me⁹: sic iterũ non impedit̃ consecratio: qd̕ verũ est si talis fit incongruitas: que nõ prohibet quin capi possit sensus verus forme cõsecrationis: et quõ hoc sit possibile: ex hoc scire possumus: qñ litterati audiũt loqui illitteratos incongrue: ꝛ tñ̃ concipiũt quid dicere velint quantũ ad singula verba. ¶ Aut fit ex quadã inaduertentia aut etiã scienter ꝛ volũtarie: ꝛ sic iterũ nõ impedit̃ cõsecratio dũ audiens concipere possit q̄d per orationẽ significet̃: q̄uis grauiter peccet celebrans nõ cõformãdo se p̄ceptis ecclesie: q̄ statuit formã illibatam obseruari. Hic em̃ magis cauendũ est/ q̄ in alijs verbis: imo q̄ in alijs sacramentis ꝓpter reuerentiã sacramẽti ineffabilis dignitatis. Nec tñ̃ auderẽ dicere ait Sco. q. iij. dis. iij. quarti/ q̄ non vitãs talẽ variationẽ peccet mortaliter: si nõ ex ↄ̄tẽptu: sed ex quadã infirmitate: vel incõsideratione humana non precaueret in oĩbus quantũ posset. ¶ Q De quarta variatiõe que fit ſm vbi/ per trãspositionẽ dictionũ: dicendum est q̄ vix in ꝓposito fieri põt vt effect⁹ consecrationis impediat̃: q: qualitercũq; fiat trãspositio horũ q̄ttuor v̕borũ: h̕ est corpus meũ: semꝑ eundẽ sensum faciunt in audiẽte. Un̄ siue dicatur. hoc meũ est corpus: vel hoc est meum corpus: vel meum est hoc corpus: siue est hoc meũ corpus (nisi questiue proferret̃: ꝛ tũc nihil fieret: q: tũc sensus orationis variatus esset: ꝛ p̄ consequẽs forma sine qua nõ fit consecratio) In alijs quidem trãspositionib⁹ quattuor dictionum effect⁹ consecrationis nõ impedit̃. Intelligendũ tñ̃ in omnibus p̄missis variationib⁹ consecrationẽ nõ impediẽtib⁹ siue ſm substantiã/ quantitatem/ qualitatẽ. siue vbi: qd̕ verum est q̄ non impediũt sacramenti effectũ: dũ sic varians non intẽdit per istam suã variationẽ inducere heresim vel errorẽ in ecclesiam: neq; abijcere formã ecclesie q̄si inutilẽ vel inefficacem: ꝛ suã introducere vt sufficiẽtem et magis efficacẽ: aut precisam ꝛ necessariã. Q Om̃ si aliqd̕ dictorum intendat nõ cõsecrat: quia deficit intẽtio requisita ad cõsecrandum: que est q̄ vti debet verbis prefatis tanq̄ forma qua vtitur ecclesia: qd̕ sufficit/ etiã si crederet eam esse inefficacẽ ad consecrandũ. Hoc aũt sic varians nõ facit/ dum vtitur v̕bis illis variatis non tanq̄ forma ecclesie. Intelligitur aũt qd̕ dictũ est: de variatione q̄ nõ impedit/ dũ sic varianti deficit intẽtio ecclesie: que est velle p̄ dicta verba consecrare tanq̄ per sufficiẽtem ꝛ efficacẽ formã a christo institutã: ꝛ ab apl̄is ꝛ sanctis patrib⁹ vsq; ad nostra tẽpora frequentatã. Que si deest: non fit consecratio ſm beatũ Aug. ¶ R Hec oĩa sunt de mente doctoris irrefragabilis Alex. de alesparte. iiij. q. xxxiij. arti. iij. mẽbro. iij. qui sub breuib⁹ que dicta sunt summans ait. Dico sine preiudicio. q̄ si mutatio verborũ non variat intellectũ forme tradite a dño: dũmodo fiat ex simplicitate proferẽtis: aut ex defectu naturali: sicut si aliq̄s diceret: hoc est colpus meũ/ vel corpu meũ/ conficit: si propter heresim introducendũ: nequaq̄. Si autem mutatio intellectũ variat forme tradite a dño: verba variata virtutẽ transsubstantiandi non habent. Et subdit. Si diceret̃: hec est caro mea: non consecraretur: quia est alius intellect⁹ hui⁹ verbi ꝛ illius: sicut non baptizaret q̄ diceret. In noie gignẽtis ꝛ geniti ꝛ procedẽtis ab vtroq;: q: ali⁹ est intellect⁹ huius sermonis ꝛ illius/ cui dñs contulit vim regeneratiuã. ¶ Et si contra p̄dicta replicaret̃. Dñs istis verbis: hoc est corpus meũ/ sub hac forma expressis dedit virtutẽ transsubstantiandi vt nunc supponit̃: igitur qualitercũq; variantur nõ habent hanc virtutẽ: ꝛ per consequẽs nihil efficiũt. Respondet Alexã. q̄ dñs dedit hanc vim huic forme ꝛ nõ alij: sed nõ est alia nisi varietur intellectus verborum. Unde quacunq; lingua proferant̃ verba instituta virtutẽ habent: ꝛ hoc est, q: intellect⁹ verbi non mutatur: quo non mutato/ forma mutari nõ censet̃. Et iterũ obijceret̃: cũ d̕i/ hoc est colp⁹ meũ: vel hoc est corpu meũ: hec verba nõ habent ſm veritatem intellectũ verborũ/ quib⁹ dñs virtutem dedit. Dicendũ q̄ si nõ habent ſm veritatẽ institutionis: habent tñ̃ ſm vsus accommodationem: ꝛ hoc sufficit. Hec Alexander.

¶ Lectio. xxxix. A

HUnc quantũ ad ter

tiũ principale premisse diuisionis/ restat cõsiderare de forme efficacia: hoc est/ quis sit effectus huius forme: siue quid sequatur ad ꝓlationem debitam horũ verborum. Et primo quantũ ad predicamentũ substantie/ videndũ est vtrũ prolatis rite consecrationis verbis/ sub specieb⁹ panis sit verum corp⁹ christi. Et in hoc qd̕ dico rite prolatis/ volo omnia intelligi que requirunt̃ de necessitate huius sacramenti: scꝫ minister idoneus: forma instituta: materia debita ꝛ intentio requisita. ¶ Recitat aũt magister lib. iiij. sententiarũ dist. x. heresim quorũdam: primã heresim inter discipulos christi exortam imitantiũ: qui diuinam virtutem iuxta modũ naturaliũ rerũ metientes/ audacius ꝛ periculosius veritati contradicũt: asserentes corp⁹ christi vel sanguinem non esse in sacramẽto: nec substantiã panis vel vini in substantiam carnis ꝛ sanguinis cõuerti: sed ita christũ dixisse: hoc est corpus meũ: sicut apostolus dicit. i. Cor. x. Petra autẽ erat christ⁹. Dicũt corpus christi ibi esse in sacramento tantũ. i. in signo manducari a nobis. Qui errandi occasionẽ sumunt a verbis veritatis/ vnde prima heresis facta est in discipulis christi: de consecra. distin. ij. prima quidem. Cũ enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam: et Joh. vi.
biberit sanguinem meũ: non habebit vitam eternam. Illi vero nõ intelligentes dixerunt adinuicẽ. Durus est hic sermo: quis potest eum audire. ꝛ abierunt retro. Illis absce

dentibus instruxit duodecim remanentes. Spūs est inqˀt
qui viuificat: caro nō prodest quicq̄. Uerba q̄ locut' sum
vobis, vita z spūs sunt. q̄si ſm expositionez Aug. sup ps.
liiij. diceret. Intellexistis spūaliter: spūs z vita sunt. Intel
lexistis carnaliter: etiā sic spūs z vita sunt: sed tibi nō sunt
spirit' z vita q̄ spūaliter non intelligis. Spūaliter intelli
gite q̄ locut' sum. Non hoc corpus qd' videtis: manduca
turi estis: et bibituri illū sanguinem quem effusuri sunt q̄
me crucifigent. Sacramētū aliqd' vobis cōmendaui: spūa
liter intellectū viuificat vos: caro aūt non pdest q̄cq̄. Et
sequit ibidem. de cōse. dis. ij. prima quidē. Donec seculum
finiat sursum est dn̄s: sed t̄n etiam hic nobiscū est veritas
dn̄i. Corpus enim in quo resurrexit vno loco esse oportet
veritas aūt eius vbiq; diffusa est. Itē vna persona de' et
Mat. xxvi. hō: vbiq; per illud qd' deus est: in celo p illud qd' homo est
Christus etiam dicit. Pauperes semp habebitis vobiscū
Marci xiiij. me aūt non semp habebitis. ¶ B His aliisq; similibus
vtunt prefati heretici in assertione sui erroris. Periculo
sissimus est error iste: z perniciosissimus cōtra fidei vtilita
tem: cōtra diuine charitatis magnitudinē: cōtra sacramē
ti dignitatē z excellentiā. Magna est em̄ vtilitas fidei ex
hoc q sub specie panis continetur verū corpus christi. Ex
illa em̄ cōtinentia multa accidunt circa hoc sacramentū: q̄
sunt supra potestatem nature: quorū fides est fidelib' val
de vtilis z meritoria. Hoc idem est etiam charitatis christi
maximū indiciū: qui sua presentia corporali voluit nobis
vtilissime puidere: vt docēt sacramēti huius fruct' diligē
ter masticari. Ex presentia deniq; christi eo modo quo ibi
est declarat multipliciter potentia dei: ex quo sacramenti
hui' dignitas elucescit. ¶ C Contra hanc heresim cum
oibus doctorib' catholicis a romana ecclesia approbatis
qui de eucharistie sacramento scripserunt: imitans in hoc
clarissimū doctorem Guil. ockā in trac. suo glo̓so de sacra
mento, pono hāc cōclusionē. Corpus christi qd' sumptum
est de virgine maria: qd' passum est z sepultum: quodq; re
surrexit: z ad celū ascendit: ac sedet ad dexterā dei patris:
in quo filius dei venturus est iudicare viuos z mortuos:
sub specie panis vere z realiter continet. Hec cōclusio per
rationē naturalē ostendi nō pōt: sed ad hui' veritatis no
ticiā accedere oportet p fidē. Est eniz similiter de articulis fi
dei eo modo q̄ veritas alicui' sacramenti ptinet ad articu
los fidei: vt dicit Scot' dis. x. scripti. iiij. q. j. De hoc itaq; ar
ticulo dubitare non licet: cū cōstet ipsum p vnigenitū dei
filiū fuisse aplis reuelatū: z a principio expsse traditū: et q̄
eucharistie sacramentū fuit ab ipso dn̄o institutū. Testes
sunt euāgeliste: nā sanctissimus euangelista Mat. xxvj. c.
Accepit inquit, panē z benedixit ac fregit: deditq; discipu
lis suis: z ait. Accipite z comedite. h est corpus meum. De
quo z marcus. c. xiiij. ait. Manducantibus illis accepit ie
sus panē z bn̄dicens, fregit z dedit eis z ait. Sumite, hoc
est corpus meū. Quib' consentit Luc. xxij. dicēs. Accepto
pane gratias egit z fregit: z dedit eis, dicens. Hoc est cor
pus meū qd' pro vobis dat. Hoc facite in meam cōmemo
rationem. Iohānes q̄ euāgelista refert vba saluatoris: si
Joh. vj. mul z veritatē z vtilitatē hui' sacramēti denotās. Panis
quē ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et sequit. Nisi
manducaueritis carnē filij hois: z bibe. ei' sanguinē: non
habe. vitā in vobis. Qui manducat meā carnē: z bibit me
um sanguinē habet vitā eternā. Similiter z paulus. j. Corin.
xj. Dn̄s inquit iesus in qua nocte tradebat: accepit panez
z grās agens fregit z dixit. Accipite z manducate hoc est
corpus meū qd' pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōme
morationē. Item. j. Cor. x. Panis quē frāgimus nōne cō
municatio corporis dn̄i est. Ecce tot autoritates canonice
scripture concorditer affirmāt corpus christi realiter z ve
raciter sub specie panis datum fuisse aplis: ac eisdē fuisse
a saluatore preceptū: vt in memoriam passionis dn̄ice, cor
pus christi sub specie panis offerrent. Hoc facite inquit in
meā cōmemorationē. ¶ D Hec aūt verba christi figura
tiue dicta non sunt: sicut illa. Ego sum vitis vera. aut. Pe
tra autem erat christus. vbi vitis, et petra non accipiūtur
ſm proprietatē: sed ſm similitudinē. i. ego sum vitis. i. ego
sum similis viti z petre: propter qd' per vitem z pet ram si
gnificor. Sic etiam verius dicere potuisset christ' de agno
paschali: hoc est corp' meū: q de azymo pane. Nam agn'
paschalis vtrīq; corpus christi figurabat: cuius oblatio et
comestio euanuit: cum christ' seipsum in cruce obtulit: se
ipsum nobis in cibum dedit: quemadmoduz cessat figura
aduueniente veritate: z vmbra accedente luce. ¶ Ut autē
sciatur quando verba christi figurate intelligēda sunt vel
proprie: seruanda est regula beati Aug. in lib. lxxxiij. que
stionum. q. lxix. nō longe a principio. Solent inquit, circū
stantie scripture illuminare sententiam: cum ea que circa
scripturā sunt presentē questionē contingētia diligenti dis
cussione tractatur. Hec Aug. Uniuersaliter enim intelle
ctus verborū christi an loquatur figuratiue: an non: collis
gi potest ex precedentib' vel sequentib' ibidē: vel ex alijs
scripture locis. Un̄ cum christus ait. Ego sum vitis vera.
subiūxit: vos palmites. Constat aūt q discipuli non erant
palmites naturalis vitis: sed dūtaxat spūalis: sic dici p
pter quādam similitudinē repertam in vtrisq;. Nam sicut
palmites veri trahunt originem ex vite, que est ipsis viuē
di principiū vt fructus afferant carpentibus: ita z discipu
li spūalem vitam a christo spūalis vite principio et origi
ne receperunt: z multos fructus vite perennis, per suas
operosas predicationes attulerūt. Cū autez dixerat. Hoc
est corpus meū. subdit: qd' pro vobis tradet. Et iterū cum
dixisset. Hic est sanguis meus. addit: qui pro multis effun
detur: vt dicit Mat. Per que manifeste significat se non
locutū fuisse de corpore suo figuratiue, cū dixerat: hoc est
corpus meum: hic est sanguis meus: sed de corpe illo qd'
tradendū erat in mortē pro salute generis humani: z san
guine ex eodē corpore fundendo. Ad hoc late valēt dicta
Aug. v bi. s. q. lxix. Hoc aūt corpus morti traditū, verū cor
pus christi fuit: q̄ vere in corpore suo naturali crucifixus
est. Et sanguis in cruce fusus, verus christi sanguis fuisse
a nullo fideli dubitat. Patet hoc idem ex diffusa predica
tione hui' sacramenti. Caro mea vere est cibus: z sanguis Joh. vj.
meus vere est potus. Et panis quem ego dabo: caro mea
est pro mūdi vita: z cetera q̄ ibi habent. Nec vnq̄ aliquis
hominū hoc predicare presumpsisset: nisi christus q̄ veri
tas est: hoc primū docuisset: dū accipiens panem fregit et
dixit. Accipite z comedite: hoc est corp' meū. ¶ E Sic
quoq; christū locutū fuisse: z hāc fuisse ei' intentionē, san
cti patres scripture sacre expositores vita z doctrina pro
batissimi, nos scriptis suis multipliciter docuerūt: quorū
perplures sententias Gratian' collegit de cōse. dis. ij. vn̄
Eusebi' emissen' ca. dis. quia corpus. ait. Quia corpus as
sumptū ablatur' erat ab oculis: z illatur' syderib': necessa
riū erat vt in die cene sacramentum nobis corporis z san
guinis consecraret: vt coleret iugiter per mysteriū: qd' se
mel offerebat in preciū: vt q quotidiana z indefessa cur
rebat pro oim salute redemptio: perpetua esset redēptio
nis oblatio: z perēnis victima illa viueret in memoria: et
semp presens esset in grā. Et sequit. Recedat ergo oē infi
delitatis ambiguū: qm̄ q̄dem q̄ autor est muneris: ipse eti
am testis est veritatis. Naz inuisibilis sacerdos visibiles
creaturas in substantiā corporis z sanguinis sui vbo suo
secreta ptāte cōuertit: ita dicēs. Accipite z comedite: h est
corp' meū zc. ¶ Itē leo papa in synodo romana ca dis. in
q̄b'. Est cib' refectiōis z cib' sanguinis. sicut em̄ caro dn̄i
vere est cib': ita sanguis vere est pot'. Est corp' de q̄ dictū
est. Caro mea vere est cib': z sanguis me' vere est pot'. Cir
ca hoc corpus aquile sunt, que alis circūuolant spirituali
bus. vn̄ z idem corp' christi edimus: vt vite eterne possi
mus esse participes. ¶ Item Hilari' papa ca. dis. corpus
christi. Corpus christi qd' sumit de altari: figura est, dum
panis et vinū videt extra: veritas autē dū corpus et san
guis christi in veritate credit interius. ¶ Item Hilarius
viij. de trinita. statim post principiū multa de hoc scribit: z

habentur aliqua eadē dist. in christo. Si vere carnem corporis nostri christus assumpsit: ꝛ vere hō ille qui ex maria natus fuit: christ⁹ est. Nosqꝫ vere sub mysterio carnem corporis sui sumimus ꝛc. ❡ F Item beat⁹ Hiero. in sermone dñice .v. post epiph. dicit. Singuli autem totū accipiūt christum dominū: ꝛ singulis portionib⁹ totus est: nec per singulos minuitur: sed se in singulis prebet. ❡ Itē idē ad heluidiū. Nec moyses dedit vobis panē verū: sed dñs iesus ipse conuiua ꝛ conuiuiū: ipse comedēs ꝛ qui comedit. eadē dist. nec moyses. ❡ Item beat⁹ Ambro. lib. de sacra. eadem dist. panis est in altari. ait. Panis est in altari vsitatus ante vba sacramētoꝝ: vbi accessit cōsecratio: de pane fit caro christi. Et infra. Qđ erat panis añ consecrationē: iam corpus christi est post consecrationem: quia sermo christi creaturā mutat: ꝛ sic ex pane fit corpus christi: et vinum cū aqua in calice permixtū fit sanguis consecratione verbi celestis. Et sequit. Christus testificat ꝙ corp⁹ suum ꝛ sanguinem accipim⁹: de cuius fide ꝛ testificatione dubitare non debemus. ❡ Itē idē in eodē, eadeꝫ dist. reuera. Reuera inquit mirabile est ꝙ deus manna pluerit patribus: ꝛ quotidiano celi pascebant alimēto. vñ dictum est. Panē angeloꝝ mādūcauit homo. sed tñ panē illum q̄ mādūcauerunt: oēs in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipitis: iste panis viu⁹ qui de celo descendit: vite eterne substantiam administrat. Et quicūqꝫ hunc panem manducauerit non morieꝫ in eternū: q: corpus est christi. Considera vtrū prestantior: nūc sit panis angeloꝝ: an caro christi: que vtiqꝫ corpus est vite. Manna illud de celo: hoc super celū. Illud celi: hoc dñi celoꝝ. Illud corruptioni obnoxiū si in diē alteruꝫ seruaret: hoc alienū ab omni corruptione. Quicunqꝫ religiose gustauerit: corruptionē sentire nō poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi sanguis ex christo. Illos ad horam satiauit aqua: te sanguis diluit in eternū. Iudeus bibit ꝛ sitit: tu cum biberis sitire nō poteris. Illud in vmbra: hoc in veritate. Et sequit post pauca. Potior est lux ꝙ̄ vmbra: veritas ꝙ̄ figura: corpus creatoris ꝙ̄ māna de celo. Et post multa miracula recitata, q̄bus ostendit possibilitatem cōuersionis substantiarū panis ꝛ vini in verū corpus christi: subdit. Sed q̄d argumentis vtimur? Suis vtamur exemplis. Incarnatiōis astruamus mysterij veritatē. Nunquid nature vsus presensit cū dñs iesus ex maria nasceret. Si ordinem querimus: viro mixta femina generare cōsueuerat. Liquet igitur ꝙ p̄ter nature ordinē virgo generat: et hoc qđ cōficimus corpus ex virgine est. Quid hic nature ordinem queris in christi corpore: cū preter naturam sit ipse dñs iesus part⁹ ex virgine. Vera vtiqꝫ caro christi est q̄ crucifixa est: que sepulta est: vere ergo illi⁹ carnis sacramentū est. Ipse clamat dñs iesus: hoc est corp⁹ meū. Ante benedictionē verboꝝ celestiū alia spēs noīatur: post consecrationē christi corpus significat. Ipse dicit sanguinem suū, ante cōsecrationē: aliud dr̄ post cōsecrationē. Sanguis nūcupat: tu dicis amē: hoc est, verū est qđ os loquit: mens interna fatet: qđ sermo sonat: affect⁹ sentiat. ❡ G Idē in. c. oīa quecūqꝫ. eadem dis. Oīa quecunqꝫ voluit dñs (ait) fecit in celo et in terra. Et q: voluit sic, factū est ita. Licet figura panis ꝛ vini videat: nihil tamē aliud ꝙ̄ caro christi ꝛ sanguis post cōsecrationē credendū est. Vn ipsa veritas ait ad discipulos Hec (inquit) caro mea est pro mūdi vita. Et vt mirabilius loquar: non alia plane, ꝙ̄ que nata est de maria, et passa in cruce: ꝛ resurrexit de sepulcro. hec inquam ipsa est. Et iō christi caro est que pro mundi vita adhuc hodie offertur. Et cū digne accipit: vitam vtiqꝫ eternā in nobis operatur Panē quidem istū quē sumimus in mysterio: illū vtiqꝫ intelligo panem qui manu sancti spūs formatus est in vtero virginis: ꝛ igne passionis decoctus in ara crucis. Panis eñ angeloꝝ fact⁹ est cib⁹ hominū. vnde ipse ait. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi. Et itē. Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Ex his nāqꝫ duab⁹ sententijs, aperte datur intelligi: q: panis iste ꝛ ille non duo: sed vnus panis ꝛ vna caro: procul dubio vnū corpus efficitur Illud vere: illud sane: qđ sumptū est de virgine: quod passum est ꝛ sepultum: qđ resurrexit, ꝛ in celum ascendit: ꝛ sedet ad dexteram dei patris: ꝛ qđ est ventutū iudicare viuos ꝛ mortuos. ❡ Ad idem loquit idē in. c. in calice. eadē dist. idē in lib. vij. de sacra. eadem dist. sicut est. Sicut est verus dei filius, dominus noster iesus christus: nō quēadmodū hoīes per gratiam: sed filius ex substantia patris: ita vera est christi caro: sicut ipse dixit: quā accipimus: ꝛ verus sanguis eius potus. Ego sum inquit panis viuus, qui de celo descendi. Et respondens cuidā replice que fieri posset: addit: sed caro non descendit de celo: quō ergo descendit de celo panis viuus? Rñdet. Quia idem dñs iesus cōsors est diuinitatis ꝛ corporis: ꝛ tu qui accipis carnem, diuine eius substantie in illo participas alimento. ❡ Idem in libro de mysterijs eadē dis. in illo. In illo sacro christus est: quia corpus est christi: non ergo corporalis esca: sed spūalis. Vñ et apl's de typo eius ait: q: patres nostri eandem escā spūalem mādūcauerūt. Corp⁹ eñ dei corp⁹ est spūale corpus christi corpus diuini spūs est. i. Cor. x. ❡ H Dicte veritati egregi⁹ doctor Aug. etiam multiplex perhibet testimoniū: vñ in lib. sniarum psperi eadem dis. nos autē. ait. Nos autem in specie panis ꝛ vini quam videm⁹: res inuisibiles idest carnem ꝛ sanguinē honoramus. Nec siliter cōprehēdimus has duas species: quēadmodū ante cōsecrationē apprehendebam⁹: cū fideliter fateamur ante consecrationem esse panē ꝛ vinū qđ natura formauit: post cōsecrationē vo carnē christi ꝛ sanguinē qđ bñdictio cōsecrauit. Et in eodē lib. idē dicit eadeꝫ dist. hoc est. Hoc est qđ dicimus: qđ modis oībus approbare contēdimus. Sacrificium ecclesie duob⁹ modis confici: duob⁹ cōstare: visibili elemētorū specie, ꝛ inuisibili domini nostri iesu christi carne ꝛ sanguine: ꝛ sacramento ꝛ re sacramēti. i. corpore christi. Item Caro ei⁹ est quā forma panis opertaꝫ in sacro accipimus. Et sanguis eius quem sub vini specie et sapore potamus. ❡ Idem lib. de trini. eadem dist. quia morte. Quia morte dñi liberati sumus: huius rei memores in edendo ꝛ potādo carnem ꝛ sanguinē que p nobis oblata sunt: significamus. ❡ Item eadem dist. vtruꝫ sub figura. Vtrū sub figura, an sub veritate hoc mysticū calicis sacramentū fiat veritas ait. Caro mea vere est cibus: et sanguis me⁹ vere est potus. Alioquin quō magnū erit. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita: nisi vera sit caro. Sed q: fas non est vorare dentib⁹: voluit dñs hūc panem ꝛ vinum in mysterio: vere carnem suā et sanguinem suū consecratione spūs sancti potentialiter creari: ꝛ quotidie pro mūdi vita mystice immolari: vt sicut de virgine per spiritū sanctuꝫ vera caro sine coitu creatur: ita per eundē ex substātia panis ꝛ vini mystice idem corpus christi cōsecret. Corp⁹ christi ꝛ veritas ꝛ figura est. Veritas, dum corp⁹ christi et sanguis virtute spūs sancti in virtute ipsi⁹ ex panis ꝛ vini substātia efficit. Figura vero est id qđ exteri⁹ sentit. Et sequit. Credendū est ꝙ in verbis christi sacramēta conficiant: cuius eñ potentia creant prius: eius vtiqꝫ vbo ad meli⁹ p creant. ❡ Idē in epistola ad hireneū. et habet ea. dist. ca. corporeū. Corporeū illud manna nunc est tanti res miraculi: q: venit qđ perfectū est. Perfectus aūt panis de celo corpus est ex virgine. ❡ Itē super ps. xxiij. homel. ij. Accesserūt ad iesum iudei vt crucifigerent: nos accedamus vt corp⁹ ei⁹ ꝛ sanguinem accipiam⁹. Item vere magn⁹ de⁹ ꝛ magna misericordia eius: q dedit nobis manducare corpus suū in quo tanta perpessus est: et sanguinem bibere. Itē in ps. xxviij. ad iudeos. Iam ꝛ securi bibite sanguineꝫ quē fudistis. Itē in ps. lxxv. Ipsum sanguinem quē p insaniam fuderūt: per gratiam biberūt. Item in ps. xxvij. De carne marie carnem accepit: ꝛ ipsam carnē ad mādūcādū ad salutem dedit. Similia multa in varijs psalmoꝝ expositionibus ponit: quoꝝ quedam in ca. accesserūt. eadem dist. notantur. ❡ I Beat⁹ quoqꝫ Greg. in homel. paschali eadem distin. quid sit. similiter docet: ait enim. Quid

sit sanguis agni nõ iam audiendo sed bibendo didicistis. qui sanguis super vtrũq; postez ponit̃: qñ non solum ore corporis: sed etiã ore cordis hauritur. Hec salutaris victima illã nobis mortez vnigeniti ꝑ mysteriũ reparat: q̃ licet resurgens ex mortuis: iam nõ morit̃: mors illi vltra nõ dominabit̃: tamen in seipso imortaliter ⁊ incorruptibiliter viuens, iterũ in hoc mysterio moritur: eius quoq; vbiq; corpus sumit̃: eius caro in salutem populi patitur: eius sanguis non iam per man⁹ infideliũ: sed fideliũ in ara ꝓfunditur Et sequit̃. Uno eodẽq; tempore ac momento in celo rapitur ministerio angelorum corpori christi sociandus: ⁊ ante oculos sacerdotis in altari videt̃. Tanta est ecclesie vnitas in christo: vt vnus vbiq; sit panis corporis christi: ⁊ vnus sit calix sanguinis ei⁹. Calix enim quem sacerdos catholic⁹ sacrificat: nõ ali⁹ nisi ipse quem domin⁹ aplis tradidit: q: sicut diuinitas verbi dei est vita que totũ implet mundũ: ita licet in multis locis ⁊ innumerabilib⁹ diebus illic consecret̃ corp⁹: non sunt tamẽ multa corpora christi: neq; multi calices: sed vnum corpus christi ⁊ vn⁹ sanguis cũ illo: qđ sumpsit in vtero virginis: et qđ dedit aplis. Diuinitas em̃ verbi replet id qđ vbiq; est: ⁊ coniũgit et facit vt sicut ipsa vita est: ita et vnuz corpus eius sit in veritate Uñ aduertendũ est ꝙ siue plus siue minus quis inde ꝑcipiat: oẽs equaliter corpus christi integerrime sumũt: ⁊ generaliter omnes ⁊ specialiter vnusq̃sq;. Itez idem. Quotidie ipse comedit̃ ⁊ bibit̃ in veritate: sed integer ⁊ viuus atq; inmaculatus manet. Et ideo magnũ et pauendũ est mysteriũ: quia aliud videt̃ ⁊ aliud intelligit̃. Hec Grego. ¶ Nec tñ quenq̃ moueat ꝙ corpus christi verum in sacramẽto mysteriũ dicit̃. Ex quo verbo heretici nutrimentum trahũt erroris: vt dicit dñs Inno. c. cũ marthe. de celebra. missa. dicentes. In sacramẽto altaris nõ esse corꝑis christi ⁊ sanguinis veritatẽ: sed imaginẽ tñ, ⁊ speciẽ et figuram: pro eo ꝙ scriptura interdum commemorat id qđ in altari suscipit̃ esse sacramentũ ⁊ mysteriũ ⁊ exemplũ. Sed tales ex eo laqueũ erroris incurrũt: q: nec autoritates scripture conueniẽter intelligũt: nec sacramenta dei suscipiũt reuerenter. Si em̃ q: figura est sacramentũ altaris: veritas negatur: ergo nec mors, nec resurrectio christi (cum sit figura) veritas est credenda. Siquidẽ mortẽ et resurrectionem christi, similitudinẽ ⁊ imaginem esse aplꝰ manifestat
Ro.iiij. Christus inquiens mortu⁹ est pro delictis nostris: ⁊ resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Aplorꝫ em̃ princeps petrus
i. Pet.ij. in epistola sua scribit: Christ⁹ passus est pro nobis vobis relinquens exemplũ vt sequamini vestigia ei⁹. Sic ergo tam mors christi, q̃ resurrectio ei⁹ est exemplũ: vt nos peccatis mortui iusticie iam viuam⁹. Quare si non fuit veritas: q: fuit exemplũ: ergo nec veritas fuit christ⁹: nec vere a mortuis resurrexit. Sed absit a fideliũ cordibus error
Esa.liij. iste: cũ propheta de ipso testet̃, ꝙ vere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Dicit̃ tñ mysteriũ fidei: qm̃ aliud ibi creditur q̃ cernat̃: et aliud cernitur q̃ credat̃. Cernitur species panis ⁊ vini: ⁊ creditur veritas carnis ⁊ sanguinis christi. Hec ibi. ¶ L Item Eusebi⁹ Cum reuerẽdum ad altare cibis spiritualibus satiandus ascẽdis: sacrũ dei tui corpus ⁊ sanguinem fide respice. Honora, mirare, mente cõtinge, cordis manu suscipe. ⁊ habetur de conse. dist. ij. quia corpus. Item leo papa. Sic et sacre mense cõicare debetis: vt nihil prorsus de veritate corporis ⁊ sanguinis ambigatis. Itẽ Basili⁹. O miraculum o dei nimia beniuolentia, qua sursum sedet ad dexterã patris: sacrificij tñ tpe manib⁹ hoim continet̃. Itez paschas. vt. s. in prin. lec. xxxviij. Ad idem magister sniarũ li. iiij. dis. ꝑ multas scõrũ adducit autoritates. Uenerabilis quoq; Hugo lib. ij. de sacris pte. viij. ꝑ multa capl'a hãc fidei veritatẽ ⁊ cõfirct̃ et ꝓbat. vñ. c. vij. ait. Qđ videm⁹, spẽs panis est ⁊ vini. Qđ aũt sub specie illa credim⁹: verũ corp⁹ christi est ⁊ verus sanguis iesu christi: qđ pependit in cruce et fluxit de latere: nec per panẽ ⁊ vinũ corpus ⁊ sanguinem tñ significari credimus: sed sub specie panis ⁊ vini, veruz corpus et verũ sanguinẽ consecrari: ⁊ speciẽ quidẽ visibilẽ sacramentũ esse veri corporis ⁊ veri sanguinis. Corpus aũt ⁊ sanguinẽ sacramentũ esse grẽ spũalis. Et queadmodũ spẽs illic cernit̃: cui⁹ res vel substantia ibi esse nõ credit̃ tur: sic res ibi veraciter et substantialiter ꝓsens credit̃: cuius spẽs non cernit̃. Uidet̃ em̃ spẽs panis ⁊ vini: ⁊ substãtia panis ⁊ vini non credit̃: credit̃ aũt substãtia corporis ⁊ sanguinis christi: et tñ spẽs non videt̃. Qđ ergo videt̃ ẜm speciẽ sacramentũ est, ⁊ imago illius qđ credit̃ ẜm corporis veritatẽ. Et quod credit̃ ẜm corporis veritatem: sacramentũ est illi⁹ qđ percipit̃ ẜm gratiã specialẽ. Sacramentũ ergo altaris, ⁊ eucharistia diuina in vero corpore ⁊ sanguine dñi nostri iesu christi, imago est ẜm speciez panis et vini in qua cernit̃: ⁊ res est ẜm substantie sue veritatem in qua credit̃ illic atq; percipit̃. Et rursum. Qđ nunc visibiliter ẜm sacramenti speciẽ: ⁊ corpaliter ẜm carnis ⁊ sanguinis veritatẽ, christũ in altari sumimus: sacramentũ est, et imago ꝙ ipm eũdem inuisibiliter ⁊ spũaliter ẜm gratie infusionem ⁊ spũsancti participatioñe in corde sumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia, que in altari ẜm panis ⁊ vini speciẽ, ⁊ ẜm corporis ⁊ sanguinis christi veritatẽ visibiliter ⁊ corpaliter tractat̃: sacramentũ est ⁊ signũ: ⁊ imago inuisibilis ⁊ spũalis participationis iesu, q̃ intus in corde ꝑ fidẽ ⁊ dilectionẽ ꝑficit̃. Hec hugo. ¶ Z Itez Inno. in de offi. miss. Cũ sacerdos illa christi ꝟba pronunciat: Hoc est corpus meũ: hic est calix me⁹: panis et vinum in corpus ⁊ sanguinẽ conuertunt̃, illa ꝟbi ꝟtute qua ꝟbũ caro factũ est, ⁊ habitauit in nobis: qua dixit ⁊ facta sunt. mandauit ⁊ creata sunt vniuersa. Ego igitur q̃ vitã eternã habere desidero: carnẽ christi veraciter comedo: ⁊ sanguinẽ ei⁹ veraciter bibo: illã vtiq; carnẽ quã traxit de virgine: ⁊ sanguinem quẽ effudit in cruce. Ego corde ⁊ ore confiteor: ipm dñm iesum christũ in hoc sacro manduco, fret⁹ autoritate ipsi⁹ dñi. ¶ Probat idẽ cõfessio berengarij facta in generali concilio Nicolao papa ꝓsidẽte: et habet̃ in ca. ego berengari⁹. de cõse. dis. ij. qua ait. Consentio sancte romane eccl'ie ⁊ aplice sedi: ⁊ ore ⁊ corde profiteor: panẽ ⁊ vinũ que in altari ponũtur: post consecrationẽ nõ solũ sacramentũ: sed etiã verũ corpus ⁊ sanguinẽ dñi nostri iesu christi esse. ¶ Demũ hanc veritatem vniuersalis ecclesia (cuius post euangelium nulla maior est autoritas) determinauit in concilio generali sub Inno. iij. celebrato: vt habetur in ca. firmiter. de summa trinitate et fide catholica. vbi dr̃. Una vero est fideliũ vniuersalis eccl'ia: extra quam nullus oino saluat̃: in qua idẽ ipe sacerdos est ⁊ sacrificiũ iesus christ⁹: cui⁹ corp⁹ ⁊ sanguis in sacramẽto altaris sub specieb⁹ panis ⁊ vini veraciter cõtinet̃. ¶ M Hãc etiã veritatẽ Guilhel. paris. in tractatu solẽni, quem de sacris edidit in parte de sacro eucharistie. c. fine partitiõe ⁊ iuxta principiũ persuadet ex trib⁹ officijs, que christus pro nobis suscepit: scilz presbyteri, aduocati ⁊ medici. Unquia in missa fit populi sanctificatio: necesse est christum vt sacerdotem fidelissimũ interesse pro expletione officij sacerdotalis. Hoc em̃ exigit fidelitas sacrificãtis vt adsit cũ ad sacrificiũ postulat̃ aduenire. Est aũt officiũ sacerdotale, sacramentare siue sanctificare: qđ certe nõ implet̃ nisi ꝑ hostiaz, qua gratia sanctificationis populo impetrat̃. Nulla aũt hostia est qua possit sctificari ppl's: nisi illa quã christ⁹ in cruce obtulit, que est ipsemet christ⁹, ẜm ꝙ homo: sicut dicit apostolus ad Heb. ix. ꝙ semel in consummatione seculorꝫ ad destructionẽ peccatoruz per hostiã apparuit. Et ibidem. x. c. Sanctificati sumus per oblationem iesu christi semel. Necesse est igitur hunc venire ex officio sacerdotali suscepto ad sacrificandũ populũ per hostiam. Nõ est autem christus sacerdos nisi in forma humana, ⁊ in eo ꝙ hõ: igitur vt sic presentem se facit in altaris sacro. Iuxta hunc modũ: quia fidelis est noster aduocatus: necesse habet interesse cause quã agendam suscepit: quotiens causa nostra agitur: ⁊ ꝓsentia eius desiderat̃. Causa aũt totius eccl'ie in missa agit̃ scꝫ corã deo patre, ꝑ sacerdotem tanq̃

procuratorē. Necesse igitur habet interesse ⁊ causam age⸗
re hic noster aduocatus. Non est autem aduocatus: neqȝ
causam agit nisi inquantū homo: ergo inquantum homo
necesse habet assistere procuratori sacerdoti: maxime quia
causa ista non agitur nisi per interpellationē: si nō nisi ex
ore eius digna est suscipi ⁊ per munus qđ ipsemet est. Ter⸗
tio q: fidelis medicus egrū quē curandū suscepit: habet
visitare quotiens hoc requirit infirmitas: ⁊ hoc cū vnguē⸗
tis et medicinis que curationi eiusdem sunt necessaria.
Quia igitur vnusquisqȝ de ecclesia eger est: et medicatio⸗
ne indiget siue ad curationē: siue ad cōseruationem: siue
ad preseruationē: siue ad cōfortationē: ⁊ vnūquēqȝ curan⸗
dum mirabili miseratione suscepit: necesse habet ad curā⸗
dum quotiēs opus erit: aduenire. Opus aūt est quotiēs
de medicatiōe eius agitur: et sanationem eius intēditur.
Quia ergo ad hoc missa agitur: ⁊ quicquid in ea fit: fit vt
hmōi egro medicationis impendatur officium et sanita⸗
tis beneficiū: necesse habet misse officio interesse: ⁊ hoc in
eo ꝙ medicus: hoc est in forma humana, cum corpore suo
qđ est velut antidotū solidissimū contra oēs humores prauos
vitiorū: ⁊ cū sanguine suo qui est velut syropus muls
cebris ⁊ dulcissimus: ⁊ medicina liquida valēs contra oīa
animarū languores atqȝ vulnera: quorū duorū virtutes in
ipsa dñica passione potissimū claruerunt. Scđm hoc igit
quia venerandū corpus christi medicina est saluberrima:
qua curantur quotidie nostre infirmitates: ⁊ sacramentū
eius est placabilissimū quo lapsi deo patri reconciliamur
⁊ sanctificationis nostre est sacramentū sacratissimū, quo
deo patri vt filij charissimi coniungimur et incorporamur
⁊ cibus est nostre refectiōis: quo in vita spūali subsistim⁹
⁊ solidamur: necesse est ipsius in missarum solēnijs in qui⸗
bus oīa ista peraguntur sacratissimā ⁊ verissimam adesse
presentiā. Non eñ sufficit designatio siue figuratio corpo⸗
ris istius viuifici ⁊ sanguinis ad ista predicta peragendū:
sed necessario reqrunt istius viuifici panis presentissimā
veritatē. Neqȝ eñ figura: neqȝ aliqua designatio medici⸗
ne prestare pōt vllo modo salutē: sed sola ipsius presens
veritas salutē facit. Similiter impossibile est p solā ⁊ ina⸗
nem figurā ⁊ designationē sacrificij placari iratū: aut recō⸗
ciliari offensum absqȝ sacrificij veritate: siliter neqȝ sacra⸗
ri aut sanctificare possibile est quēqȝ absqȝ sacramēti verita⸗
te, cū sacramēti scȝ sola figura. Eodem modo impossibile
est aliquem refici, pasci aut potari sola figuratione panis
⁊ vini: alioqn sufficerēt nobis figure ⁊ picture ad ista qt⸗
tuor peragenda: ⁊ frustra laborareť circa missarū solēnia
Sufficerent inquā picture sacrarū oblationū ⁊ sacrificio⸗
rū ad reconciliationē ⁊ placationē: figure panis ⁊ vini ad
medicationē ⁊ refectionē. Hec aūt insania ad hoc deducit
vt pictura diluuij sola sine veritate mundum submergat:
⁊ pictura ignis quo mundus inferior conflagrandus est:
iam mundū exurat: atqȝ pictura sola panis pascat atqȝ re⸗
ficiat: sic ⁊ pictura vini potet ⁊ iebriet: que certe nemo ad⸗
mittit cōpos rōnis. Venit autē in partem sic loquentium
dementia: vt oīno nō distinguant quantū ad virtutē ⁊ effi⸗
caciam inter signa ⁊ res: inter figurā et veritatē: cū eandē
virtutē attribuant signis ⁊ veritati. Nimiū ergo desipiūt
heretici atqȝ fallūtur astruentes corpus christi nō realiter
vere in sacramento altaris cōtineri: sed dūtaxat in quadā
designatione ⁊ figura, contra christi euangeliū ⁊ tot san⸗
ctorū testimonia patrū: in quo elucet ipsorū detestāda te⸗
meritas: ⁊ psumptio temeraria qua sensui proprio preru⸗
Prouerbiorum .iij. mnitūtur: sententiā suā maiorū autoritatib⁹ preferēdo cō⸗
tra sapientis exhortationē. Fili ne innitaris prudētie tue:
neqȝ sapiens sis apud temetipsum. Verūȝ he psuasiones
Guilhel. magis ostendūt cōgruitatē corporalis presentie
christi: ꝙ demōstrent assistērie necessitatē. ¶ N De eo⸗
dem etiā loquiť Alber. in lib. de sa. parte .ij. Quid inqt, ne⸗
cesse est tantū facere apparatū pani et vino: nisi significa⸗
rent corpus et sanguinē christi? Quid ad hoc ordinarenť
sacerdotes; consecrarenť altaria; tēpla ac cetera que ad ri⸗
tum ⁊ altaris cultum pertinent: si nihil in his fieret nisi ꝙ
panis benediceret, qui corpus christi tm̄ significaret. Ad
huc aūt adoratio ⁊ veneratio que fit a populo exhibereť
creature. Sicqȝ in omni missa idolatria committeretur: q:
cultus debitus creatori pure exhibereť creature: quod ne⸗
fariū est dicere. ¶ Quomodo etiaȝ beatus Dionysius de
hoc sacramento loquēs, verbis vtitur que soli deo digne
attribuuntur. Ait eñ in de ecclesiastica hierarchia. c. iij. lo⸗
quens de venerabili eucharistie sacramento. At vero pon⸗
tifex cū diuina munera laude prosecut⁹ fuerit: sacrosancta
⁊ augustissima mysteria conficit: ⁊ q̄ ante laudauerat: ve⸗
nerādis operta ⁊ abdita signis in cōspectu agit: diuinaqȝ
munera reuerenter ostendens, ad sacram illorū cōionem
⁊ ipse conuertiť: ⁊ reliquos vt cōicēt hortať. Et post mul⸗
ta. Describit eñ pontifex in his ferme sensibiliter muneri⸗
bus in cōspectu dans christū iesum nostrā spiritalem vt in
imaginibus vitā, ex diuinitatis occulte perfecta ⁊ incōfu⸗
sa nostre mortalitatis assumptione clementissime pp̄ le⸗
tatem ex nobis accepisse: atqȝ ad diuisibile nostrū sine mu⸗
tatione sui exvnitate naturali processisse. Perqȝ hanc beati⸗
ficam clementiā ad participationē sui suorūqȝ bonorum inui⸗
tare genus humanū. Si tamen ipsi⁹ clementie inseramur
ipsam quātū fas est imitādo, sicqȝ veraciter consortes dei
diuinorūqȝ participes efficiamur. Hec Diony. sm nouam
translationē. In quibus satis patet eū sensisse dñm iesuȝ
christū in sacramento realiter, sed opertū specieb⁹ panis ⁊
vini contineri. ¶ O Ex omnib⁹ precedentib⁹ satis reor
probatū esse hanc fidei nostre veritatē, ꝙ sub specieb⁹ pa⸗
nis ⁊ vini post consecrationē rite factā verū christi corpus
verusqȝ eius sanguis, non sicut in signo, sed in se realiter
contineť, cōtra damnatā heresim hāc veritatē negantiū.
Neqȝ pro eis facit qđ pro se adducūt: ꝙ eñ hec verba chri⸗
sti, hoc est corpus meū, non sint accipienda sicut illa: Ego
sum vitis vera. Aut sicut illa apli. Petra aūt erat christ⁹,
satis supra declaratū est. Verba vero beati Aug. supra p
sua heresi allegata, magister dist. x. quarti determinat di⸗
cēs. Non his negat Aug. corpus christi a fidelib⁹ sumi vel
esse in altari: sed his veritas aplos, ⁊ in eis nos instruxit,
ꝙ ipsius corpus non per partes discerptū vt putauerunt
illi discipuli qui retroierunt: sed integrū, nec visibiliter in
forma humana, sed nobis inuisibiliter sub forma panis ⁊
vini, corpus et sanguinem traderet. Quem sensum beat⁹
Aug. confirmat dicens. Ipsum quidem ⁊ non ipm corp⁹
qđ videbať manducabat, ipm inuisibiliter, non ipm visi⸗
biliter. Item etsi necesse est illud visibiliter celebrare, ne⸗
cesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiā intelligēdū
est corp⁹ christi esse in vno loco, scȝ visibiliter in forma hu⸗
mana: veritas tamen ei⁹. i. diuinitas vbiqȝ est. veritas etiā
eius. i. verū corpus in omni altari est vbicunqȝ celebratur.
Sic etiam illud intelligēdū est. Pauperes semp habebi⸗
tis vobiscū: me aūt nō semp habebitis: sm corporalē psen⸗
tiā sm quā cū eis cōuersabať. Silr ⁊ illud, ꝙ homo est in
celo est visibiliter: inuisibiliter autē est in altari: quia non
in forma humana apparet: sed forma panis et vini operi⸗
tur. Vñ ⁊ inuisibilis eius caro dr: que vere est in altari: sed
quia non in specie sua apparet: dr inuisibilis. Ait eñ Aug.
Sacrificiū ecclesie duobus cōstat: visibili elementorū spe⸗
cie: et inuisibili dñi nostri iesu christi carne et sanguine: sa⸗
cramento ⁊ re sacramenti. i. corpe christi. Ecce inuisibilē di⸗
xit carnē christi: q: forma panis operta sumiť et tractatur.

¶ Lectio .xl. A

Ostēsa corporali presentia

Ostēsa corporali presentia corporis christi sub speciebus panis, ad plationē forme sacramentalis: consequēter inquirēdū est qua mutatione incipit corpus christi esse in sacramēto. ¶ Circa qđ notādū ꝙ q̄uis expresse tradatur in scriptura, ꝙ corpus christi veraciter sub specieb⁹ panis continetur: ⁊ a fidelib⁹ sumiť: vt patuit lectione precedēte; tñ quomodo ibi sit christi corpus: an per cōuersionem

ꝑ cõuerſionē alicuius in ipm: an ſine conuerſione incipiat
eſſe corpus chriſti cū pane manentib⁹ ſubſtãtia ⁊ acciden/
tibus panis: nō inuenit expreſſuȝ in canone biblie. Unde
de hoc antiquit⁹ fuerunt diuerſe opiniones: vt recitat ma
giſter diſt. xj. quarti. Un colligunt tres opiniones q̄ habē
tur. c. cū marthe. in glo extra de cele. miſ. ⁊ Inno. de offi.
miſ. par. iij. ca. xviij. eaſdem recitat. ¶ Una ꝙ panis ſuba
manet ſimul cū corpore chriſti: ⁊ nihil preexiſtens ibi ante
cōſecrationem deſinit eſſe. ¶ Secūda tenet ꝙ ſuba q̄ fuit
panis primo: poſtea eſt caro chriſti. ¶ Tertia tenet ꝙ ſub/
ſtantia panis ibi deſinit eſſe: ⁊ manent accidentia tm̄/ ſa/
por/ color/ pondus/ ⁊ ſimilia: ⁊ sub his accidentib⁹ incipit
eſſe corpus chriſti. ¶ Quartā opinionem addit magr̄ vbi
ſupra ꝙ panis ſuba nō cōuertit: ſed annihilat: vel in pre/
iacentem materiā reſoluit. Sed nūc opinio tertia ab oīb⁹
doctorib⁹ catholicis acceptat. ſcȝ ꝙ ſubſtantia panis non
manet: ſed realiter veraciter in ſubſtantiā corporis chriſti
cōuertit transſubſtantiat ſeu cōmutat. Tum q: de ſacra/
mentis tenendū eſt ſicut tenet ſancta romana eccleſia: vt
habet de hereticis. ad abolendā. Nūc aūt ipſa tenet ⁊ de/
terminauit panem trãſſubſtãtiari in corpus chriſti/ ⁊ vinū
in ſanguinem: vt habet de ſum. tri. ⁊ fi. ca. firmiter. vbi ſic
dicit. Ipſe ieſus chriſtus ſacerdos eſt ⁊ ſacrificiū: cui⁹ cor/
pus ⁊ ſanguis in ſacro altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini ve
raciter cōtinet. Et ſequit: Trãſſubſtantiatis pane in corp⁹
⁊ vino in ſanguinem ptãte diuina. ¶ Ad idem ſunt auto/
ritates plurime ſanctoꝝ: quarū plures ca. precedente ſunt
allegate. Un Euſebius emiſſen⁹ de cōſe. diſt. ij. q: corpus.
Inuiſibilis inquit/ ſacerdos viſibiles creaturas in ſub/
ſtantiam corporis ſui ⁊ ſanguinis verbo ſuo ſecreta ptãte
cōuertit. Et ſequit: Nouū tibi ⁊ impoſſibile eſſe nō debet/
ꝙ in chriſti ſubſtantiā terrena ⁊ mortalia cōuertunt. Item
Amb. lib. de ſacramētis. vt. ſ. allegatū eſt in. c. panis. ij. de
cōſe. diſt. ij. Panis eſt in altari vſitatus ante verba ſacra/
mentoꝝ: vbi acceſſit cōſecratio de pane fit caro chriſti. Se/
quitur. Si ergo tanta vis eſt in ſermone dñi ieſu: vt incipe
ret eſſe qꝺ non erat: quanto magis operatorius eſt vt ſint q̄
erant ⁊ in aliud cōmutent. Et ſic qꝺ erat panis ante cōſe/
crationem: iam corpus chriſti eſt poſt conſecrationem: q:
ſermo chriſti creaturam mutat: ⁊ ſic ex pane fit corp⁹ chri/
ſti: ⁊ vinū cū aqua in calice mixtū fit ſanguis conſecratio/
ne verbi celeſtis. Item Aug. ⁊ habet eadem diſt. vtrū ſub
figura. Uoluit dñs hunc panem ⁊ vinū in myſterio/ vere
carnem ſuam ⁊ ſanguinem ſuū conſecratione ſpiritusſan/
cti potentialiter creari. Et ſequit: Ex ſubſtantia panis et
vini myſtice corpus chriſti cōſecrat. Et infra. Corpus chri/
ſti ⁊ ſanguis in virtute ſpūſſancti ex panis ⁊ vini ſubſtan/
tia efficitur. Et ſequit: Per ſpiritūſanctū hanc/ ſcilȝ panis
ſubſtantiā ſuam efficit carnem: ⁊ tranſit vinū in ſanguinē
Et infra. Credendū eſt ꝙ in verbis chriſti ſacramenta cō/
ficiantur: cui⁹ em̄ potentia creant prius ſcȝ panis ⁊ vinū:
eius vtiqȝ verbo ad melius procreant. Item in cap. cum
marthe. de cele. miſſa. Panem ⁊ vinū in corpus ⁊ ſanguis
nem proprie cōmutauit. Item venerabilis Hugo lib. ij. de
[.]acramentis parte. viij. ca. ij. Sacramentū corporis ⁊ ſan/
guinis ſui/ ipſe dñs ieſus chriſtus inſtituit: quādo poſt ce/
nam veteris paſche panem ⁊ vinū in corpus ⁊ in ſangui/
nem ſuū potentia tranſmutans apl̄is ſumendū diſtribuit
Et ibidem. c. ix. idem ex intentione declarans: At ꝑ verba
ſanctificationis vera panis ⁊ vera vini ſubſtantia in verū
corpus ⁊ ſanguinem chriſti cōuertit: ſola ſpecie panis ⁊ vi
ni remanente: ⁊ ſubſtantia in ſubſtantiā tranſeunte. Cōuer
ſio aūt ipſa nō ſm vnionem: ſed ſm tranſitionē credenda
eſt. Nã nequaꝗ̄ eſſentia eſſentie in augmētū accedit/ vt ꝑ
illud qꝺ accedit: id ad qꝺ accedit/ mai⁹ fiat: ſed trãſitione
vt id qꝺ accedit: cum illo ad qꝺ accedit: vnū fiat. Nec ſic in
pane chriſti corpus cōſecrare dicim⁹: vt de pane corp⁹ chri
ſti eſſe accipiat: nec quaſi nouū corpus ſubito factū: de mu
tata eſſentia ſcȝ panis: ſed in ipm corp⁹ verū mutatā eſſen
tiā: nec ipſam ſubſtantiā panis ⁊ vini in nihilū redactā: q:
deſijt eſſe qꝺ fuit: ſed mutatā potius: q: cepit eſſe aliud qꝺ
non fuit. Et aliud ipm qꝺ cepit ſupple ſuba panis eſſe/ ex
ea eſſe nō accepit: q: prius panis fuit: ſed ipſa eſſe accepit
qn̄ deſijt eſſe qꝺ fuit. Ex his ⁊ alijs plurimis autoritatib⁹
ſanctoꝝ habet ꝙ corpus chriſti eſt in ſacro ꝑ tranſmuta/
tionem vel cōuerſionem aut tranſſubſtantiationē ſubſtã/
tie panis ⁊ vini in corpus ⁊ ſanguinē chriſti. In dictis aūt
autoritatib⁹ ſunt quedā ſobrie exponēda: quib⁹ dicit ꝙ pa
nis ⁊ vinū fit ſanguis ⁊ corpus chriſti: q̄ quō intelligēda
ſint: poſtea lec. xlix. docebit. Et ꝓpter hoc predicta verboꝝ
forma dicit cōuerſiua: q: dū ipſa rite a ſacerdote ſuꝑ panē
⁊ vinū profert: panis ⁊ vini ſuba in corpus ⁊ ſanguinem
chriſti conuertunt. ¶ E Quia ergo ex determinatione
eccleſie/ cōformiter ad ſctōꝝ autoritates/ credendū eſt cor
pus chriſti in ſacramēto eſſe ꝑ cōuerſionem panis in ipm.
Uidendū quō intelligenda ſit ipſa cōuerſio: vbi tria ſunt
ꝑquirenda. Primo q̄d ſit cōuerſio. Secūdo q̄d in quid cō
uerti poſſit. Tertio qua ſpecie cōuerſionis panis in corp⁹
chriſti cōuertat. ¶ Quoad primū notandū/ ꝙ cōuerſio q̄
eſt tranſitio vnius in aliud: duo dicit: ſcȝ deſitionē alicui⁹
rei: ⁊ ſucceſſionem alterius. Si em̄ legit aqua cōuerſa in
vinū in nuptijs Joh. ij. deſijt in hydrijs aqua: ⁊ ſucceſſit vi
num: hoc eſt ꝙ forma aque in hydrijs deſijt eſſe: ⁊ ſucceſſit
forma vini in materia aque. Uel tota aque ſuba deſijt: to/
ta ſuba vini ſucceſſit: quippe fieri vtrūqȝ potuit. Qꝺ aūt
horū factū ſit: ipſe nouit qui fecit. Sic in generatione na/
turali ignis ex aere/ aer cōuertit in ignem: dū corrupta for
ma aeris/ ſuccedit forma ignis: ſic albū vertit in nigrū/ dū
albedini deſinenti ſuccedit nigredo. ¶ Eſt ergo cōuerſio
ſucceſſio entitatis poſitiue ad entitatē poſitiuā deſinentē
Illud ꝺo ſm opinionem Scoti/ dicit ſuccedere qꝺ ad deſi/
tionē alterius nouū eſſe recipit: aut in eſſe qꝺ habet cōſer/
uatur: ita ꝙ niſi aliud deſineret: ipm nō reciperet nouū eē
nec in eſſe qꝺ habet ꝯſeruaret. Ex quo ſequit ꝙ corruptio/
ni vermis in terra nō ſuccedit ſol i celo: ꝗuis corrupto ver
me cōſeruet: maneret em̄ nihilomin⁹ ſi vermis corruptio
nō precesſiſſet. ¶ Scḋo ſequit ꝙ de ratione ſucceſſionis
nō eſt ꝙ ſuccedens ſit in eadē materia ſub eiſdē accidenti/
bus: vel in eodem loco in qua/ quibus/ vel quo fuit id cui
ſuccedit. Patet ex ſecūdo. Unde ſi de⁹ cōſeruaret ſolem in
celo ad deſtructionē alicui⁹ aīalis in terra al's nō cōſerua/
turus: ſol quantū ad eſſe in quo cōſeruat: ſuccederet aīali
⁊ aīal deſinens cōuerteret ꝑ ꝯñs in ſolē. ¶ Tertio ſequit
ꝙ nō eſt de rōne ſucceſſionis vt ſit nouitas aliqua in ſucce
dente: q: ſi res aliqua in ſuo eſſe qꝺ habuit ſine ſui muta/
tione cōſeruaret ad corruptionē alicui⁹ rei al's nō cōſeruā
da: illa ſuccederet rei corrupte/ ſine ſui mutatione ⁊ quali
bet nouitate. Sententia eſt Scoti quodli. q. x. ¶ Et poſ/
ſet ratio aſſignari: qm̄ q: res de nouo ꝓducta. i. accipiens
eſſe poſt nō eſſe ad deſitionem alterius ſuccedit deſinenti
rōne res cōſeruata. i. accipiens eſſe poſt eſſe precedens et
deſitionem alterius ſuccedit et: nulla em̄ pōt aſſignari ra/
tio diuerſitatis cū cōſeruatio eſt quedā ꝓductio: nã vtro/
biqȝ ad eſſe cauſe ſequit effectus: qui cauſa ceſſante nō ſe/
queret. Poſita em̄ cauſa ſufficiēte ⁊ ꝓducente/ ponit effe/
ctus de nouo/ ſi prius nō fuerit: aut ponit non de nouo ſi
prius fuerit: ⁊ hoc ſi eadem fuerit cauſa ꝓducens ⁊ cōſer/
uans. Necnō min⁹ habet eſſe effectus a cauſa ꝯſeruante/ ꝗ̄ a
cauſa ꝓducente: q: ita conſeruatū non eſſet ſubmoto con
ſeruante: ſicut productum non eſſet remoto producente.
¶ D Per hoc patet ad ſecundū quid in quid conuerti
poſſit: nam tunc res aliqua conuerti poteſt in aliam: dum
vtraqȝ eſt in poteſtate agentis quantū ad eſſe vel conſer/
uari: ⁊ non eſſe ſimpliciter vel ſm quid. Unde dicit primo
ꝙ nō ſolū corpus in corpus: aut ſubſtantia in ſubſtantiā:
ſeu accidens in accidens: ſed ſpūs in ſpm̄: ⁊ corpus in ſpi/
ritū: ⁊ ſpūs in ſubſtantiā corporalē: ſubſtãtia in accidens:
⁊ accidens in ſubſtãtiam. ⁊ generaliter quodlibet creatū
in creaturā quālibet poteſt cōuerti diuina poteſtate. Pa/
tet: q: cū quelibet creatura eque eſt in plena poteſtate dei

in

quātū ad esse ⁊ nō esse: pōt quālibet creaturā annihilare: ⁊ ad desitionem alterius cuiuscūq; ꝓducere: similiter potest quālibet creaturā conseruare ad desitionem alterius. Quod cū facit: creaturā que desinit in eam quā sic conseruat vel ꝓducit: cōuertit. Nec tamen propter talem cōuersionem vnū fit reliquū: hoc est si corpus cōuertit in spm̄: nō ideo corpus fit spūs: neq; materia fit forma si in formā cōuerteret: nec substātia accidens: vel ecōuerso: cū cōuerti vnū in aliud nō est vnū fieri aliud: sed est vni desinenti succedere aliud: licet in casu ex corpore fit spūs: ⁊ ex materia fit forma: qḋ nihil aliud est dictu nisi ꝙ desinenti corpori succedit spūs. Sicut in generatiōe naturali ignis ex aere aer nō fit ignis: nec forma aeris fit forma ignis: sed forma aeris corrumpit ⁊ ꝓducit in eadem materia forma ignis: qḋ est cōuerti aerem in ignem: siue formam aeris in formā ignis. ¶ Secūdo dicit ꝙ nihil cōuerti pōt in deū: vel in aliqḋ intrinsecū deo. Probat q: nihil intrinsecū deo est in ptāte dei quantū ad esse ⁊ nō esse: cū esse intrinsecū deo est deus: ⁊ necesse esse ⁊ nō possibile nō esse. Potētia em̄ diuina est tm̄ respectu possibiliū: vt declarant doctores circa distinctionem primi: ⁊ ideo nō succedit esse diuinū cuicūq; creature desinēti: cū siue creatura desinat siue nō: necessario est deus: nec solum necessario est: sed necessario est immutabilis: ⁊ ideo nō tantū quoad esse nō succedit: sed etiā quantū ad oēm modū sui esse nulli creature succedit. ¶ E Sed forte quis diceret ↄtra primū. Illud videt esse cōtra beatū Aug. sup Genes. dicentem lib. vij. Omne corpus in omne corpus posse mutari nō defuerūt qui assererent: corpus aūt aliqḋ conuerti in animā fierīq; naturā incorpoream: nec quemq̄ sensisse scio: nec fides habet. Et eodē lib. expressius habet idē. Omne inquit corpus in omne corpus mutari posse credibile est: quodlibet aūt corpus posse mutari in animā credere absurdū est. ¶ Itē Boetius in libro de duabus naturis dicit: Neq; corporea substantia in incorporeā substantiā mutari potest: nec incorporea in seinuicem mutari proprias formas mutant. sola em̄ in seinuicem mutari possunt: que habēt vnius nature cōmune subiectū. ¶ Item nō videt ꝙ substantia possit cōuerti in accidens: q: nō potest fieri inherens: nec absolutū potest cōuerti in respectiuū: q: tūc absolutū requireret duos terminos. Item quantitas panis nō pōt ↄuerti in corporis christi quantitatem: q: nō pōt corpus christi quantificari per quantitatē panis: cū nō sit debita cōmensuratio. ¶ Ad illa dicit ad primū ꝙ btūs Aug. ibi loquit de cōuersione prime ꝓductionis: ⁊ ſm modū illius productionis vbi de corpore materiali aliud corpus ꝓductū est: vt de materia informi celū ⁊ elementa: ibi incredibile non est de quolibet corpore qḋlibet ꝓduci potuisse: sed nō de corpore in spm̄: q: ostendere vult ꝙ aīa non est ꝓducta de materia siue corpore materiali. Vel pōt dici ꝙ vult ꝙ minus possibile est corpus in spm̄ cōuerti: q̄ corpus qḋlibet in quodcūq; corpus: q: plus conueniūt corpora quecūq; inter se q̄ corpus cū spiritu. Verū hoc dici posset referendo ad potentiā naturalem: sed respectu diuine potentie: cui oīa eque subsunt: nec vnū est magis possibile altero. Ideo finaliter potest dici beatū Aug. ita opinatū fuisse: vel ſm alioꝝ opinionē locutū esse. Nec probat qḋ opinat: nec assertiue loquit asserendo vnū negando aliud: sed dicit credibile est. Et in alia parte: nec quēq̄ sensisse scio nec fides habet. ⁊ postea: absurdū est hoc asserere. i. nō est vsitatū nec certū. ¶ Ad Boetiū dicit ꝙ loquit de cōuersione naturali ⁊ imediata: q̄ requirit subiectū cōe ⁊ pricipia agendi ⁊ patiendi mutuo in cōuersis. Dicit em̄ ibidem ꝙ nō pōt es in lapidem ꝑmutari: qḋ intelligi nō pōt nisi de cōuersiōe naturali ⁊ imediata. Quō aūt ratio sua teneat cōtra Euticem: contra quem ibi loquit alibi videndū est. ¶ Ad tertiū ⁊ quartū dicit ꝙ fundat sup falsa imaginatione: q̄ est ꝙ termin⁹ ad quem ↄuersionis induat cōditiones termini a quo: qḋ falsum est: q: si termin⁹ ad quem cōuersionis recipit esse ſm cōuersionem recipit esse ſm cōditionem ꝓprie nature: vt patet etiā in cōuersione naturali. Ideo si accidens cōuertit in substantiā: substantia seruat cōditionem suā: ⁊ econuerso si suba in accidens: accidens tenet suas conditiones: ⁊ si absolutū in respectiuū: respectus habebit fundamentū ⁊ terminos suos: quos nō habuit absolutū cōuersum. Sic si quantitas panis cōuerteretur in quantitatē corporis christi (posito ꝙ quātitas sit accidens absolutū) corpus christi ꝓpter hoc nō extenderetur quātitate panis: q: cōuersa desinit esse: sed quātitate sua ꝓpria q̄ succedit quātitati panis cōuerse. ⁊ ꝑ hoc patet secūdū. ¶ F Quoad tertiū scz qua specie cōuersionis panis cōuertat in corpus christi. Nā in allegatis auctoritatib⁹ qñq; dicit mutari: qñq; cōuerti: ⁊ qñq; transsubstātiari. Quō ergo se habeat cōuersio ad transmutationem: quō ad transsubstantiationē inquirendū. Dicendū itaq; est ꝙ mutatio multipliciter accipit tam a pħo q̄ a sanctis possunt aūt acceptiones iste reduci ad tres. Vñ pōt accipi mutatio large siue cōmunissime: ⁊ sic mutari est rem incipere vel desinere esse: aut se habere aliter posterius qualiter se nō habuit prius instātanee vel successiue: ⁊ sic est genus ad motum ⁊ conuersionem: q: motus dicit successionem: ⁊ cōuersio desitionē cōuersi: q̄ nō importat mutatio in specie. Silr ad creationē ⁊ annihilationē ⁊ alterationē: q: in genere importat quicq̄d illi termini iportāt in specie ¶ Scḋo mō accipit stricte ꝓ receptione alicui⁹ forme substantialis vel accidētalis de nouo: vel dimissione talis forme prehabite instātanea vel successiua: ⁊ illo mō materia prima si fuisset creata sub forma. i. simul creata cū forma in instāti sue creatiōis fuisset mutata: q: in illo instāti recepisset formā quā ante hoc instans nō habuisset. ¶ Tertio mō accipit strictissime: ⁊ sic mutari est subiectū presuppositū recipere formā: vel locū prius nō habitā vel habitū: vel talem ꝑdere instātanee vel successiue ⁊ sic accipit. viij. phisicoꝝ vbi innuit ꝙ mutari est rem aliter se habere prius ⁊ posterius. Ex illo p3 ꝙ ↄuersio nō est mutatio scḋo vel tertio modis: saltē nō oportet: sed tantū primo mō: q: qḋ his duob⁹ vltimis modis mutat: non desinit: qḋ aūt cōuertit desinit esse. ¶ G Sed quō se habeat cōuersio ad trans- | Conuersio duplex est.
substantiationē aduertendū ꝙ est cōuersio quedā naturalis: quedā supnaturalis. Naturalis est q̄ fit a principiis nature presupposito subiecto vtriq; termino: vt est cōuersio aeris in ignem. Supnaturalis est q̄ fit actione diuina speciali preter ordinē nature: ⁊ ista si fit īter terminos substantiales: dicit trāssubstātiatio. Si inter terminos accidētales: posset dici trāsaccidentatio. Si inter terminū a quo qui est suba: ⁊ ad quē qui est accidens: posset circūlocutiue dici transsubstantie accidentatio. Sic ecōuerso posset dici trāsaccidentis substātiatio. ¶ Pōt aūt trāssubstantiatio | Transsubstantiatio quid.
ad ꝓpositū sic describi: est cōuersio substātie totius in substantiā nō habentē cōem materiā cū priore. Cōuersio ponitur pro genere: q: vbicūq; est trāssubstantiatio: ibi est cōuersio: ⁊ nō ecōuerso. Primū p3: q: in omī trāssubstantiatione termin⁹ a quo desinit esse. Si em̄ maneret: non esset transsubstantiatio: q: nihil transiret in aliud. Dicitur substantie ad excludendū trāsaccidētationē. Dicit totius: qḋ debet accipi mixtim. i. cathegorematice ⁊ sincathegorematice simul: vt exponit ipm ⁊ nihil ipsius quin ipsum. Per hoc excludit generatio naturalis: i qua licz totū cathegorema. i. integrū transeat in totū: vt dicit pħs in de gñatiōe Gñatio est trāsitio hui⁹ totius in hoc totū. Siquidē in generatione ignis ex aere tot⁹ aer corrūpit: ⁊ tot⁹ ignis ꝓducitur cathegorematice nō tm̄ tot⁹ aer capiēdo tot⁹ mixtim: q: nō q̄cq̄d est aeris corrūpit: q: materia q̄ est primo pars aeris: ⁊ postea pars ignis nō corrumpitur: sed manet sub vtroq; termino. Dicit in substantiā ꝓpter cōuersionē sube in accidens: q̄ nō transsubstantiatio: sed magis trāssubstātie accidentatio. Dicit vltimo non habentē cōem materiā cū alia: ꝓpter cōuersionem forme substantialis ꝑ generationem de nouo ꝓductā: q: licz ibi fit cōuersio totius forme corrupte in formā ꝓductā: q: nihil forme corrupte ma-

magis pbs ad oppositum loquitur: vnde .iiij. Metaphy. Accidens non accidit accidẽti nisi q2 ambo accidũt eidem subiecto. Nihil em̃ hoc illi magis ꝙ illud huic. Siliter in p̄dicamento substantie dicit. Maxime propriũ est substantie: cũ sit idem numero: ẜm sui mutationez esse susceptiuũ cõtrariorũ. Si ergo accidẽs puta quãtitas etiã susciperet cõtraria accidẽtia ẜm sui mutationẽ: nullo modo esset proprium substãtie: q2 nec omni: nec soli cõueniret. vñ cũ dicit ꝙ maxime ꝓpriũ est substantie ₇c. p hoc videt velle substantiã ab oibus separare/ q̄si p illud qd soli substantie conuenit: licet vtraq3 autoritatũ pbi ab alijs exponat ₇ gloset. ₇ ex intẽtione ꝓbat ꝙ nõ cõuenit quãtitati: replicat enim de oratione quã ponit speciẽ quãtitatis: ꝙ ei insint cõtraria ẜm sui mutationẽ/ sc3 verũ ₇ falsum: et soluit cõcludẽs ꝙ suscipere cõtraria soli substãtie sit ꝓpriũ ₇ nõ alteri conueniat. Hec de respicientibus predicamẽtum relationis.

¶ M Quãtũ ad ea q̄ respiciũt p̄dicamentũ q̄litat3 occurrit duplex consideratio. Una de q̄litatib9 panis ₇ vini remanentib9. Altera de q̄litatib9 substãtiã corporis christi cõcomitantib9: ₇ de vtrisq3 põt esse cõsideratio: vel q̄ad se vel in ordine ad operationes earũ ₇ passiones. Scda cõsideratio locũ habebit sequẽti lectione: vbi dicet de his que respiciũt p̄dicamẽta actionis et passionis. ¶ Quoad primam vidẽdũ est vtrũ oẽs q̄litates substãtie panis et vini inherẽtes ante cõsecrationẽ/ maneãt facta cõsecratiõe. Et ibi dr ꝙ nulla q̄litas accidẽtalis q̄ fuit in pane ₇ vino ante cõsecrationẽ: mutat quantũ ad suũ esse per ipsam panis ₇ vini cõuersionẽ. Manent em̃ oẽs q̄litates q̄ fuerunt in pane ₇ vino etiã post cõsecrationẽ in eisdẽ sitibus: sed nõ in eisdẽ subiectis: sicut prius istud satis ꝓpositione prima p̄sentis lec. declaratũ est. ¶ Et dr notãter: nõ mutant per cõuersionẽ: q2 fieri possunt mutationes illaꝝ qualitatum ẜm diuersas spẽs mutationis. Possunt em̃ intẽdi: possunt remitti/ rarefieri/ cõdensari/ cõgelari ₇c. vt experientia docet: sed he mutatiões nõ fiũt virtute cõuersionis: nã cõuersio illa est trãssubstãtiatio: vt. s. dictũ est: in q̄ sola substantia desinit esse nõ accidentia. Un̄ autẽ accidẽtiũ mutationes fiant: dicetur lectione sequenti. ¶ N De qualitatibus corporis christi dictũ est. s. lec. xlij. Et potest summarie reperi: ꝙ oẽs qualitates: immo oia accidẽtia absoluta corpori christi in celo inherentia quorũ rationib9 formalibus modus existendi sub sacramẽto diffinitiuus nõ repugnat: inherẽt etiã corpori christi sub sacramento: ₇ qm̃ ille modus existendi q̄litatib9 nõ repugnat nõ plus ꝙ substãtie: ideo ꝯcomitant corp9 christi in sacramẽto q̄litates sue oẽs. ¶ Ad hoc posset adduci cõgruentia. Nã corp9 christi Ro.vj. gloriosum resurgens ex mortuis nõ moritur. deponendo animã que est vita: ita nec moritur deponẽdo aliquãdo ꝑfectionẽ vel gloriã corporis. Moreret autem illi perfectioni qualitatiue quã deponeret in sacramento. Sic em̃ mori dicit res ei a quo separat: ẜm quem modũ loquitur apostolus ad Roma. vj. Existimate vos esse mortuos pctõ: viuẽres autẽ deo in christo iesu. ¶ Preterea sicut in naturalibus nihil ponit frustra: ita nec in gratuitis/ ₇ maxime in sacramento salutis: nihil autẽ ꝓficeret saluti vrentiũ hoc sacramento dimissio cuiusq3 qualitatis corp9 christi ꝑficiẽtis: ideo nõ est asserendum: vt etiã. s. tactũ est lec. xlij. Nec obstat ꝙ figura corporis christi/ ₇ quantitas non manent ẜm aliquoꝝ opinionẽ: q2 ille repugnãt modo existẽdi in sacramẽto: q̄ multũ vtilis est ₇ magnũ fidei fructũ parit/ dũ presentie corporis christi nullam habem9 experiẽtie euidẽtiam: sed simpliciter credim9 in obsequiũ christi intellectũ nostrum captiuantes. ¶ O Sed diceres contraria nõ sunt simul etiam in hoc sacramento. Qualitates autẽ panis ₇ vini cõtrarie sunt qualitatib9 corporis christi: non ergo erũt simul cũ speciebus sacramenti. Ad hoc dr ꝙ qualitates cõtrarie nõ sunt simul in eodẽ subiecto: non autẽ simpliciter repugnat eis simul esse in eodez loco. Nulle enim qualitates contrarie sunt in eodẽ subiecto adequate in sacramento: nã qualitates cõtrarie panis ₇ vini non sunt simul: neq3 subiecto/ nec situ/ nec loco. Sed qualitates panis ₇ vini cõtrarie qualitatibus corporis christi sunt simul cum illis loco non subiecto: ille em̃ sunt sine subiecto: iste sunt in corpore christi subiectiue. Siliter quia membra corporis christi sunt simul in qualibet parte hostie etiam qualitates mẽbrorũ sunt simul: ₇ tñ alique sunt contrarie: puta frigiditas cerebri/ ₇ calor epatis: non tamen sunt in eodem subiecto. Nam mẽbra manent distincta quib9 inherẽt qualitates contrarie. Et hec breuiter cõmemorata esse sufficiat: quia partim in precedentibus habita sunt: ₇ cetera sequentib9 reseruant. ¶ Lectio. xlv. A



Onsequẽter cõsiderandũ est de actione ₇ passione que fiunt aut fieri possunt/ per vel circa qualitates tam sensibiles in sacramento/ ꝙ insensibiles corpus christi afficientes. Primo autem de qualitatibus sensibilibus sine subiecto remanentibus vidẽdum est: vtrum possunt habere oẽm actionem/ quam habere poterũt in subiecto. Ac deinde an ois transmutatio passiua possit causari ab agẽte naturali circa accidẽtia in eucharistia manentia que fierẽt si essent in subiecto. ¶ Circa primũ aduertẽdum ꝙ triplex actio põt conuenire accidentibus. Una respectu substãtie generãde: ₇ due respectu accidentis ꝓducendi. vna respectu cognitionis causande in potentia cognitiua: altera realis in passum habẽs realiter contrariũ. ¶ Quantũ ad primũ est quorundã opinio ꝙ accidẽs separatũ nõ põt esse principiũ generãdi substantiã/ nec p̄ncipale nec instrumẽtale: sed nec corrũpendi substãtiam/ intantũ ꝙ si tota substantia ignis in sphera sua destrueret: remanentib9 oib9 accidentib9: ₇ ita maximo calore/ gutta aque ibi posita nũꝙ corrũperet ab illis: q2 sicut generatio substantie: ita ₇ corruptio ei9 non potest fieri nisi a substãtia. Hui9 principale motiuũ est: q2 totale causans non põt esse imperfectius causato. Cum ergo species essent totale agens. nõ em̃ cũ eis cõcurrit aliq̄ substantia: cũ substantia panis ₇ vini nõ sint: nec alia: ergo spẽs q̄ sunt accidẽtia nõ possunt esse cause respectu substãtie generande vel corrũpende. Ꝺo nõ corrũpẽde: q2 nihil põt corrũpere substantiã nisi habeat virtutẽ ꝓducẽdi substãtiã: ₇ p h̄ patet ẜm illã opi. ꝙ spẽs sacramẽtales nõ possunt ꝓducere substãtiã in quacũq3 materia. ₇ hec est opi. Sco. dis. xij. q. iij. q̄rti scripti. ¶ Aliter opinat beat9 Tho. in. iiij. scripto ea. disti. q. j. quam Sco. vbi. s. recitat ₇ improbat. Tenet aũt ꝙ spẽs in virtute forme substantialis possunt agere ad formã substãtialẽ tanꝙ ad terminũ sue actionis: quã virtutẽ receperũt a forma panis ₇ vini: dũ primo in pane producte sunt ₇ vino: q̄, virt9 in eis manet desinentib9 pane et vino: sicut eis manet idẽ esse qd in eis receperunt. ¶ B Sed q̄cq̄d sit de illis opinionib9/ põt hic dici post Guil. ockã/ ꝙ accidẽs potest esse causa partialis substãtie generãde ₇ corrũpende tam coniũctũ ꝙ separatũ: nec oportet refugere ad virtutẽ a substãtia receptã. Sed hoc conuenit sibi a ꝓpria natura. Nã eadẽ rõne/ qua ꝑsuadet substãtiã eẽ causam substantie: eadẽ etiã ꝓbat accidẽs esse causam substãtie: licet neutrũ põt demõstrari: nã sicut ad presentiã substãtie sequitur ꝓductio vel corruptio substãne: q̄ nõ corrũperet vel ꝓduceret in ei9 absentia: ₇ ideo substantia dr ꝓductiua vel corruptiua substãtie: vt patet de igne ꝓducẽte ignẽ ₇ corrũpente aquã. Sic etiã ad p̄sentiã caloris ꝓducit ignis et cõsumit aq: qd nõ fieret sine presentia caloris: imo aliq̄n ad presentiã caloris sine igne ꝓducit ignis: vt in motu forti cõfricationis: vt in molẽdinis nõnunꝙ cõtingit: nunꝙ autem ad presentiã ignis sine calore. Nec aliqua alia via põt ꝓbari aliq̄d esse causam alteri9. Uerũ ratio nõ demõstrat: q2 instantia est de aia intellectiua/ q̄ a solo deo causatur: ₇ tñ ꝓductionẽ ei9 precedit cõmixtio maris et femine sicut in generatione bruti: vnde si esset hec materia informata forma ignis: ₇ alia esset informata forma aque sine omnibus accidẽtibus hincinde: tunc posset quis experiri

certitudinaliter/vtrū substātia generaret substantiam sine
accidentibus. et si sic: tūc posset sustineri ꝙ accidentia nō
essent cause partiales illius generationis substantie. Si
non: tūc necesse foret ponere ꝙ accidentia essent cause ad
minus partiales substātie: sic etiā si ad p̄sentiā accidētis
um separatoꝝ p̄duceret substātia: posset certe sciri ꝙ acci
dētia p̄ducerēt substātiā principaliter sine substātia cōcur
rente: sed q꞉ nullibi est inuenire substātiā sine accidētibus
nec accidētia extra substātiā naturaliter: ideo certitudo ha
beri neq̄t. ❡ E Nec videt̄ posse demōstrari ex senoris/
ꝙ aliqua creatura causet quēcūq; effectū efficienter: quia
posset preueniens dicere: ꝙ oīs effectus positiu⁹ immedia
te est a solo deo/quan tūcunq; concurrant cause scd̄e: sicut
dr̄ de productione aīe intellectiue: cui posset applicari il
j.cor.iij lud ap̄li. Ego plantaui: apollo rigauit: de⁹ autē incremen
tū dedit. quasi diceret. Etsi a creatura actiua passiuis ap
plicant̄: deus tñ est q̄ operat̄ oīa in omnib⁹. Et posset ra
tio addit: q꞉ sine deo nihil p̄ducit̄: vt patet i igne chaldeo
Dan.iij. rum pueros nō cōburente: ⁊ in similib⁹ multis miraculis:
⁊ ipse solus in p̄ncipio creationis mūdi oīa p̄duxit. Ideo
videt̄ ꝙ eque p̄babile est accidētia partialiter producere
substātiā: sicut ꝙ substātie p̄ducāt substātias: cū neutrum
sine altero p̄ducit. ❡ Nec ratio Scoti aliq̄d probat: quia
admisso ꝙ causa totalis nō sit impfectioꝛ causato/non seq̄
tur ideo ꝙ causa partialis nō possit esse impfectioꝛ causa
to. Nulla aūt creatura pōt esse causa totalis efficiēs cuiusc
cunq; effect⁹: q꞉ de⁹ est causa principalis cuiuslibet effect⁹
positiui: q̄ sine alteri⁹ cause cōcursu pōt p̄ducere effectū: ⁊
nulla causa scd̄a sine ea: ideo in omni actione cause tota
lis/efficiēs est pfectioꝛ causato/ppter deū p̄ncipaliter cō
currentē. Et si illa p̄positio ꝙ causa nō est impfectioꝛ cau
sato/restringeretur ad causas scd̄as: tūc patitur multipli
cem instantiā: vt p̄z de productione animaliū ex putrefa
ctione: vbi nō concurrit animal viuens. Et si dicit̄ ꝙ cōcur
rit celū: celū non est perfecti⁹ essentialiter viuente: s̄m bea
tum Aug. dicentē/ꝙ viuentia in perfectione preponūtur
non viuētib⁹. ❡ D Per hoc ad p̄positū dicit̄ post Alex
an. de ales parte. iiij. q. xl. arti. j. mēbro. ij. §. ij. ꝙ species sa
cramentales habent eandem virtutē agendi in materiam
exteriorem: quā haberēt si essent cōiuncte substātie panis
⁊ vini. Ad h̄ allegat Alexāder Innocentiū dicentē. Spe
cies prout sunt mirabiliter non priuant̄ virtute nec p̄prie
tatib⁹ naturalib⁹: naturaliter exeūt in hmōi opera: q꞉ eis
sunt propria per naturam: ⁊ p̄ hoc patet ꝙ spēs tanq̄ ob
iecta possunt p̄ducere sensationē sui cū potentia: puta vi
deri possunt/odorari/tangi ⁊c. q꞉ ad illas actiones nihil
confert subiectū. Non eñ̄ sentiūtur ppter subiectū: sed ex
p̄pria natura sunt q̄litates sensibiles. Suo modo dicen
dū est de accidentibus realib⁹. Potest eñ̄ caliditas hostie
p̄ducere caliditatē in aere circūstante/aut alio tangente:
humiditas humiditatē naturalr̄. Sic ergo patet ꝙ spēs
ille agunt naturaliter ad p̄ductionē substātie/⁊ ei⁹ corru
ptionē: vt ad corruptionē musce cadētis in calicē. ad gene
rationē gutte aque ex aere: si spēs panis essent congelate
⁊ stupe calide illate: possunt p̄ducere qualitates reales:
similiter ⁊ spūales in potētia sensitiua ⁊ intellectiua tāq̄
obiecta. ❡ Et notanter additū est in materiā exterioꝛē: q꞉
an spēs ille seipsas alterari possunt: h̄ est vna aliā corrūpe
re: ⁊ aliam in locū corruptū adducere: vt si spēs panis cō
gelate mitterent̄ in vini spēs calidas: an spēs vini remit
terent frigiditatem ⁊ p̄ducerēt caliditatē in particula cō
gelata: dicet̄ statim infra. ❡ E Per hoc consequēter di
cit Alex. q. xl. p̄te. iiij. arti. ij. mēbro. ij. §. ij. ⁊ post eū sanctus
Bonauen. ꝙ spēs vini inebriare possunt: licet nō possunt
naturaliter reficere vel nutrire. vñ dicit. Virtus naturalis
relicta in specieb⁹ naturaliter pōt imutare sensus. vñ bene
cōcedo ꝙ virt⁹ vini mirabiliter relicta in specie pōt natu
raliter agere in gustum: ⁊ in tāta quātitate posset sumi/ꝙ
inebriaret naturaliter. Virtus eñ̄ hmōi q꞉ est naturaliter
diffusiua/pōt se naturaliter diffundere per aerem vsq; ad
cerebrū ⁊ perturbare spiritum/⁊ sic inebriare: sicut etiam
q̄nq; ex forti odore vini quidā inebriātur: qui tñ vinū non
biberūt. Et ad hoc adducit̄ illud quod habet̄ in textu ⁊ in
glo. ꝙ aliqui inebriati sunt ex vsu specierū: q̄s notat apo
stolus cum dicit. Ali⁹ q̄dem esurit: alius autem ebrius est. j.Cor.xj
vbi glo. Notat eos qui munera: que offerebant altaribus
pro sacrificio cōficiendo: peracto illo sibi resumebant: nec
aliis nō habentib⁹ cōicare sinebant: sed soli sumebant: vt
inde etiā inebriarent̄ aliis esurientib⁹. Hec glo. Non tamē
naturaliter reficiūt ⁊ nutriūt: nam refectio est quando lo
ca euacuata per caloꝛis naturalis actionem/replentur nu
trimento digesto: ⁊ sic precedit nutritionem. Nutritio dici
tur q̄n alimentū simile factū vnitur alendo: ⁊ informatur
forma partiali viuentis. Hec ergo refectio ⁊ nutritio fieri
non potest ex solis specieb⁹ ⁊ accidentibus: de quo statim
dicetur. ❡ F Nūc de mutatione passiua/que fieri potest
circa illas species. Quedā mutatiōes fieri possunt in spe
cieb⁹ manente nihilominus eucharistia. Quedam fieri pos
sunt circa spēs propter quas desinit esse eucharistia: q̄ au
tem sint ille vel iste/notari pōt p̄ hāc regulā. ❡ Per nullā
trāsmutationē factā circa spēs sacramētales desinit eē cor
pus christi sub eisdē: cū qua maneret substantia panis aut
vini si nō fuisset facta cōuersio: ⁊ q̄ncunq; fit trāsmutatio
circa spēs sacramētales p̄ quā corrūperet̄ panis substātia
aut vini si essent: desinit esse corp⁹ christi i eo instāti in quo
desineret panis aut vinū. Instituit eñ̄ deus sub euchari
stia idest sub specieb⁹ panis ⁊ vini: quā ex nimia charitate
dedit sponse sue ecclie: tādiu cōseruare spēs eisq; succedē
tes sine subiecto: ⁊ sub illis ac q̄buscūq; in locū earū succe
dētib⁹ presentiā sui corporis ⁊ sanguinis exhiberet: q̄diu
sub illis maneret substantia panis ⁊ vini/si conuersi non
essent. ❡ Secūda regula. Deus ea volūtate qua euchari
stiam esse voluit in ecclesia: disposuit oēs trāsmutationes
⁊ effect⁹ circa illas spēs p̄sente actiuo naturali causare im
mediate: ad quos agens naturale ppter subiecti defectū
nō pōt attingere: quos tñ agens naturale causaret si sub
stantia cōuersi p̄maneret: ⁊ hoc nō nouo miraculo: s; volū
tate qua instituit eucharistiā: ne si spēs viderent̄ intrāsmu
tabiles/meritū fidei euacuaretur. Voluit enim dominus
vt nulla naturali experientia probari posset presentia sui
corporis sub istis specieb⁹: sed sola fides cerneret: vñ me
riti sui fructū reportaret. ❡ G Et ideo oēs transmuta
tiones q̄ fierent naturaliter circa istas spēs: siue in subie
ctis: siue i quātitatib⁹: siue q̄litatib⁹ p̄ gñationē/corruptio
nē/alteratioēs/rarefactionē/vel p̄densationē: si nulla facta
fuisset conuersio: etiā nūc fiūt facta cōuersione/quedam a
causis naturalib⁹: quedam a solo deo immediate supplen
te actionem causarū naturaliū: nec per hoc aufert de⁹ ab
agente naturali suā propriā actionē. Non eñ̄ aufert q̄ sibi
cōpetere possunt: s; trāsmutatiōes de forma in formā/ex
istēte subiecto/terminos hmōi transmutationū deserēte.
Actiones aūt q̄ naturalib⁹ agentib⁹ cōpetere nō possent:
s; vbi non est subiectū vtriusq; termini transmutationis
propter desitionem substātie panis ⁊ vini cōuersoꝝ/illam
sua potētia imediate supplet: siue nouo/siue antiquo mi
raculo parū refert. Nō eñ̄ de⁹ laborat faciēdo miracula ad
suorū salutē fideliū. Si eñ̄ effect⁹ super naturā a deo im
mediate product⁹ de nouo/ideo dicit̄ nouū miraculū quia
nō producit̄ volūtate noua: sed volūtate antiqua cum ex
parte dei nulla sit voluntas noua: sed quecunq; de nouo
fiunt a deo/sunt ab eterno immutabili voluntate volita:
nullū erit miraculū nouū. Si vero dr̄ nouū miraculum: q꞉
effect⁹ nouus est: totiens fiunt a deo miracula noua: quo
tiens a deo producit̄ effectus immediate supra naturam.
❡ H Potest addi tertia regula. Nulla transmutatio ac
quisitiua potest fieri a causa naturali nisi in subiecto pre
supposito. Patet: q꞉ nisi sic/creatura posset creare: quia
quicquid producit̄ ⁊ non de potentia subiecti/creat̄. nam
qd̄ non producit̄ de potentia subiecti/producit̄ de nihilo
qd̄ vero de nihilo producitur/creatur s̄m magistrū dist. j.

differũt creare et facere.

Quia in hoc discernit creare a facere: quia creare est aliq̃d de nihilo ꝓducere. Facere vero aliq̃d ꝓducere siue de nihi/
lo siue de subiecto presupposito. ❡ Dicit̃ notanter/nulla
transmutatio acquisitiua: quia s̃m Guilhel. ockam. Trãs/
mutatio deperditiua fieri põt nullo etiã presupposito sub
iecto. Creatura em̃ s̃m eum: licet nõ possit creare: potest t̃n
annihilare. Cuius ratioñ in suo quarto scripto. q. vij. assi/
gnat: q: q̃n agens naturale equaliter ⁊ indifferenter se ha
bet ad multa seu infinita sub aliqua specie causabilia: eq̃/
liter vel eque primo facit omnia vel nullũ. Cũ autẽ agens
creatum equaliter ⁊ indifferenter se habeat ad omnes ef/
fectus causabiles in aliqua specie: puta ad infinita indiui/
dua sub specie humana: ⁊ quia omnia creabilia sunt pu/
rum nihil: nõ plus appropinquat vnũ creabile agenti na/
turali q̃ aliud: ⁊ per consequens equaliter oia talia respi/
cit: ⁊ ita si posset creare: ratio assignari nõ posset q̃re plus
crearet vnũ q̃ mille: immo q̃ infinita. Quia autẽ creatu/
ra nõ põt simul creare infinita: non potest aliquid creare.
Agens autẽ naturale aliter respicit vnũ annihilabile q̃
aliud/eo q quodlibet eorũ est in actu: et vnũ potest plus
appropinquare agenti naturali q̃ aliud: ideo plus potest
annihilare vnũ q̃ aliud. Unde mirabile ait videtur/si mo
dicũ frigus separatũ approximaret̃ maximo igni/q ignis
ille nõ posset illud frigus modicũ destruere. Non põt aũt
destrui nisi per annihilationẽ. ❡ Verũ illa ratio videtur
eque procedere de generatione forme de potẽtia subiecti
ideo sicut ibi d̃r: ita in ꝓposito: q causa naturalis determi
natur quoad indiuiduũ a causa prima scilicet deo: q̃ q: est
causa volũtaria: in volũtate sua est concurrere ad produ/
ctioñ vnius ⁊ non alteri⁹. ❡ I Ideo alij dicũt cõmuni
ter/q sicut creatura nõ põt creare: ita nec annihilare: qꝫ
omnis virtus creata p̃supponit subiectũ in omni sua actio
ne/tam acquisitiua q̃ deperditiua. Et hoc tenendo quia
vtrũqꝫ probabile/nõ oportebit addere i regula acq̃sitiua.
❡ Per hoc descendendo ad particularia/dicitur primo
q nulla transmutatio passiua ad substantiam in loco spe/
cierũ sacramentaliũ ꝓducendã. potest fieri virtute agen/
tis naturalis: hoc est dictu/q nulla virtus naturalis põt
ꝓducere substantiã in loco specierũ/sub speciebus spẽs sa/
cramentales succedẽtib⁹. Patet: quia illa substãtia cũ nõ
ꝓducat̃ de potentia subiecti: creat̃. Nulla aũt virtus crea/
ta attingit effectiue ad terminũ creationis: vt nũc suppo/
nitur. Ex quo patet q illa substantia immediate ꝓducat̃ a
deo per scdam regulã suprapositã. Gratia exempli. Si per
putrefactioñ spẽs sacramẽtales alterant̃ intantũ q si ibi
esset substantia panis: ipsa corrũperet̃ ⁊ generaretur ver/
mis: in illo casu vermis ꝓducit̃ immediate a deo. Sic si ꝓ/
ducitur ignis/cinis aut puluis/aut nutrimentũ in corpus
sumentis species conuertendũ. ❡ L Sed queritur an
in casu totũ cõpositũ producat̃ a deo: an sola materia. Et
si materia: an illa redeat que cõuersa est in substantiã cor/
poris christi: hoc est materia panis ⁊ vini eadem numero.
❡ Quãuis hic varie respondent doctores: t̃n breuiter d̃r
post Sco. ⁊ ockam/q de⁹ põt creare totã substãtiam: põt
creare solã materiã: ⁊ eandẽ que conuersa est vel aliam de
nouo. ❡ Primũ patet: q: ibi necessario ꝓducit̃ cõpositũ
qđ afficiat̃ accidentib⁹ panis/si mãsisset in cõpossibilib⁹: il
lud autẽ a virtute naturali ꝓduci nõ potest: cũ ibi ꝓduca/
tur simul materia ⁊ forma. Materia autẽ a virtute natu/
rali ꝓduci nõ potest. Quod aũt cõpositũ necessario ꝓdu/
catur: patet: quia de⁹ statuit nulla accidẽtia cõseruare sine
subiecto: nisi ea sub quib⁹ cõtinetur corpus christi: ideo al/
teratis specieb⁹ sacramentalib⁹ vsqꝫ ad gradũ incõpossibi
lem substantie panis/si ibi esset/desinit corpus christi esse
presens. Et q: illa accidẽtia s̃m gradũ incõpossibilem non
erũt sine subiecto: necesse est igit̃ redire materiã: illa autẽ
nõ redit nuda. Nec tali inesse possunt accidentia naturali
ter: ergo redit informata substãtiali forma ⁊ ita composi/
tum. ❡ Scdm patet: q: creata materia/in eodem instanti
dispositiones q̃litatiue possunt concurrere cũ deo ad edu/
cẽdam formã quã eduxissent de materia panis si ibi esset:
tũc aũt cõcurrissent ad ꝓductioñ forme vermis/ignis/ci
neris/pulueris/vel nutrimenti: ergo ⁊ nũc. Tenet ꝯña: q:
nullũ ipedimentũ assignari põt: nisi diceret̃ q presuppo/
nunt materiã vt priorẽ: ⁊ ideo in instanti creationis mate/
rie nõ sufficiũt agere: q: deficit prioritas. Sed h̃ nõ impe/
dit q: ista p̃suppositio ⁊ prioritas nõ est tẽporis sꝫ nature.
Vñ si existente sole ꝓduceret̃ aer: vel etiã simul cum sole:
in eodẽ instãti illuminaret̃ aer quo ꝓduceret̃ sol ⁊ aer. In
stanti dico tẽporis/nõ nature. Cõcurrentib⁹ ergo disposi/
tionibus qualitatiuis cũ deo ad productioñ forme/sola
materia imediate creat̃ a deo: et forma naturalr̃ generat̃
Verũ s̃m opi. Sco. tenẽtis q accidẽtia nõ attingunt sub/
stantiã tanq̃ terminum sue actionis: oportet dicere q pri/
ma forma substãtialis a solo deo creat̃: sequẽtes vero na/
turalr̃ producunt̃. ❡ Tertiũ patet/scꝫ q põt reproducere
eadẽ materiã numero q̃ cõuersa est/cõtra eos q̃ dicũt cor/
ruptũ vel annihilatũ idẽ numero redire nõ posse: q: nihil
sequẽs annihilationẽ materie/nõ est alteri⁹ rõnis cum ni/
hilo p̃cedẽte creationẽ materie: sicut terminus annihilati
onis ad quẽ: ⁊ termin⁹ creationis a quo/nõ sunt diuersi: et
nõ est maior distãtia ad nihil sequẽs/q̃ p̃cedẽs annihila/
tionẽ ⁊ creationẽ: ergo eadẽ potẽtia põt sup hãc ⁊ illam: q̃
q̃ põt creare de nihilo: põt etiã redactũ ad nihilũ recreare
❡ Itẽ vnũ nõ plus implicat cõtradictionẽ q̃ aliud. ergo
sicut primũ põt deus scꝫ creare de nihilo: ita põt ⁊ illud qđ
trãsiuit in nihil recreare: põt nihilomin⁹ nouã materiã que
pri⁹ nõ fuit: creare sicut placuerit sue sapientissime volũta
ti. ❡ L Ex illo patet quõ spẽs sacramentales nutriũt: ⁊
q̃d in nutritione sumẽtis eucharistiã cõuertit̃ in substãtiã
corporis sumẽtis: nõ em̃ spẽs ille: q: spẽs in substãtiã ꝯuer
ti nõ possunt. Sꝫ nutrimẽtalis substãtia de nouo ꝓducta
in instãti desitionis corporis christi/reficit ⁊ nutrit p oia: ac si
panis cõuersus fuisset in nutrimentũ. ❡ Quartũ/q põt
nouã materiã creare/dubium apud fideles non hꝫ. Et his
satis videt̃ cõcordare dñs Inno. li. iiij. de eccle. offi. di. Si
vero q̃rat̃ q̃d a mure comedat̃: vel q̃d incineret̃ cuꝫ sacra/
mẽtũ cremat̃. Rñdet̃ q sicut miraculose substãtia panis
cõuertit̃ in corp⁹ dñicũ/⁊ incipit esse sub sacramẽto: sic ipa
q̃dãmodo miraculose reuertit̃: cũ ipm corp⁹ dñicũ ibi desi
nit esse. Sicut em̃ in alijs opib⁹ mirabilib⁹ expleto officio Mat.iij.
ꝓpter qđ cõdita erãt: illa q̃ mirabiliter erãt ꝯdita/redacta Mar.j.
sunt in primũ statũ: sicut d̃r de colũba i q̃ apparuit spũssan Luc.iij.
ctus: videlicet q pacto officio suo/in pristacẽtẽ redijt ma/ Johã.j.
teriã vñ assumpta est. Silr̃ ⁊ de stella magorũ ductrice/q
pacto officio/mox esse desijt reuertẽs in piacẽtẽ naturam
vñ sumpta fuerat: vt habet̃ in glo. Mat. ij. Sic dicũt esse
in ꝓposito q q̃n spẽs desinunt esse sacramẽtũ: substãtie na
turales specierũ in suũ reuertunt̃ statũ/sicut pri⁹ fuerunt
miraculose trãsmutate. Huic consentit Alex. ⁊ sanct⁹ Bo/
nauen. ❡ Verũ nõ est omni mõ silr̃ de specieb⁹ sacramen/
talib⁹: q: in illis apparitionib⁹ colũbe et stelle materia nõ
desijt nec cõuersa est: ⁊ ideo pacto officio desinente forma
columbe ⁊ stelle/materia manet eadẽ ante ⁊ post: sola for/
ma mutata. Hic vero tota panis substãtia q̃ad materiã et
formã trãsit: q: totũ conuertit̃ in totũ: ⁊ ita nulla materia
manet. Et ideo si illi de reditione substãtie intelligũt h̃ de
materia t̃m: ita q materia redit ipsa eadẽ q̃ fuit in pane nu
mero vel specie p nouã creationẽ: verũ est dictũ illorũ. Si
vero itelligũt q etiã forma panis redeat/⁊ ita tot⁹ panis:
nõ videt̃ posse sustineri: q: vel in eo instãti rediret in quo
qualitates sunt forme panis incõpossibiles: vel ante vel
post. Nõ primũ: q: tũc q̃litates essent in subiecto sibi incõ/
possibili: qđ implicat. Nec post/eadẽ ratione: nec ante q:
tunc panis esset simul cum corpore christi: q: corpus chri/
sti manet vsqꝫ ad instãs incompossibilitatis: ideo materia
redit p nouã creationẽ ipsa q̃ prefuit: vel alia eadẽ specie
cũ priore de nouo creat̃ et forma nõ panis: sꝫ cui cõueniũt
qualitatiue dispositiones puta vermis/ignis/cineris/pul
ueris/vel nutrimẽti generat̃ in materia redeũte: vel etiã

a solo deo creatur: vt. s. dictū est. ¶ Nisi diceret sicut videtur dicere Inno. ꝙ christ⁹ q: in eucharistia est vt nutrimētum spirituale: est ibi q̄diu species sunt nutrimentū conueniens corporali. i. q̄diu panis sub hmōi speciebus esset cōueniēs nutrimentū corporale. Panis aūt ꝛ vinum non q̄diu manēt ſm substantiā sunt cōueniens nutrimentum corporale: sed per mutatiouē qualitatū certā cessant esse nutrimentū: q̄uis manēt ſm substātiā: ꝛ sic corruptis speciebus ſm eā habitudinē ſm quā essent cōuenientes nutrimento desinit esse corpus christi ibi: ꝛ ideo redit substantia panis que potest affici speciebus nō conuenientib⁹ nutrimēto: de qua prius naturaliter gignit vermis vel ignis ꝛc. Sed illud est cōtra cōmune dictum doc. ꝙ tamdiu manet christ⁹ sub speciēb⁹: q̄diu maneret ibi substantia panis si non esset cōuersus. ¶ Item tunc difficile esset inuenire gradū certū alterationis specierū vsq̄ ad quē precise maneret eucharistia. ¶ M Sed forte di. Si sacramētum nutriret: sacerdos sumēs eucharistiā solueret ieiunium: ꝛ ita non posset eodē die bis celebrare. Itē sacramētum est cib⁹ spūalis ꝛ nō corpalis. Nā inter alias hec vna est causa quare panis non manet cum corpore christi in eucharistia: ne sacramentum reficeret corporaliter qꝺ est cib⁹ spiritualis aīe. Itē Amb. dicit ꝙ est cibus mētis nō ventris. ¶ Ad ista d: ꝙ sacramentū istud reficit ꝛ nutrit corporaliter: vt ex premissis patet: alioq̄n experimētū accipi posset de p̄sentia corporis christi. Si sc; q̄s sacramētū sumens in magna quantitate ꝛ nullū aliū cibū: nihilominus deficeret: verūtamen si illud p̄cise nutrit qꝺ cōuertit in substantiam rei alite sacramētū nō nutrit: licet sumēs sacramētū nutriat: sed substātia siue nutrimentū rediens ſm p̄dicta nutrit. Illud eñ non spēs cōuertit in substantiā rei alite. Et ita intelligendū est cū d: ꝙ sacramentū nutrit: seu species nutriūt. i. sumēs sacramentū etiā sine alio cibo nutrit. ¶ Et p hoc ad primū d: ꝙ sacerdos sumēs h sacramentū non soluit ieiuniū nature: q: sacramentū nō est cib⁹ corporalis: Tū q: cōtentū sc; corp⁹ christi tm̄ est cib⁹ mētis ꝛ nō corporis: nec ipso aliq̄ten⁹ nutrit corpus: nec est p̄sens ei qꝺ nutrit sicut accidentia alterata. Tū q: sequens cibatio ex substātia reuersa: est p̄ter intētionē cōsecrātis ꝛ sumentis: ꝛ oīno impertinēs ad ipm sacramētū. Tū q: nihil eius qꝺ sumit cōuertit in substātiā sumētis. Tū q: illud qꝺ conuertit in substātiā sumētis nō sumit deforis: nec traiicit p viā naturalē ad stomachū sicut cib⁹: sz int⁹ de nouo creat: vt dictū est: ideo nō soluit ieiuniū. Sicut nō soluit ieiuniū cib⁹ ante mediū noctis sumptus ꝛ post mediū noctis digest⁹ ꝛ in sumētis substātiā cōuersus. Siq̄dē solus cibus deforis sumpt⁹ in via ad stomachū soluit ieiuniū: etiam si nō cōuerteret in substātiā aliti sicut q̄dā medicine. ¶ Ad scdm d: ꝙ est cib⁹ spūalis: ꝛ nō corporalis quātū ad nutritionem q̄diu ibi est veritas sacramēti: nō eñ cibat carnaliter inquantū est sacramētū: sz ad cibādū spūaliter est ordinatū. Ipsa aūt cibatione spūali terminata p desitionē p̄sentie corpis christi: cibat corpaliter p substātiā redeuntē. Que aūt sit causa ꝙ nō manet panis supra dictū est: lz illa in argumēto tacta pōt esse cōgruitas q̄dā. Ad beatum Amb. d: ꝙ Ambrosi⁹ loquit de ipso corpe christi ꝙ est cib⁹ aīe tm̄: ſm Alex. de ales vbi. s. ¶ N Cōsequēter de trāsmutatione passiua accidentiū eucharistie. De motu locali specierū plane d: ꝙ mot⁹ localis specierū fieri pōt virtute naturali sicut earundē ante cōsecrationē: h est ita separata moueri possunt sicut cōiuncta ſm oēs doc. q: si tenetur ꝙ motus sit accidēs successiuū distinctū realiter a mobili ꝛ loco: erit subiectiue in mobili. ꝛ quia accidentia quātitas ꝛ qualitas sunt mobilia: eis inheret mot⁹ sicut subiecto. Cū ergo in motu hmōi est assignare subiectū mot⁹ sc; accidēs motū localiter: pōt agēs naturale mouere accidentia seu spēs localiter tanq̄ subiectū mot⁹. Nulla enim alia causa est ꝙ agētia naturalia nō agūt circa hoc sacramentū nisi sublatio subiecti vt patet ex tertia regula. Nisi diceret ꝙ accidēs nō pōt informare accidēs: sz oē accidēs immediate inheret substātie. Qualitates vero mouentur ad motū subiecti: p motū nō inherentē sed consistentem: sicut etiā de quātitate vna opinio recitata est. Tūc de motu sicut de qualitatib⁹ supposito ꝙ non sint in quantitate. statim dicet. Si vero mot⁹ nō distinguit a mobili: tunc in motu locali specierū non est mutatio acquisitiua alicuius noue rei: nec deperditiua: ita ꝙ in motu locali nouum producit aut corrumpitur: sed mobile fit presens de nouo alicui loco cui pri⁹ nō fuit presens: ꝛ hoc fieri p agens naturale nihil plus requirit nisi mobile ꝛ locū. ꝛ hec sunt in proposito siue accidentia sint in subiecto: siue nō. Sed consequenter vidēdū est de mutatione passiua: ꝛ p̄mo ad quantitatē: deinde ad q̄litatē. ¶ O De primo si tenet ꝙ quātitas nō distinguit realiter a substātia aut q̄litate extēsa: tūc nō est specialis difficultas de quātitate eucharistie: cū illa sit realiter qualitates ibi sine subiecto remanētes. Tenendo autē ſm aliā opinionē ꝙ quātitas sit accidens distinctū a re quāta: cū experientia manifestū est ꝙ species possunt rarefieri et cōdensari ad presentiā agētis naturalis: ꝛ ita mutat quātitas. Dicit ꝙ si p rarefactionem noua quantitas maior introducit: ꝛ p cōdensationē minor siue totalis siue partialis: ſm diuersitatē opinionū de rarefactione ꝛ cōdensatione: aut noua subtilis substātia generatur q̄ partibus rari interponit. Quodamq; d: cōsequenter dicendū est: q: quantitas nō est in subiecto, rarefactionem ꝛ cōdēsationē specierū eucharistie nō fieri ab agente naturali p tertiā regulā: sed imediate a deo supplente in hoc actiuitatē cause naturalis p scdam regulā. Que autē opinio de rarefactiōe p̄babilior sit: videāt naturales p̄ libri phys. disputātes. Si aūt fieret additio alicui⁹ rei quāte ad spēs sacramētales: vt vinū nō cōsecratū admisceret speciēb⁹ vini: nō p̄pter h mutat quātitas specierū vini preexistēs: q̄d aūt ibi fieret dictū est. s. lec. xxxv. ¶ Itē de mutatione quātitatis per diuisionē specierū infra dicet cum de fractione sacramēti tractabit. De mutatione ad q̄litatē siue q̄litates. Si tenet ꝙ qualitates oēs in sacramento sunt sine subiecto. Dicēdū ꝙ oēs trāsmutationes earū acq̄sitiue siūt imediate a deo ꝛ nō a causis naturalib⁹. Tum q: q̄litates noue q̄ acq̄runt: nō educunt de potētia materie. Tū q: ꝛ ipse manēt sine subiecto. Vtrūq; actiuitatē excedit cause naturalis: ꝛ p̄ducere aliq̄d de potētia subiecti ꝛ cōseruare accidēs sine subiecto. ¶ De mutatione dep̄ditiua: si tenet ꝙ natura possit annihilare: d: ꝙ oēs trāsmutationes dep̄ditiue facte in sacramēto siūt a causis naturalib⁹. Diceret ergo ſm illos ꝙ in intēsione caloris sacramētalis causa naturalis remittit frig⁹: sz sola causa supernaturalis intēdit calorē: q: remissio est corruptio gradus q̄litatis. Intēsio est p̄ductio gradus noui. ¶ Si vero tenet ꝙ q̄litates sint subiectiue in quātitate: ꝛ causa naturalis nō p̄supponat necessario materiā primā: nec subiectū substātiale: sz subiectū i gn̄e sit substātia vel accidēs: tūc oēs trāsmutatiōes q̄litatū in eucharistia fieri solite siūt p causas naturales q̄ educūt nouas q̄litates de potētia quātitatis que est subiectū qualitatū. Si vero teneret ꝙ causa naturalis in sua actione p̄supponit materiā primā ꝛ subiectū substātiale: de cui⁹ potētia educat formas tā substātiales q̄ accidētales: tūc cōsequēter dicendū ꝙ oēs trāsmutationes circa species sacramētales siūt imediate a deo. ¶ Et ex his p; breuiter q̄d dicendū est de trāsmutatione passiua accidētiū eucharistie ſm varias p̄boꝝ opi. Accidentiū dico sensibilium que fuerūt in pane: aut eis successerunt. ¶ P Consequenter videndū est de actionib⁹ ꝛ passionibus corporis christi: ꝛ accidentiū eius vt in sacramēto. Et primo de actione: secūdo de passione. Et vtrobiq; tam de facto q̄ de possibili. ¶ Premittit autem hec regula generalis. De facto nulla fit actio vel passio in corpore christi ꝛ eius accidentib⁹: per quā posset sumi experimentum presentie corpis christi sub speciēb⁹ sacri. Patet ex p̄missis: q: voluit de⁹ sacramētū istud ac mysteriū esse occultū sensui ꝛ patere fidei: vt sic fides p̄mio suo non frustretur.

Vñ etsi aliq̄

Tn̄ etiā aliqua op̄atio naturaliter fieri posset p corp⁹ christi et⁹ vel accidētia vt in sacro: aut aliq̄s effect⁹ vel transmutatio fieri a causa naturali/deus coagēdo nō ɔcurrit: et ita op̄ationē hm̄oi impedit: ne experimentū sumat̄ de corporis christi presentia in sacro. Quo premisso de actione corporis christi: nō loquimur hic de ea q̄ cōcomitat̄ p̄sentiā corporis christi: hoc est q̄ inest corpori christi primo in celo: et p cōcomitantiā etiā sibi inest in sacro. De illo dicet̄.i. cū de his que predicamentū vbi concernūt tractabit̄: vbi etiā aget̄ de motu locali corporis christi vt in sacramento. Sed de illa actione q̄ sibi primo cōpetit vt in sacramēto: q̄ et cōpeteret sibi si solū esset in sacro et nullibi extra: sic etiā de passionib⁹. ¶ Primo igit̄ de actionib⁹ cognitiuis de sacro. de quib⁹ Sco. in. iiij. dist. x. q. v. ponit duas ɔclusiones.

¶ Prima. nulla sensatio pōt primo inesse christo vt in eucharistia. Motiuū est: q: organū sensus nō est in corpore christi vt in eucharistia modo quantitatiuo: qui tn̄ requiritur ad hoc vt immutet̄ ab obiecto. Ad hoc em̄ vt fiat visio corporalis/oportet talem esse approximationē organi et obiecti: vt possit fundari piramis: cui⁹ basis sit in obiecto et con⁹ in oculo. Hec requirit q vtrūq̄ et obiectū et oculus habeat modū quantificatiuū vt sit in loco circūscriptiue.

¶ Scd̄a cōclusio: Ōis op̄atio sp̄ūalis pura intellectus et volūtatis pōt primo inesse christo vt in eucharistia. Hanc deducit: q: aīa christi q: beata: intelligit vt angelus: quantum ad hoc q nō dependet intelligendo a sensib⁹ aut sensibilib⁹. Sicut ergo angelus alicubi existens pōt intuitiue intelligere obiectū sibi p̄portionatū sibi presens: ita et aīa christi in eucharistia. Pōt ergo intuitiue videre intellectu oīa ad eucharistiā p̄portionatā distantiā habētia: seipsam species sacramētales/aīam sacerdotis: et quecūq̄ intelligibilia debitā presentiā habentia. Et hec intuitio primo inest anime christi vt hic in sacro: nō vt inest illi anime primo vt est in celo. Vn̄ pōt elici q aliqua videt aīa christi primo vt in sacramento: q̄ nō videt visione intellectiua in p̄prio genere primo vt in celo. puta oīa hic localiter presentia: supposito q immoderata distantia impediat intellectionem creatā: sicut nec angelus existens in celo videt in proprio genere: q̄ videt hic inferius intuitiue. Ex isto infert correlariū/q christus p̄pter suū esse in eucharistia nō tn̄ nō priuat̄ aliquā op̄atione quā habet vt in celo: sȝ etiā vt in eucharistia est: habet aliquā op̄ationē primo: quā p ɔñs cōcomitanter habet vt in celo: vtputa intellectionē et volitionē cuiuscūq̄ obiecti cui⁹ angelus hic presens haberet: et p ɔñs non ad imp̄fectionem est suā/q sit in eucharistia: sed ad multitudinem p̄fectionū. ¶ O. Prime conclusioni nō assentit ocl̄. vnde cōtra eā ponit hanc cōclusionē. Suppositis his q̄ fidei sunt: nō pōt sufficienter probari q christus in sacro nō possit corporali oculo obiecta visibilia videre et videri. Quā sic probat: q: nō minus pōt principiū habere actionē suā naturalem qn̄ se toto est presens alicui toti passo seu obiecto: q̄ dum p vnā partem est presens vni parti passi: et p aliā partē presens alteri parti passi. Est aūt corpus christi/et oīa ei⁹ accidentia corporalia se toto presens toti hostie et cuilibet ei⁹ parti: ideo eodem mō pōt esse principiū actiuū et passiuū respectu visionis: sicut si vna ps ei⁹ coassisteret parti hostie et alia alteri. Naȝ si albedo in pariete tota coassisteret toti parti: et tota cuilibet parietis parti nihil min⁹ videret̄ tūc/q̄ nūc. ¶ Item posito actiuo sufficienti et passiuo/pōt sequi actio. Nec p̄positio hec negāda est: nisi p̄pter rōnem q̄ hic nō apparet: vel p̄pter autoritatē scripture: q̄ sit in p̄posito nō apparet Vel p̄pter experientiā que hic nō cōcludit: q: de⁹ suspēdit actionē causarū naturaliū ne agant: vt pȝ ex regula premissa. Sed oculus includendo potentiā in corpore christi est sufficiens agens cū obiecto/et sufficiēs passum receptiuū visionis: ergo pōt poni visio. ¶ Et si dicit̄ q tā organū q̄ obiectū sint circūscriptiue in loco. Rn̄det̄ q hoc nō est p̄batū. Et si allegat̄ autor p̄spectiue de piramide radiosa dicit̄ q autor p̄spectiue loquit̄ pure naturaliter oib⁹ habētibus se ordine naturali/nullo cōcurrente miraculo: et de his q̄ ipse expertus est. Nunq̄ em̄ vidit colorē nisi extēsum: in talib⁹ visio fit p modū piramidis etc. ad bonū intellectū idest requirit̄ talis approximatio et situs obiecti et organi: q si traherent̄ linee imaginarie includētes obiectū ab obiecto ad oculū: haberēt figurā piramidis: cui⁹ basis esset in re visa: et con⁹ in oculo: qd̄ verū est qn̄ obiectū visuȝ est maius oculo. Sed de⁹ pōt facere colorē nō extensum: et tūc videret̄ nō p talē figurā. ¶ Deniq̄ etiā hec figura pōt hic saluari: q: linee piramidis terminant̄ in pūcto indiuisibili imaginario ɔtingēte in oculo: ideo nō requirūt extēsionē oculi. ¶ Sicut quantū ad visionē passiuā corporis christi: lȝ nō sit i loco circūscriptiue: est tn̄ in loco diffinitiue q̄ locus est extēsus: et pōt fundare basim piramidis: vt si linee traherent̄ ab extremitatib⁹ hostie cōtinētis corp⁹ christi precise ad oculū sacerdotis: haberēt figurā piramidis: et hoc sufficit ad hoc q videat̄: saltē oppositū p̄bari nō pōt. Vn̄ videtur q oculus christi in vna parte hostie posset videre se in alia parte. Sicut posset si oculus esset in diuersis locis circūscriptiue. ¶ Nec obstet si diceret̄ q idē nō distat a se: et distātia req̄rit̄ obiecti ab organo vt fiat visio: q: eo mō ideȝ distat a se/vt est in loco diffinitiue: quo mō distaret a se/si esset in loco circūscriptiue. Ista aūt sufficerēt ad causandū visionē: ergo et illa: de quo magis.i. cū de vbi tractabitur. ¶ R. Suo mō dicit vtraq̄ opinio de reliquis corporalib⁹ actionib⁹ sicut de visione sensus. Vn̄ prima opi. diceret/q nullā corporalē op̄ationē pōt hr̄e corpus christi in eucharistia primo vt ibi: pōt aūt hr̄e oēm sp̄ūalē. Cū corpus nomino: et aīam et vtriusq̄ accidētia intelligi volo. Et voco actionē corporalē/cui⁹ termin⁹ est res extēsa vel naturaliter extēsibilis. Opposito mō sp̄ūalis actio dicit̄ cuius termin⁹ est res p naturā nō extēsibilis: cuiusmodi sunt intellectiones et volitiones: de quib⁹ dictū est. ¶ Fundamētū prime opi. est: q: actio corporalis requirit extensionē et modū quātitatiuū agentis et passi. Scd̄a opinio negat primū nam dicit corp⁹ christi sub hostia posse calefacere hostiā/si deus ei⁹ actionē nō suspenderet: et sic de alijs actionibus. Negat em̄ q requirit̄ modus existēdi quātitatiu⁹ in agente. Nā qn̄ sunt duo actiua quoꝝ vtrūq̄ est ex se actiuū: et habent cōsilem modū existendi: si vnū pōt agere in passiuū sufficienter dispositū et presens/etiā pōt agere et reliquū. Anima aūt intellectiua pōt agere in corp⁹: q: fm̄. b. Aug. ix. de tri. Anima magnā immutationē habet respectu corporis sui: nō obstāte q nō hȝ modū existendi quātitatiuū in corpore: ergo pari rōne qualitates corpis christi p̄nt agere in aliud corp⁹/q̄ habēt cōsilem modū existendi in sacro sicut aīa in corpore et sunt ex se agētia: et pōt applicari passum bene dispositū: ergo possunt agere. Existētib⁹ em̄ actiuo sufficienti et passo disposito: nisi de⁹ suspēdat actioneȝ: fit actio. ¶ Nec videt̄ q ideo min⁹ sufficiens sit actiuū: q: fm̄ se totū est eque p̄ns passo: q̄ si esset presens p partes inequaliter. Nō em̄ videt̄ q intensissim⁹ calor si esset in pūcto: ideo min⁹ vel remissius ageret: cū etiā fm̄ Auicēnā/si calor esset separat⁹ ab oī subiecto: adhuc posset hr̄e actionem oēm quā hr̄e pōt in subiecto: sȝ tūc nō esset necessario in loco circūscriptiue: sȝ tn̄ diffinitiue. Etiā virt⁹ vnita fortior est seipā dispersa: iō nō req̄rit̄ extēsio partiū agētium: sȝ quāto magis sunt simul: tanto forti⁹ agūt. ¶ Itē idē pōt agere in seipm̄ actione corporali: vt pȝ de aqua reducēte se ad pristinā frigiditatē post ei⁹ calefactionē remoto calefaciente et sue nature dimissa: et tn̄ idē a seipso nō distat localiter: nec hȝ talem modū existēdi quātitatiuū qui cōuenit ei respectu extrinseci puta loci. ¶ Item modus accidētalis principij actiui nō impedit actionē ei⁹: q̄ sibi cōuenit a natura intrinseca: sed esse in loco circūscriptiue/est accidētale qualitati et subē: ergo p̄pter ei⁹ ablationē nō aufert̄ illud qd̄ est naturale. ¶ Dicit ergo illa opi. q oēm actionē quā pōt hr̄e corp⁹ christi tam corporalē q̄ sp̄ūalem si esset in loco circūscriptiue: pōt etiā hr̄e vbi est in loco diffinitiue/passis equaliter dispositis. ¶ S Cōsequēter de trās

mutatione passiua circa corpus christi ⁊ sua accidentia vi
dendū. Et pmo an possit videri oculo corporali? Scdo an
oculo intellectuali? Tertio de alijs trāsmutatiōib⁹ corpora
lib⁹. ❡ Circa pmū correspōderet ad pdicta rūdet̃ ſm ſco.
ꝙ corp⁹ christi eiusq; accidētia nec ab oculo corporali chri
sti: nec cuiuscūq; alteri⁹ glorioso vel mortali videri possunt:
pz motiuis supradictis. Sed ſm opinionē oppositā dicit̃
ꝙ corp⁹ ⁊ ei⁹ accidētia possent corporali oculo in debita di
stantia cōsistēte: vtputa sacerdotis in altari ⁊ circūstātiū
videri: si de⁹ actionē naturaliū causarū nō suspēderet: sus
pendit aūt ex cā supradicta. ❡ Sed tūc querit̃: Cū partes
corporis christi sunt simul indistincte locat̃: sic ⁊ colores
partiū: quō discerni pñt ⁊ quō colores videri: cū tñ colo
res etiā extēsi certo mō situati se impediūt: vt si tenue al
bū puta pānus subtilis alb⁹ ponat̃ sup intēsum rubeū vel
nigrū, color albus non videt̃. ❡ Rñdet̃ ſm sic opinantē,
ꝙ ꝑ visionē corporalē partes diuerse rōnis, discernent̃ ꝑ
suas qualitates. Sz partes eiusdē rōnis nō discernerent̃:
sicut pz de albedine intensa: cui⁹ partes graduales discer
ni nō possunt: ⁊ ꝑtes duoꝝ luminū in eodē medio nō pñt
ꝑ visuz distingui. ❡ De colorib⁹ partiū q: simul sunt: d̃: ꝙ
maior est difficultas de colore respectu visus, ꝙ̃ de alijs
sensibilib⁹ respectu alioꝝ sensuū: q: diuersitas situs colo
ris qñq; impedit coloris visionē: nō sic in alijs sensibilib⁹.
Nā calor imutat tactū ſm oēm situ ꝓportionatū. Jdeo dif
ficile est videre q̃ colores in corpore christi: an oēs: an aliq̃
⁊ nō oēs videant̃? ⁊ si non oēs, q̃s predominet̃? q: de illo
nullā habem⁹ experientiā. Tñ licz illa simultas coloꝝ par
tiū corporis christi, possent se ipedire ne oēs viderent̃: nō
tñ est tantū impedimentū quin aliq̃d videret̃: si de⁹ nō sus
penderet actionē coloꝝ: illis nō coagendo: sicut in exēplo
predicto: licz color alb⁹ nō videat̃: tñ color rubeus vel ni
ger videt̃. ❡ T Sed hic posset queri, an aliquo mō con
cedi posset ꝙ christus videt̃ in sacro oculo corporali. Cum
cōiter ppl̃s asserit se vidisse christū dñm dum vidit sacm̄.
❡ Pro isto notādū ꝙ oculo corporali aliq̃d d̃: videri qua
drupl̃r. scz per se: ꝑ accidēs: ꝓpter ordinē ad aliud visum:
⁊ ꝓpter cōiūctionē silem cū visu. ❡ Per se videt̃ qđ vide
ret̃ si esset ab oī alio separatū: ⁊ sine quo nihil videret̃: sic
videt̃ tñ color vel lux: q: color etiā si esset a subiecto sepa
ratus videret̃: vt in sacro: ⁊ sine colore vel luce nihil pōt
videri oculo corporali. Jdeo color vel lux est ꝓpriū obie
ctū visus. ❡ Per accidens videt̃ qđ accidenti ꝑ se visibili
subijcit̃. Sic dicimur videre solē, parietē, ꝓpter lucē ⁊ co
lorē q̃ vel q̃ est subiectiue in sole ⁊ pariete. sic dicit ph̃us. ij.
de aia, ꝙ diarrij fili⁹ videt̃ ꝑ accidēs: q: color q̃ in ipo est: vi
det̃ per se: ⁊ hoc mō videm⁹ subas corporeas. ❡ Propter
certū ordinē ad aliud visum ꝑ se, nō informationis sed cō
tinentis ⁊ cōtenti: dicimur videre cōtentū, dū videm⁹ ɔti
nens: vt hoiem armatū, dū arma quib⁹ indut⁹ est videm⁹.
Et hoiem, cuz tñ solū vestes videm⁹. ac vinū in vase dicī:
cū solū vas ɔtinens videm⁹. Sic in scripturis dicunt̃ qui
dā angelos vidisse: q: corp⁹ ab angelo assumptū viderūt:
vt legit̃ de manue Judicū. xiij. vbi dicit̃: Intellexit manue
angelū dñi esse: ⁊ dixit ad vxorem suā: Morte moriemur:
q: vidim⁹ dñm. ❡ Quarto ꝓpter spūalem vnionē vel cō
iunctionem alicui⁹ cū eo qđ videt̃ aliquo primoꝝ triū mo
baruch iij. doꝝ videri dicit̃: sicut dicit̃ deus visus in terris ab hoib⁹.
Post hoc in terris visus est: ⁊ cū hoibus ɔuersatus: q: scz
cōiūctus est spūali vnione corpori christi: qđ visum est se
Joh. xx. cūdo mō ꝑ accidēs. Sic dixit dñs: Quia vidisti me thoma
credidisti. Ne demonstrat christū loquentē filiū dei: quē
eo vidit, q: corpus dñi cui vnitū est verbum vidit: quo mō
etiā que humanitatis christi sunt verbo attribuunt̃ ꝑ cōi
cationē idiomatū. ❡ V Scdm hanc distinctionē respō
detur, ꝙ corpus christi vt cōtentū in sacro, nō videt̃ oculo
corporali ꝑ se neq; ꝑ accidens. Patet ꝙ nō ꝑ se: q: corpus
est suba: ⁊ nulla suba ꝑ se videt̃: cū nulla suba videret̃ se
parata a colore ⁊ luce. Secūdū patet: q: accidētia q̃ viden
tur: nō subiectant̃ in corpore christi: ideo ꝑ ea nō videt̃ cor
pus christi: alioquin infidelis eadē accidētia videns, etiā
videret corpus christi: qđ falsum pz. ❡ Preterea fidelis
eodem mō videt hostiā ante cōsecrationē ⁊ post: nec aliud
iudicat visus post cōsecrationē, ꝙ̃ prius iudicauit: ⁊ pri⁹
nō iudicauit ibi esse corpus christi: ergo nec post. Cū sit ea
dem visio cōtinuata vt pono: cuius naturalis significatio
nō variat̃: ita nec iudiciū precise cognitionē illā sequens.
❡ Scdo dicit̃, ꝙ etiā nō videt̃ corpus christi in sacro quar
to mō: Patet, q: corpus christi nō habet speciales vnionē
ad spēs q̃ vident̃: cū nec sint partes corporis christi: nec in
forment ipm: nec supponitant̃ ab eo. Tertio dicit̃ ꝙ corp⁹
christi videt̃ in sacro tertio mō dicto. Patet q: vident̃ spe
cies sub quib⁹ vere ⁊ realiter cōtinet̃ christus: licz nō ꝑ oia
sicut cōtentū in cōtinente locat̃: vt vir armat⁹ sub armis: ⁊
vinū a vase: q: corp⁹ christi cōtinet̃ diffinitiue: illa circūscri
ptiue. Neq; ꝓprie spēs sunt locus corporis christi. Sed lo
cus specierū est locus diffiniēs corp⁹ christi: vt. ā. declara
tū est. Verū ille modus terti⁹ est magis improprius: q: vidē
do vas ɔtinēs vinū, vinū in veritate nō videt̃: iō in iudicio
quo iudicam⁹ nos vinū videre viso vase sepe decipimur.
Nec est illud iudiciū sensus sz intellect⁹: ⁊ ideo frequenter
sancti dicūt corp⁹ christi sub sacro nō videri: sz fideliter cre
di: aliudq; videri: aliud intelligi: vt in autoritatib⁹. ā. alle
gatis in diuersis passib⁹ loquunt̃ in illis scti, de eo qđ pro
prie. i. ꝑ se vel ꝑ suū accidens videt̃. Sic etiā licet improprie
satis cōcedi posset: ꝙ vidēdo sacm̄, videm⁹ deū: q: videm⁹
corpus christi tertio mō: cui spūaliter vnitus est de⁹. Doc er
go caute videat q̃ ad ppl̃m rudē predicat: ꝙ aut subtiliora
sileat: aut si opus fuerit de his sermonē facere: ita clare ac
distincte informet: ne dū voluerit se ostēdere doctorē sub
tilem: fiat in ppl̃o magister erroꝝ: ⁊ nō tam istruat, ꝙ̃ sim
plices in fide turbet ⁊ seducat. ❡ X De visione intelle
ctuali cōcordant sco. ⁊ ockā quantū ad intellectū separa
tum: nō quantū ad cōiunctū. Vnde de intellectu separa
to siue angelico siue humano: vel etiā cōiuncto ⁊ beato: q:
de his est par ratio. (Hi enī sunt similes in eo ꝙ imediate
possunt cognoscere obiecta intelligibilia: ⁊ non indigent
ministeriū sensuū vt nunc supponit̃. Item ꝑ videre intel
lectus, intelligit̃ cognitio intuitiua obiecti) dicit̃ primo.
Ois intellectus nō alligatus sensib⁹ in intelligendo: siue
angelicus: siue aie separate, siue cōiuncte ⁊ btē, naturali
ter pōt videre existētiā corporis christi in eucharistia. Pz
Nā ois intellectus talis intuet̃ res: vt in se habēt esse ſm
ꝙ sunt ſm se intelligibiles. Nō enī capit talis intellect⁹ co
gnitionē substātiarū ex cognitione accidentiū: sicut intel
lectus noster pro statu isto. Tñ q: color est ꝓpriū obiectuz
sensus: ⁊ ideo ois color obiectus sensui imediate cogno
scitur in se: ⁊ nō vnus ꝑ aliū: ita pariformiter: q: totū ens
est obiectuz intellectus (idest ens in sua generalitate ſm
quā includit subam ⁊ accidēs) quodlibet ens imediate
⁊ in se intelligit̃ ab intellectu: ⁊ vnū ꝑ aliud: q: quodlibet
ens si esset separatū ab oib⁹ alijs: in debita approximatio
ne existens ad intellectum hmōi, intuitiue cognosceret̃.
Quodlibet ens dico finitū ⁊ creatū: secus enī est de deo:
qui nullius creati intellectus est obiectū naturale: sed vo
luntariū. Nō igit̃ accidētia panis occultare possunt ange
lis (siue bonis siue malis: aut intellectui hois beati vel se
parato) corpus christi: vt sub eis existens, quin videat̃ dū
nō fuerit distātia imoderata: quinimo sicut possunt vide
re accidētia panis separata ⁊ absentiā sube panis: ita etiā
naturaliter videre possunt presentiā corporis christi sub
illis speciēb⁹: q: nō est vnū magis obiectum intellectus ꝙ̃
aliud: ⁊ hoc stante semꝑ cōmuni coactione dei. Sicut enī
intellectus talis pōt immediate videre aliū intellectū an
gelicū vel humanū: ita ⁊ quālibet substantiā materialem
⁊ quodlibet intelligibile creatum sibi presens. Nec aliq̃s
modus accidentalis obiecti impedit eius intuitiuam co
gnitionez: q: substantia sicut est prior quocūq; modo acci
dentali: ita prius ⁊ in se intelligibilis: ⁊ ꝑ cōsequens mo
dus accidētaliter posterioꝝ nō impedit cognitionē prioꝝ.

cōsistētia naturali. nihil siquidē ꝓmouet: nihil impedit eiꝰ
existentia naturalis ad hoc ꝙ sit sub sacramēto: sed ꝑ vertu
tem cōsecrationis q̄si de nouo oritur siue creaꝛ christi cor
pus sub speciebꝰ. ℭ E Unde tenet Sco. q. iiij. dist. x. lib.
iiij. ꝙ existētia corporis christi sub sacramēto nō necessario
presupponit eiꝰ existentiā sub modo naturali: q: illa nō de
pendet ab ista. Est em̄ existētia indifferēs ad oēm modum
existētie: ergo saluari pōt in vno mō sine alio: pōt ergo cor
pus christi esse mō sacramētali/⁊ nullibi esse mō naturali.
ℭ Preterea existētia sub mō naturali nō est de eēntia exi
stētie sub modo sacramētali: nec est eiꝰ causa: ergo ista nō
dependet ab illa: Primū patet: q: res eucharistie nō hꝫ in
sacramēto modū naturalē scꝫ extēsiuū. Haberet aūt si mo
dus naturalis esset de essentia illiꝰ existētie sacramētalis:
q: qͦd est de essentia alicuiꝰ: non pōt ab eo separari. Scḋm
patet: q: deꝰ est causa existētie sacramētalis. Deꝰ em̄ est cā
imediata/ꝙ corpꝰ christi est sub speciebꝰ sacramētalibꝰ: et
nō corpꝰ in existētia naturali. Ex hoc Sco. vbi. s. ifert duo
correlaria. ℭ Primū: ante incarnationē christi/potuit eu
charistia fuisse ita vera sicut nunc tam quantum ad signa
tionē/q̄ quantū ad rem signatā ⁊ cōtētā. ℭ Scḋm ꝙ post
incarnationē posset corpꝰ christi desinere esse sub mō natu
rali: ⁊ tn̄ in eucharistia vere manere quātū ad ꝟitatē signi
⁊ signati ac cōtenti. Utrūqꝫ patet: q: ad corpꝰ christi realı
ter cōtineri in eucharistia: nō necessario sequiꝛ corpꝰ illud
habere existentiam mō naturali: ergo primū potuit fieri si
ne secūdo: siue precedēdo siue remanēdo post destructio
nem illiꝰ secūdi. Ubicūqꝫ em̄ res pōt habere eē verū ⁊ rea
le: ibi postq̄ nō fuit/pōt ꝓduci et incipere simpliciter esse.
Corpꝰ aūt christi in sacramēto habet verū ⁊ reale esse: er
go si nō esset posset ibi sub illo mō existēdi ꝓduci ⁊ incipe
re esse simpliciter: licet nullibi esset sub alio modo essendi.
ℭ D Unū si deꝰ instituisset sacrm̄ illud sub eadē efficacia
ante incarnationē christi/qua post incarnationē instituit
ad legitimā verboꝝ ꝓlationē: ita tūc sub speciebꝰ panis fu
isset verū ⁊ idē corpꝰ christi illud qͦd nūc sumptū est de vir
gine sicut mō: fuisset em̄ tūc eadē materia corpis christi/ea
dem aīa/eadē vnio verbi q̄ nūc est. Illa tātū fuisset diffe
rentia: q: tūc ad prolationē verboꝝ/corpꝰ christi fuisset de
nouo ꝓductū: ⁊ incepisset esse simpliciter. Nūc aūt nō de
nouo ꝓduciꝛ nec incipit simpliciter esse: sed incipit esse ibi
in sacramēto. Sic etiā si corpꝰ christi simpliciter nūc desine
ret esse: ita ꝙ nec esset in existentia naturali nec sacramen
tali: ⁊ sacerdos legitime celebraret: iā de nouo iciperet eē
simpliciter sub sacramento: ⁊ de nouo ꝓduceretꝛ: ac verbū
de nouo incarnaretꝛ. sicut em̄ semel incarnatū est verbū: ⁊
pro certo tpe ex virgine: ita potuit priꝰ vel posteriꝰ incar
nari: ⁊ idē corpꝰ assumere ⁊ nō ex ꝟgine. qͦd em̄ potuit priꝰ
vel posteriꝰ incarnari/certū est: cū nullū tēpus necessitet
eternū. Oē em̄ tempꝰ deꝰ posuit in sua ptāte/quātū ad oē
opꝰ tēporale. Qͦd aliūde q̄ ex ꝟgine/patꝫ: q: nihil sumpsit
ex virgine nisi materiā corpulētē substātie: hec autē mate
rie portio fuit priꝰ q̄ virgo. nā tota materia in principio si
mul ꝓducta est: nec est gn̄abilis: nec corruptibilis: nec au
gmētabilis: nec diminuibilis. Poterat ergo illā portionē
materie prius q̄ fuerat virgo vbicūqꝫ fuerat/a sua forma
substātiali separare: ⁊ eā aīa intellectiua eadē qua nūc ani
mare: ⁊ ita corpꝰ humanū idipsum qͦd nunc est: q: eandem
materiā ⁊ formā assumere: ⁊ hoc vel sub mō existēdi sacra
mētali vel sub existētia naturali: ⁊ in tale corpus sic de no
uo formatum potest ⁊ potuit cōuertere panis substantiā.

Ita em̄ pōt panē cōuertere in nō existēs ante cōuersionē:
⁊ ipsa cōuersione ꝓductū (sicut patꝫ in cōuersione natura
li aeris in aquam/⁊ aque in vinū in vite) sic pōt cōuerte
re panē in actu existēs. Nō em̄ plus reqͥriꝛ ad cōuersionē:
nisi ꝙ vterqꝫ terminꝰ cōuersionis sit in plena ptāte cōuer
tentis quātū ad esse ⁊ nō esse: sic aūt oīa possibilia existen
tia ⁊ nō existētia sunt in ptāte diuina. Nec in casu quo ꝑus
esset sub existētia sacramētali ⁊ post/ꝓduceretꝛ sub existen
tia naturali/simpliciter iciperet esse sub existētia naturali:
nec simpliciter ꝓduceretꝛ: q: iam vere eēt ꝓductū sub alia
existentia sub qua vere est: sicut ⁊ nūc nō ꝓduciꝛ simplici
ter sub eucharistia: ex quo prius est sub naturali existentia
Silr̄ si manēs in sacramēto desineret esse in cōsistētia na
turali: nō simpliciter desineret: licet desineret sub isto mō
existēdi: cōformiter ad ꝑdicta de corpore christi in cruce/se
pulcro/⁊ in sacramēto/si reseruatū fuisset in triduo. Non
ergo seqͥtur ꝙ res incipiat priꝰ q̄ incipiat: aut esse desinat
postq̄ desierit. ℭ E Sꝫ diceres nō obstāte ꝙ fuisset cor
pus christi in eucharistia: potuisse nihilominus fuisse for
matū de sanguinibꝰ ꝟginis sub mō existēdi naturali/⁊ ita
assumi: ⁊ sic verbū incarnari postq̄ fuit incarnatū i eucha
ristia: ⁊ sic incarnari postq̄ fuit incarnatū: qͦd est impossibi
le. ℭ Ad illud dicit Scotus possibile fuisset illud corpus
fuisse formatum de sanguinibus virginis sub modo essen
di naturali: nō obstante ꝙ eucharistia vera precessisset: sed
illa formatio nō fuisset tunc inceptio corporis nisi ꝑm q̄d:
q: prehaberet esse simpliciter in eucharistia. ℭ Sed diceres
quō poterat corpus iam aīatum aīa intellectiua/et ꝑfectū
formari de sanguinibꝰ virginis inanimatis: cū corpori chri
sti ꝑfecto nō possit fieri additio. Ad huiꝰ intelligētiā (vt mi
hi videꝛ) aduertēdū primo/ꝙ si in eucharistia fuisset idē
corpꝰ qͦd nunc/ante incarnationē ex virgine/⁊ postea icar
natū ex virgine: necesse fuit eandē materiā in eucharistia
substare anime intellectiue christi: ⁊ in ꝟgine substare for
me sanguinis. eandē dico numero: alioquin nō fuisset idē
corpꝰ qͦd nunc. Materia em̄ corporis christi q̄ nūc substat
aīe christi: substiterat forme sanguinis in virgine. Cū ergo
ꝑm premissa lectione ꝓxima/eadē materia numero pōt re
plicari ad diuersa loca sine replicatione forme: imo in di
uersis pōt locis substare diuersis formis. In casu nostro
potuit forma sanguinis in virgine in ea parte materie q̄
erat eadē in eucharistia corrūpi: ⁊ aīa christi q̄ informabat
materiā eādē in eucharistia: etiā eā incipere informare in
vtero ꝟginis: ⁊ eā vt ibi viuificare: ⁊ ꝑ iuxtapositionē ptis
materie q̄ steterat sub forma nutrimēti augmētari: et aīa
christi eādē materie partē vt ibi etiā iformare: ⁊ ita crescere
re vt ibi ⁊ nasci tandē et lactari ⁊c. Unū oportet imaginari
ꝙ tota materia corpis christi sub eucharistia/extra eucha
ristiā sub naturali existētia sit multiplr̄ diuisa: partim sub
stās forme sanguinis in ꝟgine: partim forme nutrimēti iā
assumpti a ꝟgine/cōuertēdi in sanguinē: partim forme al
teriꝰ rei in cibū cōuertēde: ⁊ aliqn̄ a ꝟgine sumēde. Quas
licet simul iūctas/informat aīa christi in sacramēto: nō tn̄
informat simul in ꝟgine ⁊ alibi vbicūqꝫ fuerit replicata ac
diuisa. Informabit tn̄ successiue dū iuxtaponuntꝛ portioni
materie in ꝟgine: vel post natiuitatē extra in corpe nati.
successiue inquā donec informet oēs materie partes in na
turali existētia: q̄s simul informat in eucharistia. Et lꝫ in il
lis trāsmutationibꝰ multe forme substātiales corrūpuntꝛ:
vt forma sanguinis/nutrimenti/cibi ⁊c. nulla tn̄ noua for
ma producitur: sed anima christi eadem in eucharistia du
dum creata/successiue informabit singulas materie par
tes extra/quas informat simul in eucharistia. Sic ergo
corpus christi iam existens in sacramento potest concipi
in virgine/crescere/nasci/nutriri ⁊c. non accipiendo no
uum esse: quia quicquid accipit ibi/prius habet in eucha
ristia: sed accipiet nouū modum essendi siue de nouo esse
ibi. Et est aliquo modo simile si christus instituisset eucha
ristiam statim post conceptionē eiꝰ in vtero: licet tunc cre
sceret: nutriretꝛ corpus in vtero: ⁊ post natiuitatem in con

sistentia naturali: nō tñ oportet ꝙ ibi mutaret̃ in sacramē
to. vt. s. dictū est: si reseruatū fuisset in triduo. Cui nō pla
cet modus ille: querat alium: libens em̄ cedo snie saniori.
¶ F Mira sunt hec: ꝛ extra nature ordinē cōstituta: sꝫ
nō tam admirāda in his infinita dei virtus ꝛ potentia: ꝙ̄
immensa ipsius benignitas ꝛ misericordia: qua adhuc lo
quentib⁹ sacerdotib⁹ ꝛ corpus suū aduenire postulantib⁹
nō voce fragili: sꝫ facto respōdet efficaci: Ecce adsum: nec
raptim suā exhibet presentiā quēadmodū suis discipulis
apparuisse legit̃ post resurrectionē: ac ipsis sensus in eum
figere volētib⁹ subito disparuit. Nō vtiq̄ sic suā presentiā
in hoc venerabili exhibet sacramēto: quinimo manducan
dus expectat: ꝛ se digne mādicāti vitā promittit eternam
Job. vi. Si quis inquit māducauerit ex hoc pane viuet in eternū.
Mirandū ꝙ semel venit filius dei ꝓ mūdi salute: carnem
suā crucifixioni: sanguinē suū effusioni expositur⁹. Quoti
die se presentat: eandē suā carnē comestioni: ꝛ eundē fusuꝫ
sanguinem potationi: ad refectionē aie fideliū in eternū
victure: amore ineffabili traditur⁹. Hinc pl⁹ fideli assurgē
dū est: ꝛ mente deuotissima in gratiarū actionē prorūpen
dum, pro tāto diuine misericordie exhibito bñficio: ꝙ̄ sus
pendendū in admirationē ex infinite potētie ꝛ virtutis fa
cto miraculo. ¶ G Videt̃ tñ sonare cōtra predicta ver
bū beati Greg. iiij. dialo. li. c. l. ꝛ in homel. paschali. ꝛ habe
tur de cōse. dist. ij. Quid sit sanguis. Quis (inquit) fideliū
dubiū habere possit in ipsa imolationis hora ad sacerdo
tis vocē celos aperiri. In illo iesu christi mysterio angeloꝝ
choros adesse: suprema ꝛ ima sociari: vnūq̄ ex visibilibus
ꝛ inuisibilib⁹ fieri. Ex q̄b⁹ verbis videt̃ corp⁹ de celo descē
dere, ꝛ terrene materie sociari: qđ obuiat supradictis. Ad
hec tripliciter respōdet̃. Uno mō ꝙ verba illa Greg. nō di
cunt̃ accipi ꝓprie in eo sensu, quem ſm primariā institutio
nem generāt: q: celi in cōsecratione eucharistie minime rū
puntur aut diuidunt̃. Sed dicta sunt per quendā tropum
ad eleuationē mentis in deū: vt dū mens audit corp⁹ chri
sti qđ in celo residet in summa ptāte ꝛ gloria: ad vocē sacer
dotis presens altarib⁹ fieri: sursum rapiat̃ in ꝯtemplationē
diuine misericordie ꝛ pietatis: reuerentiā exhibeat debitā
cū sui humiliatione in cōspectu tante maiestatis. Dicūtur
aūt celi aperiri in hora cōsecratiōis: q: ꝑ illud qđ ꝑ verba
sacerdotis cōficit̃ ꝛ cōsecrat̃: adit⁹ ad celestia fidelib⁹ ꝑpa
tur. Hoc quippe corpus christi est peregrināriū cib⁹ ꝛ via
ticū: in cui⁹ fortitudine ambulant vsq̄ ad montē heredita
tis dei: cui⁹ ꝑ hūc cibū certissimū pign⁹ dat̃. ¶ Uel secūdo
dicunt̃ celi aperiri in imolationis hora: q: ad vocē sacerdo
tis panis q̄ in ei⁹ manib⁹ tenet̃: in id qđ in celis est ꝛ trāssub
stantiat̃. Hos duos modos tāgit glo. in ca. allega. ¶ Uel
tertio vt exponit Gerſ. sup magnificat. Dicunt̃ inquit, in
tali hora celi aperiri, nō ꝑ fractionē: sꝫ per spūalē influētiā
Esaie. lxiiij. qualiter optabat ꝓpħa dicēs: Utinā dirūperes celos ꝛ de
scenderes. Et iterū: Rorate celi desup. Sicut legit̃ dalilā
Eiusdem lxv. de samsone dixisse: Nūc aperuit mihi cor suū. Nō vtiq̄ per
partiū cordis diuisionē: sed ꝑ secreti cordis reuelationem.
Judicum xvi. Sic in ꝓposito celi dicunt̃ aperiri: q: celestia nobis secreta
ꝛ occulta manifestant̃ in corpore christi: ꝑ qđ spūaliū gra
tiarū, ꝛ celestiū charismatū dona exuberanter nobis egē
tibus largiunt̃. Et ſm oēs tres expositiones intelligi pōt
qđ seq̄tur: Sūma imis sociant̃. Iuxta primā sociant̃ ima
summis. i. hoies mortales btis: q: h̄ sacramēto medio, ho
mines ad btitudinē perducunt̃. Iuxta scđam sociant̃ sum
ma imis. i. diuinissimū corp⁹ christi specieb⁹ corruptibilib⁹
vini ꝛ panis. Iuxta tertiā sociant̃ ima summis. i. viatores
triūphātib⁹ iam in celis, ꝑ quāto cōnectunt̃ in vno christi
capite ibi ꝛ hic ꝑsente. ¶ H Restat nūc tertiū videre,
scꝫ vtrū corp⁹ christi moueat̃ motis specieb⁹: ꝛ si sic, an mo
ueat̃ ꝟtute sacerdotis hostiā mouētis: an ab aliq̄ superio
re potētia. ¶ Quoad primū in ꝓposito solū est intētio de
motu locali siue ad vbi: q: de motu ad formā absolutā sub
stātialē vel accidētalē satis patet ex ꝑdictis: Accipio etiam
motū localem extensiue pro omni mutatione diuisibili vel
indiuisibili: hoc est successiua vel instātanea, qua acquirit̃
nouū vbi, siue nouus locus: siue mobile sit in loco circun
scriptiue vel definitiue. ¶ Item aliq̄d esse sic mobile pōt
intelligi vel ꝑ se ꝛ primo: alio mō ꝑ accidēs vel cōcomitan
ter. Per se et primo mouet̃: qđ moueret̃ etiā nullo alio qđ
nō est pars ei⁹ sic moto. Sꝫ ꝑ accidēs ꝛ cōcomitāter, quod
mouet̃ ad motū alteri⁹ quod nō est pars ei⁹: quo nō moto
ipsum nō moueret̃. Est ḡ oim snia ꝙ motis specieb⁹ corp⁹
christi continentib⁹, mouet̃ ꝛ corpus christi. Quod patet
q: motis specieb⁹ localiter, corp⁹ christi sit ꝑsens aliſ loco:
scꝫ loco specierū ad quē mouet̃: cui prius nō fuit ꝑsens: et
ita mouet̃ localiter: motis etiā nobis mouent̃ oia q̄ in no
bis sunt. Sicut ergo aia intellectiua mouet̃ ad motū cor
poris: ita mouet̃ corp⁹ christi ad motū sacramēti cōtinētis.
¶ Sed sunt q̄ tenēt ꝙ corp⁹ christi vt in sacramēto nō pōt
moueri ꝑ se primo: sꝫ tm̄ ꝑ accñs ad motū specierū. Cōtra
quos Sco. ꝛ Ocā tenēt oppositū, scꝫ ꝙ pōt moueri ꝑmo
ꝛ ꝑ se. capiēdo moueri sic extēse sicut dictū est. Ratio est: q:
quicquid ꝑ se pōt ꝛ imediate esse in loco circūscriptiue vel
definitiue ꝑ se est mobile. Nūc aūt corp⁹ christi pōt esse in
loco specierū ꝑ se ꝛ imediate: ꝛ ita ꝑ se ꝛ imediate moueri
Nō em̄ est in loco formaliter ꝑ spēs panis sub quib⁹ cōtine
tur: q: ad hoc ꝙ sit in loco ambiente species, nō est simpli
citer necessariū ꝙ sit presens specieb⁹: sed tantū ex ordina
tione diuina: de qua certificata est ecclia. Posset em̄ de⁹ de
potētia sua absoluta corp⁹ suū facere isto mō ꝑñs aeri con
tinenti spēs destructis specieb⁹: ꝛ successiue nūc vni parti
aeris nūc alteri: ꝛ corp⁹ suū absq̄ specieb⁹ trāsferre de loco
hostie, ad quācūq̄ partē vniuersi: ꝛ semꝑ sub eodē mō exi
stendi definitiue cū alio corpore replente locū sicut mō cū
specieb⁹: mouet̃ ergo corp⁹ christi motis specieb⁹ primo ꝛ
immediate. ¶ I Sed a quo, an a sacerdote mouēte spe
cies. Hic dicit doctor subtilis. q. v. dist. x. li. iiij. ꝙ isto motu
nō mouet̃ nisi a solo deo imediate, ꝛ nō a sacerdote mouē
te spēs: rationē hanc assignās: Quia qñ aliqua cōiungun
tur precise ꝑ actū volūtatis cōtingenter se habētis ad illā
cōiūctionē: si vnū illoꝝ sit mobile ſm se oino improportio
natū alicui mouēti ipm: nō eadē motione potest mouere
vtrūq̄ cōiunctoꝝ: q: si mouet vnū qđ est sibi ꝓportionatū
nō ꝓpter hoc ꝑ accidēs mouet reliquū: q: reliquū nō est ꝑ
sens isti moto: nec vt act⁹ potētie: nec ecōuerso: nec ex alia
necessitate naturali: sicut graue est ꝑsens cui innitit̃: ꝛ pro
pter hoc simul mouet̃ cū illo: sꝫ tantūmō sibi est ꝑsens vo
luntate cōtingenter se habente ad illā ꝯiūctionē, que per
cōsequēs pōt nō velle cōiunctionē illā: stante tamen mo
tione alteri⁹ illoꝝ. Exēplū: Si angel⁹ volūtarie faceret se
presentem lapidi. si moueo lapidē: non ꝓpter hoc moueo
angelū: q: nec est mobilis a virtute mea ꝑ se ꝛ ꝑ accidens:
q: nec est forma nec pars alicui⁹ mobilis a me ꝑ se. Si ergo
esset presens lapidi moto a me ꝛ termino motus: hoc non
esset ꝑ actū meū: sed per actionē suā ꝓpriā, qua faceret se
presentē illi. Eodē modo in ꝓposito: cū corp⁹ christi sit pre
sens speciei tantū ꝑ actū volūtatis diuine: Si facio spēm
nouū habere vbi seu locū: ꝑ illā motionē nō erit ibi corp⁹
christi: q: nullo modo subest presentialitas illi⁹ corporis
neq̄ noua: neq̄ antiqua potestati mee. Nec etiā ꝑ accidēs
q: nec est forma: nec pars illi⁹ qđ subest mee motioni. Nec
cōtrariatur hec regula: Motis nobis mouent̃ que in no
bis sunt: q: nō dicit a quo moueat̃: stat ergo adhuc regula
q: mouet̃ quidem motis specieb⁹ sed a deo: nō a mouente
species. Non tamen necessario motis speciebus mouetur
a deo: sed regula intelligitur de his que in nobis sunt per
aliquā naturalem habitudinem vel colligantiam: que nō
est in proposito. Ex illo patet ꝙ ista motio corporis christi
ad motionem specierum est miraculosa. An autem sit no
uum miraculum an antiquum, quo dominus constituit:
ꝙ corpus illud sit in loco specieꝝ: dicatur vt supra lec. xlv.
¶ K Et licet que dicta sunt, vera sint quantū ad sacer
dotem celebrantem: ꝙ ille nec alius homo mouens spe
cies ad aliud vbi, moueat corp⁹ christi; sed mouetur imme

diate a deo: tamen quãtũ ad aiam christi tenet Guil. ockã cõtrarium. vñ tenet ꝙ possit moueri ab aia christi. Quod sic ꝓbat: qñ aliq̃d hꝫ modũ essendi cõuenientẽ mobili: ⁊ modũ essendi cõuenientẽ mouẽti: nõ est incõueniẽs illud mouere ⁊ aliud moueri. Corpꝰ aũt christi hꝫ modũ essendi in sacramento conuenientẽ mobili ⁊ anima eius modũ conuenientẽ mouenti / saltẽ quãtum ad potentiã nõ organicã. Vñ sicut angelus põt se mouere in loco: ita ⁊ aia intellectiua põt mouere corpus suũ siue habeat modũ quãtitatiuũ siue nõ. Vñ dicit ille doctor / ꝙ aia christi põt corpus suum mouere in celo organice. eo ꝙ ibi est circumscriptiue: in sacramento põt corpꝰ suũ nõ organice. ¶ Ad cuiꝰ intellectũ notandũ ꝙ est duplex potentia mouẽdi corpus organicũ organica scꝫ ⁊ nõ organica. Potentia organica est que in sua operatione vtit̃ organo corporali: ita ꝙ sine illo operationẽ hmõi ꝑficere nõ põt: vt est potẽtia sensitiua. Potentia motiua motu ꝓgressiuo. Per oppositũ potentia nõ organica: vt volũtas ⁊ intellectꝰ. Mouere aũt organice est mouere primo vnã partẽ corporis: ⁊ ꝑ illã aliã distantem a priori: sicut cõtingit in motu aialium / ꝙ primo mouet̃ cor: deinde pars cordi ꝓpinquior: ⁊ ꝑ illã alia / et sic deinceps: sicut est videre in motu cõposito ex pulsu ⁊ tractu. Mouere nõ organice est mouere eque ꝓmo totũ ⁊ partẽ. ¶ Aia ergo christi corpus suũ in eucharistia nõ põt mouere organice: q: cũ totũ corpꝰ et oẽs partes sue sunt simul: nec vna pars ab alia distat localiter: nõ põt vnã mouere ꝑ aliã: sed oẽs eque ꝓmo. Potest aia christi velle ⁊ credit̃ ꝙ de facto velit corpꝰ suũ mouere ad motũ hostie ꝓpter cõformitatẽ volũtatis sue ad volũtatẽ diuinam: qua vult corpꝰ ad motum hostie moueri. Sic ergo volẽdo: si moueat̃ hostia / mouet tunc corpus suũ: nõ organice / q: totũ simul: eo mõ quo est sub hostia tanq̃ cã partialis / cõcurrendo cũ deo causa principali. Si vero aia christi suspenderet volũtatem suã in hmõi motione: tunc corpus suũ a solo deo moueret̃ ad motũ hostie: immo si nõ esset cõtraria ordinatio dei volentis corpus illud esse vbi est hostia seu spẽs: posset aia corpus suũ mouere quiescente hostia: ⁊ econuerso / quiescere mota hostia. ⁊ per hoc se separare ab hostia: ⁊ in tali motu esset causa partialis concurrens cum deo ad hmõi motũ. ¶ L Ex illis patet ꝓmo ꝙ mota hostia: corpꝰ christi mouetur. Scdo ꝙ nõ mouet̃ a sacerdote hostiã mouẽte: neq̃ per se neq̃ per accidens. Tertio ꝙ sic mouet̃ a volũtate diuina statuente ⁊ ordinãte: ꝙ facta cõuersione panis in corpus christi / ipm corpꝰ a speciebus nõ separat donec mãserint in ea dispositiones qua cõseruassent panis substãtiã / si cõuersus nõ fuisset. Quarto ꝙ sic a solo deo mouet̃ nulla cõcurrẽte creatura ꝯm opi. scoti. Sed ꝯm opi. ockã cõcurrere põt aia christi / q̃ habet diuium sup corpꝰ suũ: etiã ꝯm illũ modũ existẽdi in sacramẽto. Quinto ꝙ corpꝰ christi sic mouet̃ ꝑ se primo ⁊ nõ ꝑ accidẽs ad motũ hostie: siue a solo deo: siue a deo aia christi cũ deo concurrẽte: ꝙq̃ posset sic a deo ⁊ aia christi moueri ad aliũ locũ hostia quiescẽte. Et tantũ de his q̃ concernunt predicamentũ vbi. ¶ M Quantum nunc ad predicamentum qñ / videndum esset: quãdo corpꝰ christi esset in sacramẽto: vtrũ ꝓ aliquo instãti simul sint sub speciebꝰ substãtia panis ⁊ corpꝰ christi. Itẽ qñ desinit ibi esse corpꝰ christi. De primis duobꝰ dictũ est supra lec. xlij. ⁊ lec. xl. De tertio dicendi locus aptior occurret dũ de sumptione huius sacramẽti tractabit̃. ¶ Ideo his omissis vidẽdũ est de vltimo huiꝰ partis: scꝫ vtrũ verba cõsecrationis formã integrantia / habeãt aliquã virtutẽ effectiuã naturalẽ vel supernaturalẽ respectu presentie corporis christi: qua videlicet effectiue cõuertant panem in corpus christi: faciantq̃ corpꝰ christi realiter esse presens altaris sacramẽto. Et hic quidẽ concors est doctoꝝ snia / ꝙ consecrationis verba nihil horũ efficiant ex naturali sua virtute aut ꝓprietate. Cũ em̃ verba ista nihil aliud sunt q̃ voces plate ab ore ꝓferẽtis: nullã habẽt naturalem virtutẽ nisi imutatiuã auditus ad sui apprehẽsionẽ: sicut quicũq̃ alius sonꝰ. Naturale em̃ est cuilibet obiecto cuiuslibet potẽtie apprehensiue / ipsam ad sui cognitionem vel apprehensionẽ imutare. Sicut albedini naturale est: vt reducat potentiã visiuam (ceteris paribꝰ) ad actũ se videndi. Sic sono cõuenit vt imutet auditũ ad sui auditionẽ ad apprehẽsionem: ⁊ hoc respectu cuiuslibet auditꝰ bene dispositi. Et si preter hoc etiã intellectũ immutet ad apprehensionẽ rerum ꝑ ipsas voces significatarũ: id nõ cõuenit eis ꝑ naturã ꝓpriã: sed ex impositione aut beneplacito instituẽtis: in cuiꝰ signũ hũc effectũ imutãdi nõ habẽt respectu cuiuslibet audientis voces ipsas: sed tm̃ respectu eiꝰ cui nota est earꝫ impositio: ⁊ q̃ habet in se spẽs seu habitũ rerũ significatarũ. Als etiã auditis vocibꝰ / nõ cogitant̃ res significate ab audiẽte eas ⁊ impositionẽ nõ ignorãte. Hec aũt imutatio siue ad vocũ ipsaꝝ ꝑceptionẽ: siue ad rerũ significatarũ cogitationẽ: nihil facit ad realẽ cõuersionẽ panis aut vini in corpus ⁊ sanguinem christi: vt manifestũ est: et ideo neq̃ ex naturali ꝓprietate: neq̃ ex volũtarie ipositionis significatione / cõuenit vocibꝰ actiue cõcurrere ad cõuersionem sepe dictã. ¶ Preterea naturalis ꝓprietas vocũ est eadẽ apud oẽs: ⁊ earũ significatio voluntaria similiter eadẽ est apud oẽs ipositionẽ earũ nõ ignorãtes / a quocũq̃ ꝓferãtur: vtraq̃ etiã infuit vocibꝰ ante eucharistie institutionẽ. Sed si a laico ꝓferant̃ / nõ fit cõuersio: vt ex ꝓmissis patet. Sic si ante incarnationẽ christi plata fuissent: nulla fuisset facta cõuersio: quare ad cõuersionẽ hmõi v̾ba cõsecrationis nullã habent efficaciã ex naturali proprietate: neq̃ ex impositionis grãmaticalis significatione. ¶ N Utrum aũt actiue cõcurrãt ꝑ virtutẽ supnaturalẽ a deo ifluxã vel datã ad hmõi cõuersionẽ: altercatio est nõ parua iter doc. catholicos. nã Alex. de ales. ꝑ. iiij. dist. xxix. ⁊ post eũ bea. Tho. in. iij. par. q. lxxviij. ar. iiij. recitat opi. dicentiũ / ꝙ cũ dicit̃ cõuersio hec fit virtute v̾boꝝ: virtute v̾boꝝ extẽso noie dr: nõ q: aliqua q̃litas data sit v̾bo ꝑ quã v̾bũ opat̃: sed ex diuina institutione hoc firmatũ est ꝙ illo v̾bo plato a sacerdote intẽtione cõficiẽdi panis trãssubstãtiat̃. Vñ ad ꝓlationẽ illiꝰ v̾bi / verbũ icreatũ opat̃. Illa ḡ ordinatio v̾bi infallibilis ad talẽ effectũ virtꝰ dr: q̃ nõ est aliq̃ q̃litas data v̾bo: nec aliud de nouo creatũ. ¶ Sed hanc opinionẽ reprobãt: tũ q: tũc nõ bene diceret̃ penes verbũ formã attendi ipsiꝰ sacramẽti. Sic em̃ verbũ simpliciter esset materiale ⁊ nullo mõ actiuũ: sicut nec panis: et non esset forma cũ forme sit agere. Tũ q: sicut in oi opatione naturali vbi deꝰ opat̃ mediãte creatura: dat̃ virtus creature / mediante qua opat̃: ita videt̃ ꝙ a simili in oi opatione miraculosa / vbi deꝰ opat̃ mediante creatura: dat̃ aliq̃ virtus creature. Tũ q: hoc repugnat dignitati sacramẽtoꝝ no. le. quibꝰ (vt ex multis scõꝝ autoritatibꝰ habet̃) nõ solũ conuenit vt significẽt: sꝫ aliq̃ mõ vt causẽt qđ significãt. Cũ ḡ h̾ sacrm̃ ceteris digniꝰ est: ꝓ quãto cõtinet gratiã increatã ⁊ subsistẽtẽ christũ scꝫ / vere ⁊ realiter. Alia nõ ꝯtinẽt grãꝫ vere ⁊ formaliter: sꝫ significãt grãm accidẽtalẽ: ꝯñs igit̃ est ꝙ i v̾bis formalibꝰ huiꝰ sacramẽti sit q̃dã virtꝰ creata ad ꝓdictã cõuersionẽ faciẽdã. Tũ demũ q: ad hoc sunt multe scõꝝ autoritates etiã. s̄. allegate. Inter q̃s sunt ille Amb. sup epistolã ad Coꝝ. Anteq̃ cõsecret̃ / panis ẽ ⁊ vinũ: vbi aũt verba christi opata fuerint: corpꝰ ⁊ sanguis efficit̃ christi. Ecce dicit v̾ba opata fuerit. Itẽ idẽ: Quod erat panis añ cõsecrationẽ: iã corpꝰ christi est post consecrationẽ: q: sermo christi creaturã mutat: hec aũt mutatio est opatio q̃dã. Idẽ in li. de sacris: Ubi sacrm̃ cõficit̃ / iã nõ suis sermonibꝰ vtit̃ sacerdos: sꝫ sermonibꝰ xp̃i: igit̃ sermo xp̃i hoc cõficit sacramẽtũ. Ecce plane dicit ꝙ sermo cõficit. Et iterũ ibidẽ: Ex pane fit corpꝰ christi cõsecratiõe v̾bi celestis. Idẽ: Si tm̃ valuit sermo helie / vt ignẽ de celo deponeret: nõ tm̃ valebit christi sermo vt spẽs mutet elementoꝝ? Idẽ: Ubi v̾ba christi operata fuerint ibi sanguis efficit̃ q̃ plebẽ redemit. Igit̃ vide q̃ potẽs est sermo christi vniuersa cõuertere. Itẽ Augustinus. Credendũ ꝙ in verbis christi conficiantur sacramenta. cuius em̃ potentia creantur prius: eius vtiq̃ verbo ad melius procreãtur. Item Eusebius: Inuisibilis sacerdos

visibiles creaturas in subam corpis ⁊ sanguinis sui secre-
ta potestate cōmutat/dicens: Accipite ⁊ comedite ⁊c. Itē
damas. Verbum dei est verbum actiuū ⁊ omnipotēs. ⁊ lo-
quitur de verbo christi quo fit conuersio panis in corpus
christi. Item hugo li. ij. de sacramētis par. viij. Per verba
sanctificationis vera panis et vera vini suba in verū san-
guinē ⁊ corp⁹ christi conuertit/sola specie panis ⁊ vini re-
manente ⁊ substātia in substātiam trāseūte. ¶ O His
aliisqꝫ sanctorū autoritatib⁹ videt colligi posse verba ista
ꝑ virtutē aliquā cōcurrere ad sacramēti cōsecrationē: non
naturalē ergo supnaturalē. Vn tenēt ꝙ verba christi. i. tra-
dita a christo habēt virtutē cōuertēdi elemēta in corp⁹ chri-
sti ⁊ sanguinē. Et hec virt⁹ data est verbo creato a verbo
increato. Nec hoc excludit quin ibi virt⁹ icreata sit intime
operās: sicut est in oībus q̄bus cooperat virt⁹ creata. Nul-
li eñ creature data est virt⁹ sufficiēs ad ꝓducendū per se
aliquid in esse proprio. Hācaūt insufficiētiam supplet vir-
tus diuina ei influendo ⁊ cooperando. Data est ergo ver-
bis virtus supnaturalis huiōi ⁊ ceterorꝫ sacramētorꝫ: quo-
rum virtute res sacramētorū efficiunt: virtute diuina coo-
perante: licet effectio illa principalius attribuēda est virtu-
ti increate cooperāti. Unde etsi virtus data verbis a ver-
bo increato operatiua sit ad trāssubstātiationē: tñ primo ⁊
principaliter accipiēda est ipsa conuersio virtute increati.
Hec oīs Alexāder. Cui cōsentit sctūs Tho. innuēs. Cū hec
verba ex ꝑsona christi ꝓferūtur/⁊ ei⁹ mandato: consequū-
tur quandam virtutem instrumentalem per applicationē
ministri ad perficiendum hoc sacramentum: que instrumē-
taliter concurrit ad transsubstantiandū panem in corpus
christi. Sicut in aliis sacramentis est virtus supernatura-
lis concurrens instrumentaliter ad causandū: et si nō gra-
tiam tñ effectū sacramentalē: puta characterē in habētib⁹
characterē: vel quendā ornatū aīe in non imprimentibus
characterē: q̄ est dispositio quedā preuia ad grāꝫ: que gra-
tia est principalis effect⁹ sacramēti. ¶ P Hec aūt posi-
tio licet sit multorū: videtur tñ multa difficilia implicare ⁊
valde incerta. Dubiū quippe est q̄n hec virtus spiritualis
predicte verborū forme infundatur vtrum scꝫ in principio
prolationis verborū: ⁊ si sic tunc tot erunt virtutes in hac
forma consecrationis quot dictiones: immo quot syllabe:
quot littere dictionū. Accidētia eñ numerant ad numera-
tionē subiectorꝫ realiter distinctorꝫ. Distinguūtur aūt ab-
inuicem realiter dictiones lr̄e ⁊ syllabe hui⁹ orationis: er-
go ⁊ accidētia in eis: ⁊ ꝑ consequēs virt⁹ eis inexistēs. Hec
aūt concedere absurdū videt: qd nec rō ꝓbat: nec autori-
tas cogit. ¶ Preterea dato ꝙ sic cōtinue generaretur no-
ua ⁊ noua virtus ad prolationem noue dictionis/syllabe
aut littere: pari modo cōtinue corrūperet hec virtus sicut
subiectū eius scilicet verba ꝓlata syllabe ⁊ lr̄e: q: corrupto
subiecto corrumpit ⁊ accidens: quo cōcesso nō vident oēs
ille virtutes habere aliquā actionē respectu cōuersionis:
q: cū illa fit ꝓlatione orationis completa: ad eā nequaq̄
videt agere virt⁹ prime dictionis huius forme q̄ trāsijt et
nō est. Agere eñ p̄supponit esse: qd maxime ex eo patet: q:
ipsa cū esset: nullā induxit dispositionē in panē ad sui desi-
tionē: q: non videt panis realiter ꝑ hanc alterari vt vadat
i nō esse: ⁊ nō videt agere etiā dispositiue ad desitionē pa-
nis: quō prima gutta cadēs dicitur agere ad cauationem
lapidis: quā vltima gutta inducere putat quodāmodo in
virtute p̄cedentiū q̄ egerūt ad eā dū fuerūt: ⁊ si nō egerūt
ad panis desitionē: ꝑ consequēs nō agunt ad trāssubstan-
tiationē panis in corpus christi. maxime q: sm sic dicētes
corpus christi non mutatur: ergo ad ipsum nō est actio in
conuersione tantum ad panis desitionem qui mutatur.
¶ Et si diceret ꝙ virtus inexistens prime dictioni conser-
uaret: ⁊ trāsfunderet in scdam dictionē: et sic vsqꝫ ad vlti-
mā tūc accidēs migrabit de subiecto in subiectum: qd nec
fides ponit: nec cōuincit ratio: aut si virtus dūtaxat datur
⁊ infundit in vltimā dictionē vel lr̄am: iā nō est ipsa virtus
hui⁹ forme sed vltime lr̄e. ¶ Q Preterea neqꝫ talis vir-
tus agere posset ad trāssubstātiationē in sc: q: ꝓ nullo in-
stāti est cū trāssubstātiatiōe: nā cū fit trāssubstātiatio tūc
illa ꝟt⁹ ē corrupta. Fit eñ trāssubstātiatio istātanee: vt ha-
bitū est. ā. Et pro instāti ꝓ quo fit corp⁹ christi presens nul-
la virt⁹ est in verbis: q: nec in illo aliqd verbū vel pars ei⁹
est. Nam primū instās esse presentie corporis/est primū in-
stans nō esse verborꝫ: ⁊ ꝑ cōsequēs virtutis existentis sub-
stātie in ꝟbis. Neqꝫ posset idipsum inducere aliquā dispo-
sitionē: q: aut illa esset in pane: ⁊ tūc q: dispositio necessi-
tans ad aliquā formā/est pro instāti introductionis forme:
seqtur ꝙ pro instāti trāssubstātiationis sit panis: q: existē-
te ei⁹ dispositione/est etiā ei⁹ subiectū: qd nō cōcēdit in ꝓ-
posito: aut esset i corpore christi: ⁊ tūc nō est dispositio ad
fieri corporis christi: qd est cōtra sic opinātes. ¶ Itē cū in
aliis sacramētis virt⁹ ꝟborꝫ sm illos nō agit ad gratiā
ꝺcidentalē: sꝫ ad characterē vel ornatū/q̄ non ponūtur hic:
quomō pōt dici ꝙ agāt ad grām substātialē/scꝫ corp⁹ chri-
sti. ¶ Videt etiā hoc esse contra dicta q̄dā sctōꝝ: nā btūs
Aug. in de verbis dñi ait. Sicut de ꝟgine ꝑ spūscām vera
caro sine coitu creat: ita ꝑ eundē ex substātia panis ⁊ vini
mystice idē corp⁹ christi cōsecrat. Idē habet a Dam. li. iiij.
Itē amb. li. de sacramētis: Sermo christi qui ex nihilo pōt
facere qd nō erat: nō pōt ea que sunt mutare in id qd erat
q̄si diceret/potest. Sed verbū qd facit aliq̄d ex nihilo vt
sit: ꝟbū est eternū ⁊ increatū. Idē: Sermo christi cōficit sa-
cramētū: q̄s sermo christi/nisi hic quo facta sunt oīa. Hoc
aūt ꝟbū q̄ facta sunt oīa: ꝟbū est eternū ⁊ increatū. ¶ R
Propter hec ⁊ multa alia/est alia opinio quā multi tanq̄
magis ꝓbabilē amplectunt: negantes oēm virtutē instru-
mentalē cōcurrētē effectiue ad trāssubstātiationē inexiste-
re verbis cōsecrationis. Vn dicūt ꝙ sola diuina potentia
⁊ virtute panis in corp⁹ christi cōuertat: q: panis in hac cō-
uersione desinit esse: vt habitū est tā sm materiā q̄ sm for-
mā. Ad hāc desitionē substātie cōposite non potest agere
virt⁹ creata: sicut nec ad anihilationem ⁊ ad creationē. Et
huic fauet ca. Firmiter. de sum. tri. ⁊ fide catho. vbi dr. Pa-
nis trāsit in corp⁹: ⁊ vinū in sanguinē ptāte diuina. Et plu-
res alie autoritates sctōꝝ hincinde suprapposite. ¶ Sꝫ tūc
est dubiū/quō illa verba dicant cōsecratiua. Et quō corp⁹
christi dicit esse p̄sens speciebus panis ex vi verborū. Et sa-
cerdos celebrās dicit ꝑ hec ꝟba ꝑficere ⁊ cōsecrare eucha-
ristiā. Ad hec plane respōdet/ꝙ ipsa ideo dicant cōsecrati-
ua: q: ad ipsorꝫ ꝓlationē fit cōsecratio: ⁊ ad nullā aliā ꝓla-
tionē quorūcūqꝫ verborꝫ. Nō q̄dē ꝙ ipsa ꝑ virtutē aliquam
eis inexistentē ad cōuersionē cōcurrāt: sed q: de⁹ cōuersio-
nē illā operat: dū verba hec ꝓferunt. Sic q̄dē ordinauit ꝙ
quotienscūqꝫ sacerdos hec verba legitime ꝓfert: totiens
vult ipse assistere ad cōuertendū panē in corp⁹ suū. Et sm
hoc sacerdos dicit cōficere ⁊ cōsecrare: q: facit aliquē actū
scꝫ verborꝫ ꝓlationē: q̄ requirit ad hoc vt fiat cōuersio. Re-
quirit dico nō ex natura rei: sed ex ordinatione dei cū eccle-
sia paciscētis ꝙ ad talem ꝓlationem idonei ministri eccle-
sie ipse assistere vult ⁊ cōuertere panem in substātiā co[illegible]
ris sui. Et h̄ videt dicere beat⁹ aug. Vn hoc scītissime de⁹ ꝙ
sacerdos cū sit puluis ⁊ cinis: te presentē habeat manibus
nō vtiqꝫ ex debito aucti⁹ merito: sed volūtatis tue bene-
placito. Hec est vera indulgentia quā nulli angelorꝫ: nulli
archāgelorꝫ: nullis supnis spiritib⁹: sed hoībus: nō omnib⁹
sed cōsecratis credim⁹ cōcessam. ¶ S Placuit igit deo
verba instituere in ecclesia predicta regulariter ad quorū
ꝓlationem legitimā conuersio fieret sua misericordia ⁊ vo-
luntate: qd fecit cū dixit: Hoc facite in meā cōmemoratio-
nem: hoc scꝫ qd ego feci. quasi diceret: Accipite panē et di-
cite: Hoc est corpus meū. Et per hoc fecit pactū cum eccle-
sia: vt quotiens sacerdos illa ver[illegible]erret: totiēs vult
assistere: ⁊ corporis sui presenti[illegible]ipsum cōuerso ex-
hibere: ⁊ ꝓpter hoc sacerdos [illegible]liter cōsecra-
re. vnde Paschasius: Sac[illegible]at/ꝙ ipse crea-
tor corporis ⁊ sanguinis [illegible]hoc posset (qd
absurdum est [illegible]atoris. Sed ipse primo ob-
secrat ꝑ filiū

secrat p filiū patrem: ꝛ quem ad eū accessum habet vt no/
bis fiat corpus ꝛ sanguis dilectissimi filij sui: q̃d christ⁹ in/
dulsit/ vt in virtute ꝛ verbo spūssancti noua creatura fie/
ret ad nostre reparationis salutē. Hoc aūt semꝑ fieri p sa/
cerdotem ad ꝓlationē verboꝝ testaꝶ in verbis q̃ p̄mittit
ibidem cū dicit. Et q̃d semel factū est p christū ꝯtinue fieri
nō dubito p sacerdotē. Quō aūt corp⁹ christi fit p̄ñs vi ver
boꝝ: satis est expositū. s. lec. xl. ibi quere. Et quō sacerdos
dicaꝶ eucharistiā cōficere/ expositū est. s. lectiōe. iiij. in fine.
℄ Z Ad veritatem hui⁹ sententie manuducimur p alia
Mat. ix quedā facta christi ꝛ sctōꝝ: q̃ dū recte intelligim⁹: facile est
his q̃ nūc dicta sunt: assensum cōmodate. Legiꝶ christū sa
nasse mulierem ad vestimenti fimbrie tactū. Nūquid chri
stus virtutem aliquā influxit sui fimbrie vestimenti/ qua sa
nitatem efficeret mulieris? Nō vtiq̃: sed ipse imediate sa/
nitatem cōtulit: dū mulier in fide fimbriā tetigit. Ita in ꝓ/
posito/ deus est qui sub͠am panis in corpus christi conuer
tit: dū sacerdos v͛ba ꝓtulerit/ q̃ ad hoc ipse instituit: nec in
verbis causat virtutē aliquā q̃ vlterius effectiue cōcurrat
ad panis cōuersionē: sed ipse tanq̃ causa totalis cōuersio
nem illā ꝑficit: dum sacerdos hec verba legitime ꝓtulerit.
℄ Sic btūs maternus suscitauit mortuū/ dū baculo bti
petri apl̄i cadauer tetigit: nō vtiq̃ p aliquā virtutem bacu
lo inexistentem: sed de⁹ virtute sua infinita mortuo vitam
reddidit: dum maternus baculo corpus mortuū tetigit.
Act. v. ℄ Beatus petrus vmbra sanauit infirmos: vt in actib⁹ le
gitur. Quis diceret virtutem effectiuā sanitatis fuisse in
vmbra: q̃ nō est res aliqua: sed luminis priuatio cui nulla
poterit competere actiuitas? Siquidem agere presupponit
esse: ꝛ q̃d nihil est in natura: nō est actiuitatis vllatenus susce/
ptiuū: sed deus ipse ad ostendendū fidei veritatem quā
petrus predicauit: ad transitū petri infirmis ꝛ inualidis
Numeri xxi. restituit sanitatem. ℄ Sic serpens eneus preseruabat fi/
lios israel a morte/ a serpentū morsib⁹ venenatos: nō per
virtutē in ere existentē. Putabāt hoc quidā idiote/ ꝓpter
hoc serpentē plus debito venerantes ꝛ idolatriā comittē
tes: ꝓpter q̃d rex sctūs Ezechias eū cōtriuit ꝛ occasionē
idolatrie sic remouit. iiij. Reg. xviij. Sic in ꝓposito in ver/
bis cōsecrationis nō est virtus aliqua supnaturalis: p quā
actiue cōcurrant ad effectū sacramentalem. i. panis in cor
pus christi trāssubstantiationē. Sed christus ex pacto q̃d
cū ecclesia sponsa sua pepigit/ suo signo assistens conuer/
sionem efficit: ꝛ ideo dr̄ signū nedū certū: sed efficax: q: in/
fallibiliter assistit christus id efficiens. ℄ V Et ꝓpter
hoc verba illa dicunꝶ causa transsubstātiationis: nam q:
causa est ad cui⁹ esse sequiꝶ aliq̃d: ꝛ ad esse siue ꝓlationem
verboꝝ debitā sequiꝶ presentia corporis christi p cōuersio
nem panis in ip̄m: ideo dicunꝶ causa hui⁹ presentie ꝛ ꝯuer
siōis. Vn̄ notat ockā. q. j. quarti/ q̄ cū causa dicaꝶ illud ad
cui⁹ esse sequiꝶ aliud. Dupliciter pōt accipi illud ꝛ intelli/
gi. Vno mō qn̄ ad presentiā alicui⁹ sequiꝶ aliud esse ex na/
tura rei siue naturaliter. Alio mō qn̄ ad esse vnius sequiꝶ
esse alterius ex sola volūtate alicui⁹: quo modo dicim⁹ q̄
actus meritorius est causa respectu premij ex sola volūta
te diuina premiante: ꝛ talis causa dicaꝶ causa sine qua nō:
ꝛ nō ea q̃ est causa primo mō. Nā in naturalib⁹ nō ꝯtingit
dare causaꝫ sine qua nō respectu alicui⁹ effect⁹: sed solū in
volūtarijs. Sic ergo v͛ba cōsecratiōis: ꝛ ḡnaliter sacr͠a no
ue legis sunt causa sine qua nō effect⁹ sacralis: hoc est gr͠e
accidentalis vel effect⁹ gratuiti. sicut in ꝓposito: ꝛ nō cau/
se ꝓprie dicte ex natura rei. Et hoc sufficit ad saluandū di/
cta magistri ꝛ alioꝝ sanctoꝝ/ dicētiū sacr͠a esse causas gr͠e:
q: deus sic instituit q̄ nō cōferaꝶ gr͠a accidētalis vel sub/
stantialis nisi positis sacramentis: ꝛ eis positis conferꝶ: ꝛ
ideo sunt causa sine qua nō: nec ꝓpter hoc oportet ponere
virtutem aliquā supnaturalem: p quā sint cause illo mō: sꝫ
sufficit sola volūtaria institutio diuina. Nō ergo sunt cau/
sa eo mō quo ignis p virtutem caloris sibi inexistentis est
causa calefactionis passi debite applicati. neq̃ etiā sicut
intellectus est causa actus fidei meritorij: ꝛ volūtas meri/
torie dilectionis p charitatem supnaturalr̄ infusam. Que
infusa charitas etsi fuerit habit⁹ supnaturaliter infusus:
naturalr̄ tn̄ inclinat actū ea mediante a potētia elicitū/ in
deū tanq̃ in finē vltimū. Sed v͛ba sunt tn̄ causa sine qua
nō ex volūtate diuina (vt dictū est) cōuersionis ad eoꝝ ꝓ/
lationem legitimā cōsequētis. Recte sicut ad actū merito
riū sequiꝶ intēsio habitus charitatis: s̄m mentē bti Aug.
dicentis: Charitas mereꝶ augmentū sui. Nō quidē q̄ act⁹
ille meritorius actiue causaliter cōcurrat ad causandū no
uū gradū charitatis: q: charitas a solo deo creaꝶ ꝛ infun/
ditur: sed ordinauit de⁹ q̄ quotiens q̃s elicit actū merito/
riū: totiens ꝛ ipse intendere disposuit habitū charitatis q̃
huius actus causale est principiū. Intendere dico p nouū
gradū charitatis de nouo a se creatū/ ꝛ priori habituionis
tū: ꝛ ꝓpter hoc ille actus meritori⁹ dicaꝶ causa intensionis
charitatis: pro quanto sine eo charitas nō intenderetur.
℄ X Simili mō actus meritorij dicunꝶ esse cause beati/
dinis future. nō ita q̄ ipse causent effectiue beatitudinē/
que tanq̃ merces a solo deo cōferꝶ: sed q: ex dei ordinatio
ne ꝛ liberalitate placuit ipsi dare tantū bonū in futura vi
ta elicientib⁹ tales actus in p̄senti vita. Sic paterfamilias
cōducens seruū in vineā suā pro denario diurno: expleto
labore tribuit mercedē laboris: quā nō causat labor ex sua
natura: sed causare dicaꝶ ex pactione cōducētis ꝛ cōducti:
propter quā placuit seruo tales labores ꝑficere in ordine
ad denariū ꝓmissum: ꝛ placuit cōducenti dn̄o dare dena/
riū in ordine ad labores tales exhibitos. ℄ Nec cuiq̃ ab/
sonū videaꝶ ꝛ fictū deū in noua lege cū fidelib⁹ hm̄ōi pa/
cta celebrasse: cū etiā in lege veteri similia fecisse legaꝶ. vn̄ Gen. xvij
ait: Hoc est pactū meū q̃d obseruabitis inter me et vos/ ꝛ
semen tuū post te. Circūcideꝶ om̄e masculinū ex vobis. Et
infra. Masculus cui⁹ caro preputij circūcisa nō fuerit/ de/
lebitur aīa illa de populo suo. Vbi a cōtrario sensu argui/
tur. Si circūcisa fuerit saluabitur. Et ex hoc pacto statuto
deus huic circūcisioni assistit remittendo originale pecca/
tum: ꝛ causat gratiā: que mediū est hoiem ꝑducendi ad sa
lutem. Hec sunt de intensione doc. subtilis ꝛ Guil. ockā: q̃
videnꝶ rationabiliora ꝛ intelligibiliora/ q̄ sententia prio/
ris opi. tenentis q̄ verba cōsecratiua concurrūt effectiue
ad cōuersionem panis in corpus christi/ p virtutem supna
turalem verbis influxā: q: etiā nec virtus illa influereꝶ/ ni
si ex pactione diuina ipsam influente facta cū ecclesia. Di/
cere em̄ oportet deū decreuisse totiens velle hm̄ōi virtu/
tem supnaturalem infundere: quotiens sacerdos illa rite
ꝓtulerit. Sicut ergo ibi recurriꝶ ad pactū quātū ad influ/
xum huius virtutis in verba: ita rationabilius recurriꝶ ad
deū in ipsa cōuersione immediate: q̃ requirit infinitā potē
tiam s̄m opinionem omniū. Oia etiā saluari possunt faci
lius: ꝛ euadi multe difficultates/ nō ponendo hm̄ōi virtu
tem in verbis q̃ ponendo: quare supfluitas hec videꝶ re/
secanda. Et opinio primo recitata ꝛ vltimo declarata ser/
uāda. ℄ Y Preterea nec cogūt motiua alioꝝ supra in/
ducta. Nō primū quo arguūt q̄ alr̄ v͛ba nō possent vere
dici forma sacramenti: cū forme sit agere. Nā quō v͛ba sint
forma sacramēti eucharistie dictū est. s. lec. xxxviij. vbi ostē
sum est q̄ nō sunt forma sacramēti eucharistie: sed forma
cōsecrationis. Nec tn̄ forma cōsecrationis proprie accipiē
do pro forma substantiali vel accidentali q̃ informat sub/
iectū cuius est agere: sic em̄ verba sunt forme aeris cui in/
herent: sed sunt forme metaphysice. vnde q: ad sacramen/
ta requirunꝶ quedam signa sensibilia ꝛ verba: illud q̃d est
sensibile in sacramēto vt lotio in baptismate: vnctio in cō/
firmatione ꝛc. dicaꝶ materia similitudinaria: q: magis ma
teriale: ꝛ verba dicunꝶ forma: q: magis spiritualia: etiam
q: expressius significatiua gratie sacramentalis. Hui⁹ aūt
forme metaphysice nō est agere per aliquam virtutem si/
bi inexistentem. Nec tamen oēm actionem oportet tollere
a verbis. Cōcessum est em̄ q̄ sunt cause sine qua nō: ita cō/
cedi potest/ q̄ agunt sicut causa sine qua nō: hoc est ad eo/
rum legitimā prolationem sequiꝶ cōuersio ex pactione di/

uina. Sicut ergo agunt ex pactione diuina propter qd ad eorum esse .i. proferri sequitur conuersio: nec aliter agit ignis calorem: nisi q ad eius presentiā incipit esse calor in ligno apposito: licet hoc cōuenit igni calore sibi naturaliter inexistentis: verbis ex pactione dei suo signo assistētis. ¶ Nec secundū cogit: sed magis est ad oppositū: nam in hoc distinguitur miraculū ab operatione naturali: q: in miraculo proprie accepto solus deus operatur: et si quandoq illud facit ad preces sanctorum: nemo tamen dicit q precibus insit virtus supnaturalis effectiua eius qd petitur: sicut nec fimbrie: nec vmbre petri: vt dictū est. ¶ T Similiter tertiū nō cōcludit: q: admisso q sacramenta legis noue causent qd significant: vt cōcessum est: tanq causa sine qua nō: nō sequitur q causent per virtutem supnaturalem eis inexistentem: nec per hoc distinguuntur ab omnibus sacramentis veteris legis: q: hoc etiā cōuenit circūcisioni: etsi nō alijs: a circūcisione autē distinguuntur: q: conferūt maiorem gratiam: et q: aperiūt regnum celorum: qd non fecit circūcisio: siue hoc fecerint ex vi sacramenti: vel qd verius est: ex solutione debiti. ¶ Sūt et alie excellentie sacramentorum noue legis, sup sacramenta veteris testamenti: vt q gratiā cōferūt ex opere operato: nō sic sacramenta veteris legis, excepta circūcisione: sed tamen ex deuotione vtentis sacramento: et illa instituta sunt a deo imediate: q: a christo in assumpta natura: ista vero a deo p angelos: vt vult Aug. ij. et iij. de tri. quasi p totū: et cetera de quibus dicendū nō est p singula. ¶ Quartū etiā q multas sanctorum autoritates allegant, nō est cōtra opi. q: nihil aliud habetur ex omnibus autoritatibus inductis: nisi q ad prolationem verborum legitimā fit cōuersio: ppter qd verba dici possunt causa cōuersionis mō supra exposito: et propter hoc dicuntur operatiua et mutare creaturam: et species elementorum efficere corpus christi et sanguinem: et esse actiua, et sermo omnipotens: q: cōcurrit tanq causa sine qua nō, ad cōuersionem q requirit in agente principali potentiā infinitā. Omnia ergo illa cōueniūt verbis cōsecrationis per virtutem christi assistentē, et hec omnia operantem: nō p virtutem verbis insistentem: nec hoc haberi pōt ex aliqua autoritatū allegatarū. Quo autē intellectu sacerdos dicatur his verbis cōsecrare: et corpus christi et sanguinem cōficere: satis late dictū est supra lec. iiij. Et tantū de isto secundo principali diuisionis .s. lec. xxxviij.

¶ Lectio .xlviij. A



Expeditis his que respiciūt forme cōsecrationis integritatē effectū et efficaciam: Cōsequēter inquirendū est de ipsius veritate et cōuenientia, quantū ad singulos terminos ipsam integrātes eorūq significatione. Nā veritas ppositionis ex eius significatiōe resultat: et significatio cuiuscūq cōplexionis, ex significatione suarū partiū. Integratur autē forma cōsecrationis ex his quattuor terminis: hoc est corpus meū: vt habitū est .s. lect. xxxviij. De primis duobus terminis, scz pnomine hoc, et verbo est maior est difficultas. Dubiū enim videtur quid p pnomē hoc demōstretur: et qd tps p copulā est, importetur. Ex quibus tamē maxime dependet veritas orōnis: nā cū pnomen hoc sit demonstratiuū positū respectu copule de presenti demōstrat aliqd presens in pspectu orōnem pferentis vel apprehendentis. Uel ergo demōstrat panis subam quā celebrans manibus tenet: aut species quas sensu pcipit: aut corpus christi qd fide cernit. Nō prima duo: q: tunc ppositio esset falsa: q: nec panis suba: nec spēs sunt corpus meū .i. christi. Nec ppositio affirmatiua vera esse poterit: cuius extrema nō supponūt pro eodē. Nec demonstrant tertiū, scz corpus christi: q: illud nō est presens dū oratio pfertur: sed incipit esse sub speciebus panis, qn oratio pfecte plata est: et tunc oratio nō est: ergo nec vera est. ¶ Similiter et copula est: aut importat tps precise coexistens sue plationi: et pro illo tpe nō est ibi corpus christi: aut tps coexistens prolationi totius ppositionis: sed nec pro illo tpe est ibi corpus christi: q: nō est sub speciebus panis ante cōuersionem panis in ipsum: sed existente oratione nondū est cōuersio. Aut importat instans cōuersionis: sed illud non est presens: nec coexistit orationi vel eius parti: q: instans cōuersionis est primū nō esse orationis: vt dictū est lec. xlij. Sic ergo apparet dubietas et difficultas huius materie. ¶ De qua sunt diuerse opiniones: et plures modi soluendi eius nodum apud doc. Qui tamen pnt primo reduci ad duas. ¶ B Prima tenet q dum hec verba pferuntur a sacerdote ministro christi, p hoc nihil demonstratur: nam minister celebrās nō profert illa verba significatiue: sed recitatiue tanq a christo dicta. nō ergo intendit per pnomen hoc, rem demonstrare: sed dūtaxat recitare facta christi q gessit: et que verba dixit, dum corpus suū cōsecrauit: et cōsecratū discipulis suis vt manducarent tradidit: sicut cū dico: Christus dixit petro. Tu es petrus: per pronomen tu, nō demonstrando psonam cuiuscūq: sed dico christū hanc ppositionem dixisse. Tu es petrus. In qua ppositione christi, tu demōstratiue accipiebatur: sed in ppositione quā ego pfero, tu sicut ceteri eius termini: accipitur materialiter et nō significatiue vel psonaliter: et ita nihil demonstrat. Sic in pposito cū sacerdos dicit: Hoc est corpus meū: p hoc nō demōstrat corpus christi: nec aliquid aliud: sed recitat christū dixisse hanc ppositionē cū ipse cōsecrauit ac discipulis suis dedit. Et sm hoc prefata oratio nō est cōsecratiua vt significatiua veri vel falsi: sed data est nobis tanq signū vt cognoscamus, q illa oratione plata a sacerdote corpus christi realiter fit presens p diuinū beneplacitū. ¶ Et videtur esse intentio dni Inno. de officio misse par. iij. c. lvi. et .lx. ita dicentis. Sane dici pōt q p hoc, sacerdos nihil demonstrat nec vtatur enūciatiue sed recitatiue. Sic cū ait: Ego sum vitis vera. Ego sum lux mūdi. et talia innumerabilia. Sic quidem loquens sacerdos: ego sum lux mūdi, p ego, non demonstrat se in ppria psona: neq sic loquitur in psona christi. Sed dicit christū dixisse: ego sum lux mūdi. Unde dum euangeliū legitur in ecclesia, semper premittitur: dixit iesus discipulis suis: ego sum lux mūdi, aut simile: ita in proposito. ¶ C Hanc opinionem videtur etiam tenere glosa in capi. qui scelerate. de conse. distin. ij. vbi querit di. Solet queri quid demonstretur per hoc pnomen hoc. Et sequitur. Ad hoc dico. Per hanc dictionem hoc, nihil demonstratur nam ipsa materialiter ponitur. ¶ Pro hac etiam opinione videntur sonare verba canonis precedentia et sequentia. Unde sacerdos volens cōsecrare, de christo loquens ait: in sua nō in psona christi. Qui pridie q pateretur accepit panem: gratias agens fregit, deditq discipulis suis, dicens: Accipite et manducate, hoc est corpus meū. ¶ Et preterea q nō loquatur in psona christi: sed in psona sua referens facta et verba christi: videtur ex verbis canonis q sequuntur formā cōsecrationis sanguinis: quibus de sanguine christi dicitur. Qui pro multis effundetur. Cōstat autē q in posterū sanguis christi nō effundetur. Quia mors illi vltra nō dominabitur. cū effundetur sit futuri tpis. Si loquitur significatiue, oratio erit falsa. Ideo probabile videtur q sacerdos dūtaxat recitatiue loquitur: recitando verba christi que ipse protulit dicens de sanguine suo: q pro vobis et pro multis effundetur. Hanc opinionem Innocē. et glose allegate doc. cōmuniter nō approbant. Et cōtra eū arguunt Alexan. de ales par. iiij. q. xxxiij. et post eū beatus Tho. et alij pluribus medijs: quorū duo magis ponderant. ¶ Primū: quia si verba illius forme acciperentur materialiter et non significatiue: tunc non applicarentur ad materiam corporalem presentem in corpus christi cōuertēdam, plus q quācūq aliam, immo ad nullam: q: nullam significarent: et ita per ipsum nō cōficeretur sacramentū: q: sm Aug. sup Johan. eo q verbum accedit ad elementum: fit sacramentū. Non autem accedunt verba ad elementum: nisi significando ipm. ¶ Secundū: q: per illam positionem nō euaditur difficultas questionis: q: q̄uis sacerdos sic loquēdo nihil demonstret: tamen christus qui his verbis consecrauit; aliquid

Ro. vi.

in cena ꝓ ꝓnomen hoc/demõstrauit. Nõ eñ christus ea recitatiue ꝓtulit quasi ab alio dicta: sed significatiue ⁊ indicatiue tanꝗ̃ a se primo ꝓlata. Et ideo hoc accipit demonstratiue: ⁊ ꝑ ꝯñs aliq̃d demonstrat: ⁊ redit eadem difficultas q̃ prius. Siĺr si christus nõ esset viator: per illa verba posset cõsecrare: non recitatiue accepta/sed significatiue.
Adoratio triplex. ¶ Ad hui⁹ prosecutionē aduertēdū ꝙ cōiter ponunt̄ tres species adorationis large accepte siue venerationis: que grecis frequenter nominant̄ vocabulis: scʒ theosebia siue latria: dulia: hyperdulia. Utimur aūt grecis vocabulis: q: in latino eloquio non habem⁹ nomina simplicia: quib⁹ ex plicētur q̄ ꝑ hec noīa intendim⁹ designare. Unde beatus Aug. x. de ciui. dei. c. i. loquens de cultu soli deo exhibendo ait. Ad significandū deo debitū cultū: qm̄ mihi satis ido neū nō occurrit latinū: greco vbi necesse est insinuo/q̄d ve lim dicere. Consequēter exponit ibidē: quid nomine theo sebia: q̄d latria significet̄. De quo. s. lec. xviij. dictū est in ex

Latria. positione hui⁹ clausule prefationis: Adorāt dn̄ationes ⁊c. Ideo breuiter per latriā in ꝓposito intelligenda est theo sebia. i. cultus vel seruitus soli deo debit⁹: qui et adoratio strictissime sumpto vocabulo/dici solet. ¶ Quia autem de⁹ colit̄ actu sacrificij: Est aūt sacrificiū s̄m beatum Aug. x. de ciui. dei. c. vi. omne opus qd̄ agitur vt sancta societate inhereām⁹ deo: relatū scilicet ad illū finem boni quo vera citer esse beati possimus. Sequit̄ ꝙ omni actu in deum ra tionabiliter ordinato deus colitur. Est aūt hmōi act⁹ du plex: interior ⁊ exterior. Et s̄m hoc duplex distinguitur la tria. Interior latria dicit̄ actus fidei spei ac charitatis. s̄m beatū Aug. in encħ. c. ij. ⁊ sequentib⁹. Hi eñi soli in religio ne qua deus colitur sequendi sunt: vt ibidē dicit. c. iij. Ho rum nāq̄ virtutū actib⁹ debita deo reuerentia exhibetur. Uñ quotiens actū fidei spei aut charitatis elicio: totiens deū colo: deū veneror: deū adoro. ¶ Cū enim in deo sum mū dominiū credo: meditor agnosco ipsumq̄ vniuersale principiū/creatorem/gubernatorem/⁊ principem. In ipso consistere summū dominiū: omnisq̄ potestatis plenitudi nem: sine cuius nutu nec foliū cadit de arbore. In cui⁹ ma nu oīa sunt posita: cuius volūtati resistere nullus potest: cui⁹ sapientiā nil latere: prouidentiam cūcta disponere cre do. Eius bonitatem liberalissime cōicare: a quo oībus do natū est esse ⁊ viuere: creata conseruare: cōseruata in suos proprios fines fortiter suauiterq̄ ordinare: sueq̄ beatitu dinis rationalē creaturā participē facere: lapsa reparare perpetue captiuitatis filios precioso sanguine redimere: redemptos glorificare: nulla sui vtilitate aut necessitate: sed misericordissima ac ꝑpetua qua nos dilexit charitate: ac cetera innumera infinite sue perfectionis opera mente ꝯfiteor. Hec credendo ac meditādo actu fidei deū adoro atq̄ colo. ¶ G Cūq̄ ex horum pertractatione agnosco ipsum deū esse rationalis creature bonū: quā ad se beati fice possidendū ac fruendū creauit: in quo tanq̄ in summi boni possessione quicquid desiderari potest: summe habe tur. Ac per hoc assurgo ad concupiscendum ipsum mihi plus omnibus: tanq̄ summū mihi bonū ⁊ commodum: ⁊ propter eum sic possidēdū/perpetuo omnia alia paruipē do. Incipio eum diligere amore cōcupiscentie: qm̄ est pro prius actus spei. Cum vero vltra progredior meditando oēm hanc suam liberalissimā diffusionē: nō ex preuenientibus creature meritis: sed intrinseca ac naturali bonitate sua: liuore carēs (vt Boetius loquitur me. v. iij. de cōso.) procedere: ac per hoc solum ipsum essentialiter bonum si bi solum sufficientissimū: ac summe perfectū: ⁊ propterea ab omni sua creatura coli/uereri/honorari/timeri/pro pter se ⁊ super oīa amari: sibiq̄ seruiri et subijci debere di gnissimū esse debitū ⁊ iustissimū. Et idcirco actū perfecte dilectionis: quo ipsum non propter cōicata beneficia sed propter seipsum elicio. Sint quoq̄ mihi creationis/con seruationis/redēptionis/iustificationis/gratificationis/ beatificationis beneficia/vie quedā ⁊ effectus excitantes ⁊ ducentes ad diligendū eū qui oīm boꝝ est causa. Diligē dum dico in se ⁊ ꝓpter se finaliter: meq̄ totū sibi per obe dientiam perfectam subijciendū. Hic actus dilectionis ꝑ fectus est ⁊ amor amicitie ac fruitio: propriusq̄ effect⁹ cha ritatis quo deum colo theologica charitate. Hi sunt actus interioris reuerentie/honoris ac cultus latrie: quibus de um extollo/magnifico super omnia/tanq̄ vnicum summū bonum adoro. Quippe nihil aliud est deum adorare/ma gnificare/extollere/uereri/nisi deum talem credere/et talem desiderare: ac super oīa diligere. qd̄ est ipsum talem summū scilicet esse: ⁊ sibi ⁊ omnibus dominari velle: ac ꝑ hoc oīa alia estimare tanq̄ nihilū coram eo. Nec se nec ali ud velle sibi preponere: nec amare. hoc est qd̄ Rabanus super Geñ. dicit. Adorare est in deū tota mentis intētione tendere. Non autē mente tendimus nisi actu voluntatis aut intellectus. ¶ Ecce habes quid est colere et adorare deū actu interiore: qd̄ breuissime dici potest post beatū Au gustinū/ei adherere fide: spe: et charitate. Hic eñi verus dei cultus/s̄m eū in encħ. ca. iiij. inchoat̄ fide: spe tenetur: perficit̄ charitate: nec tñ abinuicē quatenus perfecte sint separant̄. Hic est verus dei cultus quo pater celestis colit̄ in spiritu ⁊ veritate: s̄m illud saluatoris Johan. iiij. Ueri adoratores adorabūt patrē in spiritu et veritate. Spirit⁹ est deus: ⁊ eos qui adorant eum in spiritu ⁊ veritate opor tet adorare. Nam ⁊ pater tales querit q̄ adorent eū. Ubi glo. super verbo: In spiritu ⁊ veritate. Nō in tēplo: non in hoc monte: sed interi⁹ in intimo cordis tēplo ⁊ in veritate cognitionis. Hec glo. Quid est in intimo tēplo cordis: ni si in amorosa affectione volūtatis? Nā cor frequēter ꝓ vo luntate ponit̄ in scriptura. In veritate agnitionis: in fide trinitatis. ¶ H Latria exterior signū est aliquod sensi bile in protestationem latrie interioris exhibitum: vt sunt act⁹ ⁊ gestus exteriores: quib⁹ quis ꝯfitet̄ int⁹ se credere/ sperare/⁊ amare eū cui foris exhibetur: vt summū bonum oīm creatorem: salutis ⁊ oīs boni causale principium atq̄ finē. ¶ Sunt autē hi actus ritus quidā: qui s̄m christiane religiōis pietatem obseruant̄: vt oblatio sacrificij: laudū ⁊ canticorum vocalis prolatio: manuū compositio aut ex tensio: pectoris tunsio: capitis nudatio: genuum inflexio: corporis totius prostratio et similia. De hac duplici ado ratione loquitur beatus Joh. Dam. in suo quarto. Quia inquit ex duplici natura cōpositi sumus: intelligibili scili cet ⁊ sensibili: duplicē adorationē deo offerimus: scʒ spūa lem: q̄ scʒ cōsistit in interiori mentis deuotione: ⁊ corpora lē que consistit in exteriori corporis humiliatione. Et q: in oībus actib⁹ latrie: id qd̄ est exterius: refert̄ ad id quod est interius sicut ad principalius: ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem vt scʒ per signa humilitatis que cor poraliter exhibemus: excitet̄ noster affectus ad subijcien dum se deo: quia cōnaturale est nobis vt per sensibilia ad intelligibilia procedamus. Hec Tho. ij. ij. q. lxxxiiij. articu. ij. Uerum signa ista sensibilia equiuoca sunt: quia et deo exhibentur ⁊ creature. Non autem simili sed diuersa intē tione. Et s̄m hoc quandoq̄ sunt signa adorationis latrie: quandoq̄ dulie. Cum ergo signa illa exhibent̄ in protesta tionem summe maiestatis potentie ac bonitatis diuine: per ea deus adoratur adoratione latrie: quia vt sic nulli pure creature sunt exhibenda. Nam si hec adoratio inte rior/vel exterior ꝓfata intētione exhibet̄ alicui qd̄ non est

vere ꝛ essentialiter deus:non est latria sed idolatria:q: il
lud cui impenditur quodcūq; fuerit citra deum est velut
vmbra ꝛ idolū respectu dei vere lucis ꝛ perfectissimi entis
vnde dicitur idolatria.i.latria exhibita idolo. Et q: ex acti
bus frequenter elicitis generatur habit⁹:latria non solū
accipit pro actu summe adorationis:sed etiā pro ipso ha
Dulia. bitu:ſm quā acceptionē dr̄ virtus ad religionē pertinēs.
¶ I Scd̄a species adorationis est dulia. Et dr̄ dulia a
dulos grece qd̄ est seruus latine. Inde dulia.i.seruit⁹. Et
accipitur dulia tripliciter:proprie/cōiter/et cōmunissime.
Proprie accipit pro seruitute siue reuerētia quam serui ꝛ
subiecti impēdere debēt dn̄is suis ꝛ superiorib⁹. Et sic loq
tur Aug.x.de ciui.dei.c.i. Ea seruitus que debetur homini
bus:ſm quā precepit apl's:seruos dn̄is suis subditos esse
debere:alio nomine hoc est non latria:grece nūcupari so
let. Uocabulū autē illud grecū nō exprimit:sed cōi voca
bulo a doctoribus cōiter dulia nominat. Et quia duplices
sunt serui. Quidam mancipia seu possessio domini q̄bus
dn̄i ipsi vtūtur sicut ceteris suis rebus ad propriam vtili
tatē:quib⁹ dn̄s ſm arist. in politicis.principat dispotico.i.
dominatiuo principatu. Alij sunt serui naturaliter:qui ca
rent naturali prudentia:nec vigent naturali ratione.de q̄
bus dicit ph̄s. Hoies corpore robusti:intellectu autem de
ficientes/naturaliter sunt aliorum serui.qui tn̄ simpliciter
sunt liberi eisq; domini principant politice ꝛ ciuiliter. Ad
vtrosq; extendit se dulia. Est em̄ dulia proprie accepta/vir
tus qua serui et subditi suis dn̄is ꝛ superiorib⁹ honorē ac
reuerentiā exhibere debent ſm id petri. Serui subditi esto
te dn̄is:nō tm̄ bonis et modestis:sed etiā discholis.i. Pe
tri.ij. Ita i vete.lege scd̄ogeniti primogenitos vt suos do
minos ꝛ maiores adorabāt. Un̄ Gen̄.xxvij.dixit ysaac ad
iacob filiū suū. Esto dn̄s fratrū tuorū:ꝛ incuruentur ante
te filij matris tue. ¶ Dulia vero cōiter sumpta dr̄ seruitus
quedā reuerentialis:ſm quā rationales et intellectuales
creature se mutuo honore preueniūt ꝛ venerant:propter
quasdā speciales rationes:ꝑpter aliqd̄ diuinū vel virtuo
sum i ipsis repertū:aut saltē eis possibiliter nō exclusum.
Et ſm hoc legitur homines alios quosdam adorasse:qui
tm̄ neq; fuerāt ipsorū dn̄i nec rectores:sed ad captandum
beniuolētiam:vel mitigandā iram:aut ad designandum
aliquā virtutem:seu in signū specialis amoris ꝛ amicitie.
Sic legitur de moyse in Exo.xviij. ꝙ egressus in occursum
cognati sui ietro ipsum adorauit. Sic Jacob de mesopo
tamia progrediens:in terram pronus adorauit septies
fratrē suū Esau appropinquantem. Gen̄.xxxiij. Et dauid
adorauit Jonathan filium Saul.i. Regū.xx. ¶ L Et
notanter dictū est ꝑpter aliquod diuinū in istis rationabi
lib⁹ creaturis cōiter repertū. Hoc diuinū est ꝙ sunt condi
ti ad dei imaginē. Un̄ dicit Damascenus. Cuius grā nos
inuicē honoramus:nisi q: ad imaginē dei facti sumus:pro
pter qd̄ et.i. Petri.ij.dr̄. Oēs honorate. Nā sicut charitas
ꝛ dilectio extendit se ad oēs dei imagine insignitos:beati
tudinis q̄(que trinitas ipsa est:ad cui⁹ imaginem insigni
ti sunt)capaces. Et hoc modo extēdit se dulia ad omnem
creaturā nō damnatā. Nō em̄ extēditur ad demones ꝛ re
probos per dānationis sententiā a beatitudine perpetuo
exclusos. In quib⁹ etsi imago dei quantum ad naturalia
ꝑseuerat nec deleri pōt:tn̄ q: a deo ꝑpetuo separati:beati
tudinem ſm ordinatā dei potentiam adipisci nō possunt
tanq; inimici a deo ꝓscripti:a nobis nullatenus sunt ho
norādi. Sic etiā propter alias gratias ꝛ dona gratis data
naturalib⁹ superaddita:vt sapiētia/virtus/ꝛ cetera dona
gratis data:que ad edificationem vel ecclesie vel persone
a deo donantur:dulia adorant:quasi in hoc alios non ha
bentes talia precellentes. Sic in politicis ph̄s dicit:ꝙ ho
mines ratione vigētes naturaliter aliorꝫ sunt dn̄i ꝛ recto
res.ꝛ per hoc ceteris magis honorandi. Sic pharao ho
norauit ioseph. Et nabuchodonosor danielem. Et lex do
cet senes honorandos dicens. Coram cano capite consur
ge:et honora personā senis:et time dominū deū tuū. Le

uitici.xix. Sic gratiā dei habentes honorandi sunt.de qui
bus beatus Grego.sup Ezechielem. Boni ꝛ virtuosi ho
norandi sunt:ne forte per eos ille prouocet qui eorum
corda inhabitat. Magis aūt creatura iam beata rationa
biliter est adorāda. Sic abraam adorauit angelos. Gen̄.
xviij. Josue cecidit pron⁹ in terram adorans angelū.eius
dem.v.ca. Uerū ꝙ intelligi possunt in angelis personam
dn̄i adorasse mittentem. Uerū q: vt dictū est:signa adora
tionis exterioris sunt equiuoca:aliud significantes dum
deo:aliud dū creature exhibentur:propter qd̄ ea que com
muniori vsu ad diuine maiestatis protestationem exhibē
tur:creature exhibenda non sunt. De quo beatus Aug.x.
de ciuitate dei dicit. Multa de cultu diuino vsurpata sunt
q̄ honoribus deferuntur humanis siue humilitate nimia:
siue adulatione pestifera. Ita tn̄ ꝙ ea quib⁹ deferunt ho
mines:habent qui dicant colendi venerādi. Si aūt mul
tū eis addit et adorandi. Quis vero sacrificandū censuit
nisi ei quem deū aut sciuit aut putauit aut finxit? Ideoq;
Johannes angelū in Apocal.c.vlti.sibi loquentem ado
rare volens prohibit⁹ est ab eo dicente. Uide ne feceris.
Tū ad ostendendū dignitatem hominis quā consecut⁹ est
per christū vt angelis equet. Unde subdit ibidem. Cōser
uus tu⁹ sum:ꝛ fratrū tuorū. Tū ad excludendū idolatrie
occasionem. Unde subdit. Deū adora. ꝑpter cui⁹ occasio
nis vitationem/mardoche⁹ noluit adorare superbissimū
aman timens ne honorem dei transferret ad hominem vt
dicit Hester.iij. ¶ Z Dulia cōmunissime sumpta exten
dit se etiam ad latriam:prout dicit reuerentiam ꝛ honorē
exhibitos ꝛ minorib⁹ ꝛ parib⁹ ꝛ superioribus:nedū partis
cipatū dominiū habētib⁹ puta creaturis:sed etiā vniuersa
lissimo creatori habenti illimitatā ꝛ vniuersalē presidētiā.
Et ita loquit glo.sup illud ps̄. Dn̄e de⁹ me⁹ in te speraui.
sīcut glo.super illud ps̄. In ecclesijs bn̄dicite deo:dn̄o dē
fontib⁹ israel. Ps̄.lxvij. Dn̄e dicit per omnipotentiam/cui
debet dulia. De⁹ per creationem/cui debet latria. Et bea
tus Aug.super illud Math.iiij. Dn̄m deū tuū adorabis
ꝛ illi soli seruies:dicit. Seruit⁹ duob⁹ modis ac diuersa si
gnificatione solet appellari. Dicit enim latria:dicit et du
lia. Sꝫ dulia intelligit seruit⁹ cōis:hoc est:seu deo/seu ho
mini/seu cuilibet rerū nature exhibita. A qua etiam serui
tus idest dules grece nomen accepit. Latria aūt appellat
seruit⁹ illa que sola diuinitatis cultui debita/nec vlla est
participāda creature:vnde idolatre nūcupant. Hec aug.
qui duliam in hac auctoritate accepit tertio modo siue lar
gissime. ¶ Sed notandū ꝙ q: in deo consideram⁹ digni
tatē ꝛ ꝑfectionē creature incōicabilē ſm nomē:vt est essen
tia diuina ꝛ natura/q̄ creature incōicabilis est. Unde crea
tura de⁹ proprie vel diuina natura dici non potest. Cōside
ram⁹ ꝛ in deo dignitatem cōicabilē:nō ſm eūdem gradū
sed ſm idem nomē:vt sapientiā/potentiā/bonitatē/presi
dentiā/dominiū. Nā ꝛ creatura dr̄ potēs/sapiens dn̄s ꝛc.
Ratione ꝑfectionis incōicabilis creature debet deo ado
ratio latria:q̄ simplr̄ incōicabilis est creature:intellige ſm
nomen. Ratione ꝑfectionis cōicabilis debet deo honor ꝛ
adoratio cōicabilis ſm nomē cōicabile:qd̄ est dulia cōiter
acceptū. Et sic loquitur glo.allegata. Deo cui debetur la
tria.i.honor incōmunicabilis quemadmodū deitas est in
cōmunicabilis. Dominiū enim cōmunicatur creature ſm
ꝙ dicimus ꝙ deus potens facit creaturam potentē. Sapi
ens est:ꝛ facit creaturam sapientē.bonus est:ꝛ facit crea
turam bonam:ita ꝙ participat ei⁹ bonitatem. Et ſm hoc
debet ei honor/quia descendit in cōmunionē:scꝫ ratione di
gnitatū:in quarū participatione dicimus esse creaturam.
Et iste honor nominatur noie cōmuni qd̄ est dulia. Et ita
patet sensus huius glo. Benedicite deo/cui debet latria.
Dn̄o/cui debetur dulia. Uel vt addit in ps̄. vij. Domine ꝑ
potentiam/cui debetur dulia. Deus per creationem/cui
debetur latria:q: creatio actiua non communicatur crea
ture:sed bene potentia cōmunicat. ¶ M Non tn̄ intel
ligenda sunt hec ꝙ in deo differant essentia/dominiū/sa

pientia/quasi distincte pfectiones: quarū vna sit creature cōicabilis: alia incōicabilis. Nam nihil distinctū ab essentia dicit potentia/sapiētia ⁊c. In deo em̄ est; tm̄ vna perfectio/que est diuina essentia: ⁊ hec oībus modis est sapientia/veritas/et potētia. Nec sapientia plus vel veritas est sapiētia/q̄ essentia. Vn̄ nō plus distinguitur sapientia ab essentia: a bonitate vel eternitate: q̄ sapiētia a sapientia. Quod plane dicit beatus Aug. in de triplici habitaculo. Omnia vnū sunt in deo/excepto qd̄ ad relationē pertinet Nā sapientia ⁊ veritas dei ⁊ eternitas: nō diuersa sunt: sʒ vnū sunt: sicut ⁊ oia. Sapientia em̄ dei nō magis sapiētia q̄ veritas est. Et nō magis veritas/veritas est/q̄ sapientia/q̄ eternitas/q̄ cetera dei. Oia vnū em̄ sunt in deo: et nō solū inter se eadē sunt in deo: sed nō aliud sunt/q̄ ipse deus. Hec ille. Et ita nec aliquid in deo realiter cōmunicatur creature ⁊ nō aliud/puta potētia/sapiētia/nō substantia vel essentia. Nihil em̄ est qd̄ in deo realiter cōicat creature: sed sm̄ nomen tm̄: hoc est nomē potētia: nomen sapientia: vniuoce attribuitur creature ⁊ deo: ⁊ hoc sm̄ rationem generalē nō specificā. Nō em̄ est sapiētia dei eiusdem rationis specifice: ⁊ sapientia creature: q: illa est substātia ista accidēs: Nomē autē deus/diuinitas/non attribuit vniuoce ⁊ pprie creature. Et sm̄ hoc non sunt rōnes diuerse adorationis in deo realiter: ppter quas diuerse adorationis spēs deberent deo. Sed quōcunq̄ a nobis consideratur deus: siue in se absolute vt infinite pelagus substantie siue in ordine ad creaturā vt creator: dn̄s: cōseruator: per potentiā/sapientiā/bonitatē: semp debet sibi adoratio latrie: q: totū est idē in deo. Nec dulia ista q̄ debet dn̄o sm̄ predictā glo. distinguit a latria: sed est actus latrie. Neq̄ dulia accepta distinguitur a latria nisi sicut gen⁹ a specie. Et sicut idē est/sortes ⁊ hō ⁊ aial: ita idem actus adorationis: puta quo profiteor deū summū: infinitū: oipotētē ⁊c. est actus latrie ⁊ dulie generaliter accepte. Sic ergo sapiētia diuina/⁊ deus idem sunt: sic dulia deo debita et latria idē sunt. sicut aial rōnale et hō: licet nomē dulia generale sit ad actū adorationis diuine: ⁊ ad actū adorationis creature. ¶ N Licet aūt tm̄ sit vna ratio adoratiōis in deo/que est infinita dei maiestas: etiam quibuscunq̄ terminis differentib⁹ exprimat: est tm̄ differētia aut multiplex ratio debiti in creatura: qua ipsa creatura obligat ad colēdum deū cultu latrie: sm̄ multiplicitatē bn̄ficiorū ⁊ gratiarū a deo acceptarū: sic debitor est hō rōne beneficij creationis: rōne bn̄ficij redemptionis: iustificationis: glorificationis. Etiā q: non equaliter oēs recipiūt: nō est equale debitum

Mat. xxv.

q: iuxta euangelicam parabolam. Cui plus cōmittit plus debet. Vn̄ vni dedit dn̄s duo talenta: alij quinq̄. Et plus debuit cui quinq̄ cōmisit/q̄ cui vnū. Et sic ex parte cōmissi seu accepti non est equale debitū: tm̄ equalis honor: q: honor respondet dignitati: ⁊ eadē dignitas est in deo qua

Hyperdulia.

accipio hoc ⁊ illud. His sententialiter concordat doctor irrefragabilis parte. iij. q. xxx. ¶ O Diuiditur autem communiter dulia primo mō vel secūdo modo accepta: vt scʒ tantū creature debet: in duliā maiorē ⁊ duliam minorem. Dulia maior est tertia spēs diuisionis pncipalis siue pme sup: apposite q̄ hypdulia dr̄ ab hyper qd̄ est super: q̄si excellens dulia. Minor dulia simplr̄ obtinet nomē dulia generale sine addito. Hyperdulia est seruit⁹ quedā reuerentialis exhibita rōne excellētie singularissime ⁊ eminētie in eo cui exhibet: qualis est reuerētia exhibita virgini gl'iose: in qua est prerogatiua excellētissime ⁊ singularissime dignitatis: pure creature ɔcessa: in eo q̄ est mater dei: quo excellit cherubin et seraphin ⁊ oēs angelicos spūs. Hec etiam hyperdulia sm̄ quosdā/cōuenit monarchis eccl'ie pape et imperatori. Qd̄ admitti pōt faciendo cōparatione statuū officiorū ⁊ dignitatū in ecclesia militante: ibi manēdo precise. In his em̄ supremus ⁊ excellentissimus status in spiritualibus est papatus. In secularibus est maiestas imperialis. Sic admittit papa tanq̄ supremus hierarcha in polita ecclesiastica: vt sibi fideles prosternantur vsq̄ ad pedum oscula: nō quidem ratione sanctitatis personalis (si recte est sibi cōscius/⁊ rationis cōpos: cum sit homo fragilis: nesciens sicut ceteri an amore vel odio dignus sit) sed ratione dignitatis sui status: quia vicarius est christi in terris: qui potestatis plenitudinem cōcessit petro/⁊ cuilibet suo legitimo successori. Hinc fortassis crucem gerit in sandalijs/quā osculandam offert: tanq̄ locum gerens crucifixi: honorem illū non sibi vsurpans: sed in dominū cuius signū osculatur retorquens. Claues etiam habet in signo siue armis: quia successor eius est: cui singulariter clauium potestas in sua plenitudine est collata. Sic ⁊ reges et imperatores patiūtur prostrationes: ⁊ vsq̄ ad terram genuflexiones sibi exhiberi. Sicut legitur. ij. Reg. xiiij. Dauid non repulit adorantes se super faciem terre: sed magis petita cōcessit. In quo nō reprehenduntur tanq̄ honorem sibi indebitū arrogantes. Verū loquendo de hyperdulia cōparando ad vniuersitatem creaturarū/non pōt reuerētia illa hyperdulia nuncupari. ¶ Dulia minor siue simpliciter dicta: est reuerentia cōmunis alicui exhibita nō in attestationē alicuius excellētie singularissime: sed sm̄ rationem excellētie cōmunē multis: qualis est reuerentia exhibita prelatis inferiorib⁹. in sacris ordinib⁹ ɔstitutis: aut in dignitatib⁹: personis virtuosis: hominib⁹ sapiētia precellentib⁹: immo ⁊ beatis angelis ⁊ animab⁹ sanctis: potentibus nobis ferre auxiliū: aut nostrā indigentiā releuare. Vel sm̄ suam generalitatem/quibuscūq̄ creaturis rationalib⁹ ⁊ intellectualib⁹ beatitudinis capacib⁹: sm̄ dei potentiam ordinatā. Et pōt quelibet harū specierū accipi vel pro actu interiori: vel pro actu exteriori: vel pro habitu ex actibus hmōi generato correspondēter ad dicta superius de latria. ¶ P Quia autē materiam adorationis intrauimus: paulo latius in ea moremur: vt particulari⁹ nosse

Quid et quō adorandum

possimus que/⁊ quomodo adorare oporteat: Ne indiscreta nostra adoratio sit: aut negligēs: in nostrāq̄ sugillationem audiamus a dn̄o. Vos adoratis qd̄ nescitis. Iohan. iiij. Et illud Matth. xxv. Quādiu non fecistis vni de minorib⁹ his: nec mihi fecistis. Inquiramus igitur: An creature rationales ⁊ res insensibiles a nobis adorande sint. Vt exēpli causa: crux christi: imagines sanctorū. ⁊ reliquie: ac cetera ad christū vel mēbra eius: hoc est sanctos/pertinentia. Secundo an christi humanitas sit latria veneratione adorāda. Ex quib⁹ clare patebit: que ⁊ quomodo in altaris sacramēto cōsistentia sunt adoranda. ¶ Quantū ad primū notandū q̄ adoratio in suis specieb⁹: latria: dulia: ⁊ hypdulia descripta est in sua ppria significatione: put tm̄ ɔuenit nature intellectuali seu rōnali: rōne cuiusdā superioritatis ⁊ excellentie tanq̄ obiecto proprio siue p se adorando. Accipit aūt ⁊ largi⁹/vt etiā extendit se ad ea q̄ nō p se aut ppter se: sed p accidēs ⁊ ppter aliud venerantur: nec pncipaliter ad ea terminat adoratio: sed ad aliud p ea q̄ habēt aliquē ordinē repsentationis/cōtinentie/coniunctionis/aut alteri⁹ hmōi habitudinis. Et q: adoratio nō cōuenit illis tanq̄ obiectis adorationis actū terminātibus: sed q̄si medijs p que adoratio terminatur ad obiecta p se ⁊ pncipalia: ideo eorū adoratio eisdē noib⁹ noiat ⁊ ad easdē species reducit adorationis: q̄ sunt pncipaliū obiectorū/ppter que illa venerantur. Et per hoc adoratio nō cōuenit vniuoce his ⁊ illis: sed analogice. Et sic adoratio prout attribuit illis minus principalius: est veneratio alicuius nō propter se: sed ppter aliquā habitudinē specialē quā habet ad aliud principaliter adorandū. Et illo modo potest similiter distingui in species latriā/duliam ⁊ hyperduliā: vt latria dicat reuerentia vel veneratio que debetur alicui/non tanq̄ simpliciter summo: sed tanq̄ habēti specialem habitudinē ad simpliciter summum latria proprie dicta adorādum: ⁊ sic suo modo de alijs specieb⁹. ¶ Q Est autē hec habitudo rei inanimate/aut insensibilis ad naturam intellectualem vel rationalem adorabilem in genere duplex. Vna est ratione representationis Alia ratione specialis coniunctionis aut vnionis: vt quia

pars cõtinens habitus: idest vestis possessio contingens
vel aliquod simile. Representatio aũt fit tripliciter. Una
fundat in similitudine rei representantis ad representa/
ta/que imitat ipsam in quibusdã accidentibus similibus.
sicut imago picta vel sculpta ſm similẽ protractionẽ et fi/
gurationẽ mẽbrorũ christi: siue in ea figura in qua nat⁹ est
siue in qua predicauit: siue qua crucifixus in ligno pepen/
dit: siue qua a mortuis resurrexit/ascendit: vel ad iudiciũ
venturus expectatur: ſm quã in recordationem venire fa
cit personam christi veri dei ⁊ hominis. Alia est represent a
tio que sumit nõ ex figurali similitudine mẽbrorũ christi.
gratia exẽpli: ſm corporalia lineamẽta: sed ex quadam ex/
tensione vel distensione partiũ/brachiorũ scz et crurum
sanctissimi corporis christi in cruce pendentis. Et per hoc
etiã in recordatiuã christi sic passi facit noticiam deuenire.
sicut crux picta vel sculpta etiam sine imagine appenden/
tis ad memoriale dominice passionis. Tertia est represen
tatio nõ ex aliqua predicatarũ similitudinũ: sed ex volũta/
te ⁊ bñplacito dei: qui voluit ꝑ aliqua p̃cedẽtia facta chri/
stum significare ⁊ figurare: sicut petra deserti: et serpens
eneus christũ figurabant. Imagines primis duobus mo/
dis adorantur simili specie qua adorat representatũ. Un
si fuerint imagines christi adorant eadem specie: qua chri
stus. i. adoratione latria. Si beatissime virginis hyperdu/
lia. Si beati petri vel alterius sancti dulia. Hec tñ adora/
tio magis terminat ad rem significatã/ꝙ ad ipsam imagi
nem. Unde Damas. lib. iiij. sniarum. Honor qui exhibetur
imagini: refert ad illum cuius est imago. Un dicit magn⁹
Basilius. Honor imaginis ad ꝓtotypum peruenit. i. exem
plar. Est eñ prototypus prima forma seu forma exempla/
ris: ad quã facta est imago. De hac adoratione imaginis
christi habetur in quodã decreto synodi Constantinopo/
litane: vbi dicit. Sacratam imaginẽ dñi nostri iesu christi ⁊
oim liberatoris ⁊ saluatoris equo honore cum libro euan
gelioꝝ sanctorũ adorari decreuimus. Et infra. Si quis er
go non adorat iconã saluatoris christi: nõ videat formam
eius qñ veniet in gloria paterna glorificari et glorificare
sanctos suos: sed alien⁹ fit a cõione ipsi⁹ ⁊ claritate. Quia
autem representans tertio modo habet rationem imagi/
nis non sic adoratur. In illis enim nõ apparet aliqua sen
sibilis imitatio similitudinis: rõne cui⁹ representet statim
christum: sed dũtaxat ex aliquo occulto mysterio. vnde ⁊ fi
gure mystice dicebantur: ꝓpter qḋ nõ statim intuentem in
rememorationem figurati perducebãt. Et sic facile adora
tio terminaretur ad rem illam figurantẽ: ⁊ nõ ad figuratũ
protenderet. Qḋ considerans rex ezechias serpentẽ ene/
um qui iussu dei per moysen fuit erect⁹: vt ipsius aspectu
iudei a morsibus serpentũ sanarentur: laudabiliter cõtri/
uit: considerans populũ ipsum serpentẽ adorãdo: gloriã
non deo: sed serpẽti tribuere: vt habet. iiij. Reg. xviij. et in
ca. q: sancta. lxiij. dist. ❡ R Ex his apparet ꝙ in adora/
tione imaginũ ⁊ alioꝝ per accidẽs adoratoꝝ: ꝙuis sit vn⁹
actus exterior: vt genuflexio vel aliud signũ reuerentie: tñ
in adoratione interiori sunt duo actus distincti: quoꝝ vn⁹
terminat ad imaginẽ: non tñ absolute vt est hec res mate/
rialis: hic lapis: hoc aurum vel lignum: sed ad rem ipsam
inquantum est imago christi vel alicuius sancti. Hic actus
est quedam recognitio qua recognosco rem illã vt ordina
tam ad representandũ christũ. Uel cõplacentia qua mihi
cõplacet res illa vt talis imago honoranda ꝓpter ꝓroty/
pum. ⁊ ille actus pertinet ad latriã analogice. Ali⁹ actus
est qui imediate terminat ad prototypũ: quo recognosco
id qḋ representat tanꝙ summe bonũ vniuersale oim prin
cipiũ. Ad quẽ actũ eliciendũ moueor per apprehẽsionem
imaginis. Et hic actus vere est actus latrie proprie dicte: q̇
solũ terminat ad imaginatũ: ⁊ non imaginẽ. Nõ eñ vidẽ
do imaginẽ recognosco ipsam imaginẽ quam video esse
summũ bonũ: siue considerẽ ipsam in rõne imaginis: siue
absolute vt rem aliquã in se. Et ideo qḋ dr eodẽ actu ado/
randã esse imaginẽ/⁊ illud cuius est imago: intelligendũ

puto de actu exteriori: cui correspondent duo interiores
quorũ vnus terminat ad imaginẽ: alius precise ad proto/
typũ. Forte tñ quãtũ ad actus affectus sustineri posset: ꝙ
esset vnus affectus terminat⁹ ad vtrumq; ordine quodam
sicut eodem actu diligo creaturã ⁊ deũ dum diligo creatu
ram propter deũ: qui ſm aliquos simul est vsus ⁊ fruitio.
Usus inquantũ terminat ad creaturã. Fruitio inquãtum
terminat ad deũ: non autẽ sic de actu intellect⁹. Et sic acci
piẽdum est qḋ in decreto synodi Constantinopolitane su/
pra allegato dr. Dignũ est vt ſm congruentiã rõnis ⁊ anti
quissimã traditionẽ: ꝓpter honorẽ qui ad principalia ipsa
refertur: etiã deriuate icone idest imagines honorẽtur et
adorent. Adorent inquã non per se q̃si in ipsis sit aliqua
virtus: vñ releuari aut iuuari possit hũana infirmitas: sed
tanꝙ signa christi ⁊ sanctorũ q̇ ferre possunt auxilium po/
stulanti. Et hoc est qḋ dicit canon/venerabiles. de cõse. di/
iij. Uenerabiles inquit/imagines christiani nõ deos ap/
pellant: neq; seruiunt eis vt dijs: neq; spem salutis po/
nunt in ipsis: neq; ab eis expectant futurũ iudiciũ: sed ad
memoriã ⁊ recordationẽ primitiuoꝝ venerant eas ⁊ ado/
rant. Sic ad adorandũ christi imaginẽ hortat beat⁹ Aug.
de visi. infirmoꝝ: vbi loquẽs de tali imagine dicit. Hac cõ/
plectere humiliter: venerare suppliciter: cũ hec ad memo
riã tibi reducat crucifixum. Hic est vnus modus loquendi
de imaginum adoratione. ❡ S Aliĩ sunt qui distinctio
nem supradictã adorationis nõ attẽdũt: sed adorationẽ
presertim latriã in sua ꝓpria accipiũt significatione. Hi di
cunt ꝙ imago neq; vt ꝯsiderat in se ſm ꝙ est lignũ/lapis
aut metallũ: neq; vt considerat ſm rationẽ signi ⁊ imagi/
nis est adoranda: q: qualitercũq; consideret: est res que/
dam insensibilis ⁊ creatura: cui adoratio latria minime est
exhibenda. ❡ Qḋ vero christiana religio imagines susti/
net in ecclesia ⁊ oratorijs: nõ permittit eo fine: vt ipse ado
rent: sed vt fideliũ mẽtes per earũ inspectiones excitẽtur
ad reuerentiã/⁊ honorẽ exhibendũ his/quorum sunt ima
gines in quorũ cognitionẽ recordatiuã ducũr. Et hic mo/
dus dicendi videt esse Roberti holkot sup illud sapiẽtie. Sapien tie. xiij.
Infelices sunt: ⁊ inter mortuos est spes illorũ: qui appel/
lauerunt deos suos opera manuũ suarũ. vbi sic dicit. Non
video esse bene dictum ꝙ eodem honore honoretur deus
⁊ imago eius. Sed mihi videt dicẽdũ: ꝙ neq; adoro ima/
ginẽ christi quia lignũ: nec q: imago: sed adoro christũ co/
ram imagine christi: q: scilicet imago christi excitat me ad
amandũ christũ. Hic modus loquendi originẽ videt tra/
here ex dicto quodã beati Grego. qui sereno epõ massilie/
si imagines destruenti ne adorarentur: ita scribit: vt habe
tur de cõse. dist. iij. perlatũ. Perlatũ est ad nos ꝙ incõside
rato zelo succẽsus/sanctorũ imagines sub hac q̃si excusa/
tione ne adorari debuissent: ꝯfregeris. Et quidẽ quia eas
adorare vetuisses oino laudamus: fregisse vero reprehen
dimus. Dic frater a quo factũ sacerdote aliq̃ñ auditum est
qḋ fecisti? Aliud est eñ picturã adorare: aliud per picture
historiam quid sit adorandũ addiscere. Nã qḋ legentibus
scriptura: hoc ⁊ idiotis prestat pictura cernẽtib⁹: q: in ipsa
ignorantes vidẽt quid sequi debeãt. In ipsa legũt qui lit/
teras nesciunt. Un ⁊ precipue gẽtib⁹. i. laicis/pro lectione
pictura est. Ad idẽ videt sonare Damas. lib. iiij. sniarũ di/
cens. Quia non oẽs noscunt lr̃as: neq; lectioni vacãt: pa/
tres excogitauerunt velut quosdã triũphos in imaginib⁹
hoc describere ad velocẽ memoriam. Quapropter multo
tiens non ſm mentẽ habentes dñi passionẽ: imaginẽ cru/
cifixionis christi videntes: ⁊ in salutaris passionis memo
riã venientes: procidentes adoramus christum. Ecce dicit
christũ adorari ad inspectionẽ imaginũ ducentiũ in noti/
ciam rememoratiuã christi. Hoc etiam dr in canone allega
to/venerabiles. vbi additur in fine. Sed nõ seruiũt eis scz
imaginibus/cultu diuino: sicut nec alicui creature. quo in/
nuitur imagines nõ adorari latria. ❡ T Inter hos du/
os modos maior est discordia in locutione ꝙ in re. Utreq;
enim modus hoc intendit/ꝙ creatura adorari non debet
latria

latria adoratione p se tanq̄ terminꝰ adorationis: τ hoc la
tria ꝓprie dicta. Utercꝫ etiā admittit φ ad apprehēsionē
imaginis mens fertur cognitiue et affectiue in prototypū
ipsum adorādo. Utercꝫ etiam modus admittit φ videns
imaginē/habet actū aliquē respectu imaginis: qui termi-
natur ad imaginē ipsam/vt est representatiua imaginati.
An aūt aliquis horū actuū debeat dici adoratio imaginis
videtur esse diuersitas: que videt ita resolui posse: φ actꝰ
ille quo cognitiue τ affectiue fero in ꝓtotypū: sit adora-
tio latria: dubiū nō est. Utrū aūt actus quo feror in imagi
nem debeat dici adoratio. Dicit φ est adoratio analogice
et improprie nō autē ꝓprie: qm̄ est respectu creature. Si
vero vnꝰ actꝰ fuerit exterior: vel vnꝰ elicitꝰ interior: respe-
ctu vtriusqꝫ imaginis τ ꝓtotypi: ille est adoratio latria p-
prie quatenꝰ terminat ad ꝓtotypū: τ adoratio analogica
inquantum terminat ad imaginem. ¶ V Ex illis patet
quorundā hoim stolidus error: qui adeo ad imagines affi
ciuntur: vt in ipis credant esse aliquid numinis/gratie vel
sanctitatis: quibꝰ potētes sint facere miracula: prestare sa
nitates: eripere a periculis: τ a nocumētis ac insidijs pre-
seruare: ex hoc assurgētes ad eoꝝ venerationē vt premisso
rum aliquid cōsequant. Arguitur ex eodē nōnulloꝝ indo-
cta simplicitas τ indiscretio: qua reuerētius adorāt imagi
nes pulchras q̄ turpes: nouas q̄ vetustas: aut ecōtra or-
natas venustiori auro τ purpura q̄ nudas: credētes eas
eo sanctiores quo p̄ciosiores. Et vt Bern. ait: offerētes li-
bentius auro tectis vbi magis cernit diuitiarū cumulus.
Arguit τ alioꝝ rudis leuitas: q̄ improuide vota emittūt:
ad peregrinandū se obligāt: nūc ad illā: nūc ad aliam ec-
clesiā intuitu certarū imaginū: credentes illas maiori in
illa q̄ similes in alijs fulgere virtutibꝰ: clarere miraculis:
et maiori fulciri ptāte. Hec oia in vanā trāseūt supstitionē
in quā nō inciderēt: si rationem adorationis ac veri cultꝰ
attenderent: aut si ignorāt/ informationē humiliter a do-
ctoribꝰ reciperent. Patet siquidē imagines fore res insen
sibiles: que ex certa partiū suarū figuratione τ ordine ima-
ginis nomē sortiunt. vnde eis cōuenit res alias significan
do representare. Ratio aūt adorationis in deo vt dictum
est: est ꝑfectio summa ac vniuersalis p̄fidentia. In creatu-
ris vero est aliqͩd diuinū puta virtꝰ/potestas/aut excellē-
tia aliqua singularis a deo participata: quoꝝ qr neutrum
reperit in imagine: nulla talis ꝓpter se adorāda est: necꝫ
auxiliū quodcūqꝫ ab eis postulandū est. Necꝫ em̄ vident:
necꝫ audiūt: necꝫ se intelligūt venerātes. Sūt em̄ creatu
re inanimate: quibꝰ nec est sensus: necꝫ intellectꝰ. Oia em̄
que dicta sunt a deo τ sanctis quoꝝ sunt imagines: qui τ ꝑ
se corā imaginibꝰ adorandi sunt: fideliter expectant. Ipe
sto imagines ꝑ accidēs honorant: nō ꝓpter virtutē/potē-
tiam/aut gratiā eis inexistentē: sed ꝓpter representationē
eoꝝ quibꝰ talia insunt. Hinc (vt. s̄. allegatū est) necꝫ ipsis
vt diis seruimꝰ: nec spē salutis in eis ponimꝰ: nec iudiciū
ab ipis expectamꝰ. ¶ X Et si aliquādo miracula fiunt
hoibus etiā ad eas cōfluētibꝰ: adiutoria aut sanitates p̄-
stātur. nō hec virtute imaginū: sed virtute dei: ministerio
bonoꝝ angeloꝝ ad intercessiones sctōꝝ cōtingūt. Uel etiā
nōnunq̄ opatione demonū ad fallēdū inordinatos culto
res deo pmittēte exigente taliū infidelitate. Nec tn̄ ꝓpter
hoc imagines ꝓijciēde sunt: aut de oratorijs elimināde oc
casione idolatrie deuitāde. Aut pegrinationes ad certas
imagines vel certa loca: presertim cōsecrata: vel etiā cōse-
cranda penitus reprobanda. Nō em̄ vsqꝫquaqꝫ negandū
est/quin in certis locis singulariter relucent beneficia dei
et maiora crebrius q̄ in alijs: vel ꝓpter sctōꝝ reliquias ibi
cōditas: vel occulta ministeria (al. mysteria) futuris tem-
poribus ibi celebranda aut celebrata: vel alias causas no
bis occultas: ꝓpter quas deus vnū locū elegit suo cultui
nō alium. Sic primo elegit tabernaculū qd̄ ꝑ moysen eri-
Deut. xii gi mādauit. Deinde locū in sylo. Deinde templū salomo-
nis in hierusalem. Unde ait moyses. Caue ne offeras ho
locausta tua in omni loco quē videris: sed in eo quē eleges-
rit dn̄s τc. Nam τ iacob vt habet Gen̄. xxviii. post scale cu
ius summitas celū tetigerat: angeloꝝqꝫ in ea ascēdentiū
τ descendentiū visionē: ait. Uere dn̄s est in loco isto τ ego
nesciebā: surgensqꝫ erexit lapidē in titulū: fundens oleum
desuꝑ: appellauitqꝫ nomen loci illius bethel: qd̄ interpre-
tatur domus vel habitaculū dei. Un̄ τ dixit. Terribilis est
locus iste: nō est h̄ aliud nisi domꝰ dei τ porta celi. Idcirco
locū istū tituli erectione sacrificio τ voto qd̄ dn̄o vouerat
honorauit. Edoctus inquā diuinitꝰ didicit quanta τ q̄ mi
rabilia opaturus erat in loco isto. Nā ibi fundandū erat
templū ad dei spālem cultū. Ibi cōsummaturus erat dn̄s
opus nostre redēptiōis: seipm̄ patri in cruce offerēs. Pro-
pinquus em̄ erat locus crucifixionis. Ideo post reditū de
mesopotamia ibidem sacrificiū obtulit: vt habetur Gen̄.
xxxv. Nō solū ꝓpter locū: sed ꝓpter mysteria ibidem futu-
ra/in loco isto dn̄o sacrificauit. Un̄ Aug. in glo. Suꝑ lapi-
dem libauit iacob non lapidi. Sic nec reprobari pōt/si dū
in vno loco: vel corā vna imagine crebrescūt miracula/sa-
nitates/τ cetera beneficia in eodem loco: nō locū/sed deū
qui inibi operat: laudare: nec imaginē: sed corā imagine/
deū τ sanctos cōtingat adorare. Ita φ nō inanimatis: sꝫ
deo τ sctis eius honor/laus/τ adoratio impēdat. De hoc
latius. s̄. lec. xxxi. dictū est: qua rationabili discretiōe: nūc
in vno loco: nunc in alio: nunc in vno tp̄e: nunc in alio: nūc
ad vnū sanctū: nunc ad aliū pro diuersis donis/virtutibꝰ/
τ gratijs recurrere licet: easqꝫ deuotis orationibꝰ impetra-
re. Et quō in sanctoꝝ venerationibꝰ diuina bonitas/sapiē
tia/potētia/extollit τ laudat: τ multa huic ꝓposito appli-
canda. Hec de imaginū adoratione rōne representatiōis.
Nunc de adoratione rerū rōne specialis vnionis ad natu-
ram/rōnem adorabilem dicendū: qd̄ tamen sequenti lec.
reseruandum est. ¶ Lectio. l. A



Es adorande rōne

speciali cōiunctionis cū rebꝰ ꝓpter se adorā
dis sunt he. Quedā speciali quadā habitudi
ne cōiuncte fuerūt deo christo vel sanctis ve-
lut partes eoꝝ: sicut reliquie sanctoꝝ: q̄ ſm se vel eius ma- Reliqe
teriā fuerūt partes corpoꝝ sanctoꝝ dū in terris vixerūt: vt τ vestes
ossa vel pulueres in quos resoluta sunt eoꝝ corpora. Uel sanctorū
vt arma triūphi: sicut crux christi/claui/lancea/corona/fla quō ado
gella/colūna/ τ similia. Suo mō de sanctis velut vestes/ rande.
τ res alie in eoꝝ vsum ꝑ corpoꝝ τ membroꝝ sctōꝝ cōtactū
venientes. De sanctoꝝ reliquijs tenendū/φ ille veneran-
de sunt tanq̄ ea q̄ fuerūt partes corpoꝝ sctōꝝ: saltem ſm
materiā earū: vt dictū est. s̄. lec. xliii. Partes aūt simili ado
ratione adorande sunt cū toto. Cū ergo sancti dulia ado-
randi sunt: sic adoratione dulie eoꝝ reliquie sunt adoran-
de. Simili dixi nō eadē: qr adoratio dulie analogice attri-
buit sanctis τ partibꝰ: q̄ nō sunt creature rōnales/hoc est
partibꝰ materialibꝰ: ꝓpter aiam rōnalem: cui debet dulia
ꝓprie dicta: siue sit actu pars: siue fuerit pars. Ceteris par
tibus puta corpori vel parti eiꝰ debet dulia analogice: siue
sit actu pars sancti: siue fuerit aliqn̄ pars eius. Et hec cla-
re patent resoluēdo terminos in eoꝝ qd nois: puta latriā
τ duliā. Sūt em̄ sanctoꝝ reliquie venerabiliter honorāde
vt ꝓbat btūs Hiero. cōtra vigilantiū: qui cultū reliquiarū
sanctoꝝ reprobauit. Qd̄ ex hoc etiam ꝓbat: qr ꝑ contactū
illoꝝ multa dn̄s beneficia contulit ad earū dignitatem de-
clarandā. Sic ad cōtactū sepulcri beate agathe/curata est
mater sancte lucie a sanguinis ꝓfluuio. Ad cōtactū ossiū iiii. Re-
helisei ꝓphete/vita restituta est mortuo. Ad contactū se- gū. xiii.
micinctiorū pauli τ sudarioꝝ/sanati sunt languidi. Sic de Act. xix.
straminibus in quibꝰ cubuerat beatus martinꝰ legit: τ si-
milibus multis. ¶ Honor ergo siue adoratio dulie sctōꝝ
reliquijs impensus vel impensa quantū ad interiorē actū
nihil aliud est/q̄ recognitio interior: qua hmōi reliquie
credunt esse vel fuisse partes corporū sanctoꝝ dum vixe-
runt in hac mortali vita: quibꝰ deuote seruierūt dn̄o: τ me-
ruerunt gloriā: cuius post resurrectionem dum reunient

aīabus sanctoꝝ:participes erunt ꝑ dotes glorie corporis
Hec inquā recognitio ꝛ cōplacentia volūtatis cōsequens
est ſm rem actus dulia interior: analogice nō ꝓprie:q: nō
recognoscunt̄ tanꝙ rōnales creature habentes in se diui-
ne gratie dona ꝛ merita ac virtutes dei ꝑ actus beatificos
capaces ſm potentiā dei ordinatā: q̄ recognitio est actus
dulie ꝓprie accepte. Sed' recognoscunt̄ tanꝙ aliquid ꝑti-
nens ad eas. Et actus exterior reuerentialis in signū inte
rioris actus exhibit⁹: est dulia exterior hmōi reliquijs de-
bitus. ¶ Et q: nō habem⁹ distinctos actus exteriores di-
stincte latriā vel duliā ꝓprie vel analogice dictā repꝛesen-
tantes: ideo in variarū rerū adorationib⁹ eisdem actibus
exterioribus: nō tn̄ eūdem actū interiorem significantib⁹
vtimur: vt genua flectim⁹ corā venerabili sacramento: co-
ram imagine crucifixi: coram sanctoꝝ reliquijs. Idem si-
gnū foris/eadem scʒ genuflexio: sed nō idē actus interior.
¶ B Suo modo dicendū est de ceteris supradictis vt
armis triumphalib⁹/vestibus/sepulcris/ ꝛ alijs olim ad
vsum sanctoꝝ ꝑtinētib⁹. ¶ Generaliter igit̄ oia coniūcta
adorandis: eadē specie adorationis analogice adoranda
sunt: quib⁹ ea ad que cōiuncta fuerūt adorant̄ ꝓprie. Si
latria: latria. Si hyꝑdulia: hyꝑdulia. Si dulia: dulia. Sic
preputiū christi ꝛ sanguis christi de corpore eius in cruce
fluens: si adhuc in terris cōseruant̄: sicut vtrūqꝫ in eccl'ia
lateranensi vrbis rome cōtineri dicit̄: ꝛ in die scō pasce
populo adorandū ostendit̄. Si tamē dn̄s resurgens nō
reassumpsit totū sanguinē fusum: ꝛ quicq̄d fuit de verita-
te humane nature: eadē adoratione adoranda sunt qua
humanitas christi: nō vt cōiuncta verbo. Nam preputiū si
adhuc reseruat̄ in terris: nō est vnitū diuinitati: q: nō est
actu pars corporis christi: sʒ quoddā suppositū ꝑ se: sicut
quelibet pars integralis separata a toto est ꝑ se supposi-
tum: nō aūt sunt plura supposita verbi. Nec hoc est cōtra
Dam. qd̄ semel assumpsit nō dimisit. Verū em̄ hoc est quā
tū ad partes essentiales totales humanitatis christi. Nā
totū corpus nunꝙ dimisit: nec in sepulcro: nec aiam dimi
sit etiā in inferno. Nam dubiū nō est: quin partes corporis
materiales ꝑ actionem caloris naturalis resolute dimisse
sint. Sic̄ ꝛ preputiū post circūcisionē vbicūqꝫ fuerit: ante
resurrectionē nō fuit vnitū hypostatice deitati. Quō aūt
humanitas christi adoranda sit: statim dicet̄. Nō difformi
ter dicendū erit de cruce dn̄ica/clauis/lācea/ ꝛ ceteris chri
crux christi quō adoranda. sti sanguine rubricatis. ¶ C Verum de cruce christi du
pliciter loqui possum⁹ ſm scm̄ Tho. in. iij. scripto dis. ix. q.
ij. Aut de cruce que est imago crucifixi: siue picta: siue scul-
pta: siue de quacūqꝫ materia fabricata: etiam si fuerit de li
gno dn̄ico. Et sic dicēd' ē est sicut de alijs imaginib⁹ christi:
ꝙ adoranda est latria sicut ꝓtotypus: ad sensum tn̄ prius
expositū. Scd̄o mō loqui possum⁹ de ipso crucis ligno: in
quo salus nr̄a christus pepēdit: nō vt imago: sed vt tale li
gnū membris christi in eo suspensis cōsecratū. Et sic dicit
Tho. nō est adorādū latria sed hyꝑdulia: q: nō ꝑtinet ad
ꝑsonā verbi sicut pars ei⁹: sed est res quedā ei⁹ in qua salu
tem oꝑatus est in medio terre. ¶ Scd̄s Bonauē. dicit ꝙ
vtroqꝫ mō ꝯsiderata debet̄ sibi duplex seruitus adoratio-
nis ꝛ venerationis. Adorationis latrie: ꝛ venerationis spe-
cialis: q̄ nec est latria nec dulia. Nam ſm eū honor exhibi
tus in famulatū cōplacētie: est honor adorationis latrie.
Ille vo qui exhibet̄ in obsequiū reuerentie: est honor ve-
nerationis. ¶ Sed ꝯcorditer ad predicta dici pōt: ꝙ crux
christi ꝛ cetera salutis nostre arma: q: res quedā sunt ad
christū ꝑtinentia. Ipsa em̄ vt Aug. loquit̄: sunt instrumen
ta fortissima: quib⁹ oipotēs virtus/ ꝛ inuestigabilis sapien
tia dei restaurationē mūdi potenter ac mirifice oꝑata est:
ipsaqꝫ attactu mēbroꝝ christi dedicata: ꝛ tanꝙ preciosissi-
mis margaritis ornata sunt. Et ideo adoratio eoꝝ ad eā-
dem speciē adorationis reducit̄: qua adorat̄ christus cui
speciali quadā habitudine cōiungunt̄: hoc est adoratiōe
latria nō ꝓprie dicta: sed analogice: q̄ adoratio quātū ad
interiorē actū nihil aliud est: nisi actus intellect⁹: quo talia
cognoscunt̄: tanꝙ res quedā siue arma speciali quadā ha
bitudine ad christū ꝑtinentia: vel etiā actus volūtatis si-
bi in his vt talib⁹ cōplacentis. Et hec rn̄sio nullā patit̄ dif-
ficultatē. ¶ D Sed nūc de humanitate christi qua spe- Hūanitas christi quō adoranda.
cie adorationis illa est adoranda videndū est. De hoc aūt
varie sunt opiniones ex diuersis scōꝝ autoritatib⁹ ortum
trahētes. Vn̄ in hoc vident̄ oēs cōcordare: ꝙ humanitati
christi in se cōsiderate/nō vt vnite: debet̄ dulia maior vel
minor ſm diuersas eius cōsiderationes: vt. j. dicet̄. Cōside
rata aūt vt a verbo assumpta/ ꝛ nature diuine in vbo hy-
postatice vnita: sic de ei⁹ adoratiōe inueniunt̄ tres opinio
nes. Vna tenet ꝙ vt sic adoranda est dulia maiore q̄ hyꝑ-
dulia dicit̄. Motiuū: q: solus deus adorādus est latria:
ꝛ natura nō cōmunicat alteri nature sua idiomata. Vnde
nō dicit̄ humana natura de⁹: licʒ vnita diuinitati. Nec dici
tur eterna/infinita/creatrix: licet vnita sit nature infinite
eterne creatrici. Et ita dicit ꝙ nō sit adoranda latria: licet
vnita sit summe maiestati latria adorāde. Allegant pro se
glosam suꝑ illud ps̄. Adorate scabellū pedū ei⁹: que dicit:
Caro christi sine impietate a verbo dei assumpta adorat̄
a nobis. Non illa dico adoratiōe q̄ latria est: q̄ soli creato
ri debet̄: sed illa que dulia dignior est. Scd̄a opi. tenet: ꝙ
humanitas christi considerata vt vnita verbo/latria est
adoranda. Motiua autoritate Johānis damasceni. Et al-
legat magr̄. iij. sententiarū dist. ix. Non inadorabilē carnē
dicentes. Adorat̄ em̄ in vna verbi hypostasi. Sequit̄. Nō
vt nudā carnē adoram⁹: sed vt vnitā diuinitati in vnā hy-
postasim dei verbi duab⁹ reductis naturis. Timeo carbo-
nem tāgere ꝓpter ligno copulatū ignē: adoro christi dei
mei simul vtrāqꝫ naturā/ꝓpter carni vnitā deitatē. Item
beatus Aug. in sermone suꝑ illud. Nō turbet̄ cor vestrum
ait. Ego dominicā carnē imo ꝑfectā in christo humanita- Jo. xiiij.
tē ideo adoro/ꝙ a diuinitate suscepta ꝛ deitati vnita est:
vt nō aliū ꝛ aliū: sed vnū eūdēqꝫ deū ꝛ hoiem filiū dei esse
cōfitear. Deniqꝫ si hoiem separaueris a deo: illi nunꝙ cre
do nec seruio. Velut siquis purpurā vel diadema regale
iacens inueniat nūꝙ ea conabitur adorare. Cū vo rex ea
fuerit indutus: periculū mortis incurrit: si ea cū rege quis
adorare cōtempserit. Ita in christo dn̄o humanitatem nō
solā vel nudā: sed diuinitati vnitā: scʒ vnū filiū: deū verū ꝛ
hoiem verū: si quis adorare cōtempserit: eternaliter mo-
riet̄. Idē s. ps̄. lxxx. Caro sine impietate a vbo dei assum-
pta adorat̄ a nobis: q: nemo carnē ei⁹ mādúcat: nisi prius
adoret: sed qui adorat nō terrā intuet̄: sed illū poti⁹ cuius
scabellū est ꝓpter quē adorat. ¶ Dicunt ergo illi ꝙ secus
est de exhibitione honoris ꝛ alijs ꝓprietatib⁹. Honor nō
respicit hanc partē vel illā: sed respicit ipsā ꝑsonā. Vnde
ꝙuis purpura ꝛ vestimentū regis nō participet ꝓprieta-
tes eius absolutas: cōmunicat tn̄ in honore ꝛ reuerentia.
Et ideo q: est vna ꝑsona in christo: cui debet̄ reuerētia sū-
ma: vna adoratiōe latrie est adorāda quātū ad vtrāqꝫ na
turā/diuinā scʒ ꝛ humanā. Sicut eadē adoratiōe adorat̄
in vno hoie caput ꝛ pes. Et hāc approbat scūs Bonauē.
in. iij. scrip. dist. ix. q. j. vn̄ dicit: Cōcedēdū est ꝙ christus ho
mo nō solū adorādus est latria: sed etiā ei⁹ humanitas in-
quātū verbo est vnita: ꝙuis prout in se cōsiderat̄ non de-
beat̄ ei nisi dulia. Quoniā aūt christi humanitas nūꝙ est
a verbo separata: ideo semꝑ cōsiderāda est vt cōiūcta: et
semꝑ adorāda est latria. Hec Bonauē. ¶ E Tertia opi.
ꝙ humanitas christi vt verbo vnita adorat̄ latria: sed nō
ꝓprijssime/sed large sūpta. Pro cui⁹ intellectu rememorā
dū ꝙ ſm Alex. de ales. latria tripl'r sumit̄. Vno mō ꝓprie Latria
ꝓ cultu soli deo debito: siue ſm dignitatē i cui⁹ participa- capit̄ tri
tione nō est creatura: vel in cui⁹ participatiōe est creatura pliciter.
Scd̄o mō stricte vt restringit̄ vocabulū ad seruitutē que
debet̄ creatori rōne dignitatis: in cui⁹ participatione non
est creatura. Sic accipit̄ latria in glo. precedēti lec. allega-
ta. Deo: cui debet̄ latria: dn̄o cui debet̄ dulia. cuius intelle
ctus ibidem declarat⁹ est. Tertio mō accipit̄ large vt non
dicit solū seruitutē que debet̄ dignitati diuine: sed etiam

creature vnite ipsi. Hec videt̃ esse Rabani dicentis. Caro christi latria adoranda est sicut verbū: sed nō omni specie latrie: q̄m nō adoramꝰ eā oīno ꝓstrati in terrā: sic ꝙ credamus ꝙ nos creauit de nihilo: nec sacrificamꝰ ei sicut deo: sed adoramꝰ eā: qꝛ ꝑ ipsam redempti sumꝰ. Sic ergo dicit̃ latria extenso noīe siue large: ⁊ vt .s. dictū est: analogice. Prime due opi. accipiūt latriam ꝓprie: tertia vo vt patuit large. ¶ Ueritas huiꝰ questionis. Utrū humanitas christi coniuncta verbo/ adoranda sit latria: facile inuestigat̃ si loco huius vocabuli latria/ eius qd̄ noīs ponat̃: ⁊ quis sit actus latrie interior qui principalis est intelligat̃. Naꝫ de exteriori nō est difficultas: cū eodē actu exteriori adoramꝰ latria ⁊ dulia creatorē ⁊ creaturā/ sm subordinationem tn̄ ad aliū ⁊ aliū actum interiorē: vt frequēter dictū est. Latria eñ vt .s. habitū est lec. xlix. est reuerētia exhibita alicui vt summo ⁊ vniuersali oim principio. Actꝰ interior latrie aut est actus intellectꝰ aut volūtatis vel vtriusqꝫ: preter illos nō est alius. In intellectu aūt respectu vniuersalis boni/ non est alius actus nisi cognitio siue ꝓfessio eius tanq̄ summi boni: qui est actus fidei: extendēdo nomē ad scientiam ⁊ oēm firmā adhesionē veri. In volūtate nō est actꝰ alius ordinatꝰ nisi dilectio eiꝰ taq̄ summi boni in se: ⁊ summi boni creature rōnalis. Nullus horū actuū haberi pōt respectu cuiuscūqꝫ creature siue vnite vbo siue nō. Quero eñ vtrū humana natura vnita diuine in supposito verbi sit summū ⁊ vniuersale omniū principiū. Item vtrū vt sic vnita/ sit summū bonū suꝑ oīa diligēdū. Certū est ꝙ neutrū concedit̃: ergo ad naturā humanā verbi (que licꝫ vnita sit verbo: distinguit̃ tn̄ realiter a verbo ⁊ a diuina natura) nō pōt terminari actus latrie qualitercūqꝫ cōsideret̃. ¶ F Sequēs ergo Alex. de ales: premitto ꝙ refert multum loqui de humana natura in christo/ ⁊ de hoīe christo. Nā homo nomen est suppositi siue ꝑsone: nō sic humana natura. Unde hō christus/ est suppositū verbi subsistētis in natura humana. Persona eñ verbi: qꝛ subsistit in duabus naturis humana scꝫ ⁊ diuina: eadē vna ⁊ indistincta est deus eternus ꝓpter diuinā naturā: est hō verus ꝓpter naturā humanā. Humana aūt natura in christo est cōpositum ex carne ⁊ aīa: qd̄ manēs creatura assumptū est a ꝑsona verbi. Sicut idē homo est credēs in deū ⁊ diligēs deū: credens ꝑ actū fidei: diligens ꝑ actū charitatis: nec tamē actus fidei est actꝰ charitatis: nec actus fidei est hō credēs sed aliqd in noīe distinctū ab hoīe. Et iō licꝫ actus fidei et actus charitatis duo sint: nō tn̄ duo sunt hō credens ⁊ diligens: sed vnꝰ ipse est qui credit ⁊ diligit: q̄uis ꝑ aliud credit ⁊ per aliud diligit. Ita duo sunt realiter ⁊ essentialiter distincta natura ⁊ humana ⁊ diuina. Hec tꝑalis: ista eterna. hec creatura: ista creatrix essentia. Una aūt est ꝑsona ⁊ penitus indistincta verbi seu filij dei: que subsistit eternaliter in natura diuina: ⁊ ex tpe assumpsit humanā. Et ꝑ hoc eadem ⁊ indistincta est deꝰ ⁊ hō: deus ab eterno: homo ex tpe. Refert igit̃ loqui de adoratione humanitatis christi: ⁊ de adoratione hoīs christi. Licꝫ nōnunq̄ scti vno vtant̃ pro alio prout est frequens id apud Aug. Verbū suscepit hoīem. vbi hoīem accipit̃ ꝓ natura humana: qꝛ vbū nō suscepit ꝑsonā sꝫ naturā. Ista nūc supponant̃ ex tertio sniarum. Quibꝰ premissis ponunt̃ quattuor ꝓpōnes. ¶ G Prima. Homo christꝰ vna adoratiōe q̄ est latria ꝓprie accepta est adorandus. Patet/ qꝛ hō christus est ꝑsona verbi ⁊ ita deus: ⁊ ꝑ ꝯñs ea adoratione q̄ solius dei/ est adorandus. hec aūt est latria ꝓprie dicta. Item credendū ⁊ ꝯfitendū est hoīem christū esse summū ⁊ vniuersale oīm principiū: qꝛ deū sm illud symboli. Dñs noster iesus christus dei filius/ deꝰ ⁊ homo est. Ab hac adoratiōe natura humana secludēda nō est: nō ꝙ natura humana sit terminꝰ huiꝰ adorationis: sꝫ qꝛ tota ꝑsona vbi (hoc est ꝑsona vbi in humana ⁊ diuina natura subsistēs) adorat̃. Hec eñ ꝑsona (que vere est hō) est summū ⁊ vniuersale oīm principiū. Et ad hoc seruit silitudo purpure ⁊ diadematis regis. Silr igni ⁊ carbonis. Ideo Dam. postq̄ dixerat. Adoro christi dei mei simul vtrāqꝫ naturā ꝓpter carni vnitā diuinitatē addidit. Nō eñ quartā appono ꝑsonā in trinitate: sꝫ ꝯfiteor ꝑsonā vnā verbi ⁊ carnis eiꝰ. His verbis insinuare videt̃ christi humanitatē cū verbo vna adoratione esse adorandā/ attendēdo vnitatem ꝑsone: qd̄ nihil aliud est dictu: q̄ adoro simul vtrāqꝫ naturā ad hūc sensum. i. adoro christi ꝑsonā in vtraqꝫ natura subsistentē. Hoc idem pretendūt verba bti Aug. s. allegata. ¶ Scđa ꝓpositio: Hūana natura in se ꝯsiderata adorāda est dulia maiore siue summa que hyperdulia est vocata. Probat̃: qꝛ in se cōsiderata est creatura: sꝫ sm gratiā ⁊ gloriā oim creaturarū ꝑfectissima ergo sibi debet̃ summa seruitꝰ creature debita: q̄ hyꝑdulia est dicta. Ipsa deniqꝫ est qua redēpti sumꝰ/ ac patri recōciliati quodāmō instrumētaliter: qꝛ redēptionē ipsam principaliter opata est diuinitas ꝑ humanitatem tanq̄ causam meritoriā. Uerūtamē nō oīs cōsideratio illius nature est eius adoratio. Nā si cōsidero naturā illā generaliter sub rōne entis: hec cōsideratio nō meret̃ dici adoratio: qꝛ non est recognitio eiꝰ tanq̄ nature intellectualis habētis excellentiā aliquā ex dono diuino. Silr cōsideratio qua ꝯsidero eā vt naturā intelllectualē simplr: nō cū excellētissimis suis donis ⁊ gratijs. Hec cōsideratio est quidē actꝰ adorationis: sꝫ dulie minoris: qꝛ illo nō ꝯfiteor eā vt singulariter alias naturas intellectuales excellentē: sꝫ tanq̄ vnā inter illas. Et hoc est qd̄ quidā dicūt: ꝙ humana natura christi/ siue corpus eiꝰ ⁊ aīa pōt cōsiderari quadrupliciter. Uel vt est entitas quedā in se extra nihil. i. q̄ nō est nihil: sed vt est aliqd extra suā causam efficientē. Uel in cōparatione ad suā originē: quātū ad partē materialē: vt scꝫ sm corpꝰ formatū est de virgine speciali ⁊ imediata opatione spūsscti. Uel tertio in ordine ad partē formalem/ q̄ est aīa intellectiua ad dei imaginē creata beatitudinis capax. Uel quarto vt deo vnita: vel vnione gratuita excellētiore: vel vnione hypostatica ⁊ ꝑsonali/ que est singularissima. Primis duobꝰ modis nō est adorabilis: tertio adorat̃ dulia minore: quarto dulia maiore ⁊ summa. ¶ H Tertia ꝓpositio: Natura humana vt diuine in christo hypostatice vnita/ nō est adorāda latria ꝓprie dicta. Patꝫ ex premissis: qꝛ latria ꝓprie dicta solus deꝰ adorat̃. Hūana aūt natura vnita deitati in christo nō est deꝰ: qꝛ ꝑ illā vnionē/ licꝫ excellentissimā/ nō erit terminꝰ creature: nec mutat̃ quātū ad substātialia: ⁊ ita manet creatura. Et patꝫ hec ꝓpositio satis ex supra inductis post recitationē triū opinionū. ¶ Quarta ꝓpositio: Accipiēdo latriā cōiter/ humana natura in christo adorāda est latria. Patꝫ: qꝛ hec adoratio nihil aliud est q̄ recognitio eiꝰ vt summe ⁊ singulariter vnite deo ⁊ eiꝰ vt sic dilectio. Et hic actꝰ intellectꝰ ⁊ volūtatis est actus latrie large accepte. Et ꝑ has ꝓpositiones clare ⁊ resolute intelligit̃ quō adorāda sit humanitas christi. Et qd̄ dictū est de humanitate/ pariformiter intelligēdū est de partibꝰ eius: scꝫ corpore ⁊ aīa: attribuēdo cuilibet qd̄ suū est. Nec aliud puto sensisse sctōs ⁊ doctores: si eorꝫ dicta ⁊ verba bene et resolute intelligant̃. Nā btūs Aug. in supra allegatis: volens ꝙ humana natura vt vnita verbo/ nō debet speciali adoratione adorari: sed eadē qua verbū cui est vnita: vult ꝙ humana natura nō est adorāda tanq̄ ꝑsona distincta a ꝑsona verbi/ cōtra hereticos ponentes duas ꝑsonas sicut duas naturas. vñ dixit Aug. quasi rōnem assignās quare humanitatē adorat deo vnitā. Ut nō aliū ⁊ aliū: sed vnū ⁊ eūdem deū ⁊ hoīem filiū dei esse ꝯfitear. Illa ergo adoratione qua adorat ꝑsonam q̄ latria est: adorat etiā coniunctā humanitatem. i. adorat ꝑsonā in humanitate cōiūcta subsistentē. Unde actus ille quo ꝑsonā illā. i. christi in humanitate simul ⁊ diuinitate subsistentē cōfiteor mēte esse verū deū ⁊ hoīem: ⁊ summū ac vniuersale oim principiū: est actus adoratiōis latrie: qui principaliter terminat̃ ad personā verbi: sed partialiter ad naturā humanā. Est eñ assensus ꝓpositionis cuius extrema totalia supponūt ꝑ ꝑsona verbi: cōnotant tamen etiā naturā humanā ꝑ partem vnius extremi significatā. ¶ Et ꝑ hoc possunt cocor

dari opi. Nõ em̃ dr̃: ꝙ sic vel sic cõsiderata natura humana christi est sic vel sic adoranda: nihil aliud est: nisi ꝙ hec vel illa cõsideratio humane nature est hec vel illa species adorationis. Nã ꝓpter aliã ⁊ aliã cõsideratiõnẽ eiusdẽ nõ mutaꝛ obiectũ adorationis: sed mutaꝛ ipsa cõsideratio siue cõsiderationis actus: qui est realiter ipsa adoratio interior. Horũ ergo actuũ vnus põt dici adoratio latria: aliꝰ dulia maior vel minor: aliq̃s etiã oĩno nec est adoratio vt dictũ est. Et hec videꝛ esse sñia Alexã. q̃ sub epilogo dicta resumens dicit. Respiciẽdo ꝑsonã: vna est adoratio scʒ nature ⁊ ꝑsone. Respiciendo diuersitatẽ naturarũ: differẽs est adoratio. Diuina em̃ natura semper adoraꝛ latria. Humana ꝯsiderata in se semꝑ maiori dulia: q: semꝑ sctõꝝ. Cõsiderata v̾o vt diuinitati vnita adoranda est latria: extenso noie latrie. Hec ille. ℂ I Sed predictis obuiare videꝛ: q: sic latria esset virtꝰ theologica ⁊ nõ moralis: cuiꝰ oppositũ doctores cõiter determinãt. Nã si actus latrie est actus fidei spei ac charitatis ꝑm superius dicta: ⁊ eorũdẽ actuũ eadeʒ est virtus: q: idẽ habitꝰ: sequiꝛ ꝙ latria sit virtꝰ theologica: immo a fide ⁊ spe ⁊ charitate indistincta. Ad huiꝰ solutionẽ supponiꝛ ꝙ virtꝰ moralis ⁊ theologica nõ distinguunꝛ penes fines: eo ꝙ oĩm virtutũ vnꝰ est finis: ipsa scilʒ felicitas ꝑm phm in ethicis. Sed penes obiectũ. Nã virtꝰ theologica deũ habet pro obiecto. Moralis aũt aliq̃d citra deũ. Ut fides est respectu dei: vt habitꝰ inclinãs ad assentiendũ illi: deꝰ est trinꝰ ⁊ vnus. Charitas est habitꝰ inclinans ad diligẽdũ deũ vt summũ bonũ in se. Spes est habitus inclinãs ad diligendũ vt summũ bonũ nostrũ. Prudentia v̾o est circa agibilia tanq̃ obiectũ. Fortitudo circa timores ⁊ audaciã. Temperãtia circa delectationes ⁊ tristicias. Iusticia circa ea quibꝰ homo se bene habet ad alterũ. ℂ Supponiꝛ secundo ex dictis ꝙ latria est cultus deo debitus. Hic aũt est duplex: exterior ⁊ interior. Loquẽdo de exteriore sic manifestũ est ꝙ latria est virtꝰ moralis: q: sic habet pro obiecto nõ deũ: sʒ aliq̃d opus exterius: vt sacrificiũ/genuflexionem: aut aliud opus extrinsecũ: quo te veremur deum vt summũ ⁊ vniuersale oĩm principiũ. Est em̃ latria exterior capiendo pro habitu: habitus inclinãs ad agendũ hmõi opera exteriora. Et ita frequẽter loquũtur doctores. ℂ Un̄ sanctus Bona. dist. ix. q. ix. dicit: ꝙ cultus deo debitus quattuor noibus nominatur: grece/theosebia et latria: latine/pietas ⁊ religio. Quoꝝ duo/scilicet theosebia ⁊ pietas ꝓprie ꝑtinẽt ad actũ interiorem. latria et religio ad exteriorẽ. Nã etsi cultꝰ et seruitus frequẽter ꝓ eodẽ accipiunꝛ: cultus etiã lʒ dicat actũ interiorẽ ⁊ exteriorẽ: tñ cultus magis respicit actũ interiorẽ. Seruitꝰ v̾o exteriorẽ. Latria ꝑm Aug. cũ sit seruitꝰ ꝓprie respicit actũ exteriorẽ. Sicut theosebia: q: est idem qđ cultꝰ diuinꝰ: ideo ꝓprie respicit actũ interiorẽ. Uirtus v̾o q̃ respicit actũ exteriorẽ: est in genere virtutis cardinalis. Hinc est ꝙ latria est in genere virtutis cardinalis. Et q: respicit actum exteriorem sub ratione debiti in cõparatione ad alterũ/⁊ hoc est iusticie: ideo continetur sub virtute cardinali que est iusticia. Et q: species iusticie ꝑm quã ordinaꝛ ad venerandũ naturã superiorẽ: sicut dicit Tullius: est religio. Hinc est ꝙ latria est in genere virtutis/sicut in genere remoto. In genere virtutis cardinalis/quasi in genere subalterno. In genere iusticie/sicut in genere ꝓpinquo. In genere v̾o religionis/sicut in genere ꝓximo. Hec Bonauẽ. Loquendo aũt de actu interiori: qui ⁊ ipse ꝑm cõmunẽ acceptionẽ ad latriã pertinet/ꝑm quã nõ distinguiꝛ latria a theosebia: sic magis videꝛ dubiũ ad quã virtuteʒ pertinet. ℂ L Pro quo aduertendũ ꝙ circa cultum dei possumus habere triplices actus/ad totidem virtutes ꝑtinẽtes. Põt em̃ ratio recta dictare nutio deum esse colendum. Potest volũtas se cõformare huic dictamini: ⁊ velle colere deũ: quo velle imperat elici actuʒ diuini cultus. Potest etiã potentia elicitiua cultꝰ talem actũ elicere. Sicut in simili/ratio potest dictare nunc esse speculandũ de trinitate ꝑsonarũ ⁊ vnitate essentie. Uolũtas potest se cõformare ⁊ velle speculari; quo velle imperat intellectui vt speculetur. Intellectꝰ potest/imperio volũtatis se cõformare ⁊ speculari. Quilibet horũ actuũ generatiuꝰ est habitꝰ: quorum primus ꝑtinet ad prudentiã/que dictat de agendis. Secũdus ad virtutẽ moralem appetitiuã. Tertius ad theologicã. Primi duo sunt practici: tertius est speculatiuꝰ. ℂ Sic in ꝓposito: q: actus interior quo deꝰ colitur: est actus fidei spei vel charitatis: potest recta ratio dictare iam esse actualiter credendum: sperandũ in deũ: vel diligendũ eum. Potest voluntas se cõformare: ⁊ volẽdo hmõi actus elicere/intellectui ⁊ sibiipsi imperare vt eliciant. Põt intellectus iuxta volũtatis imperiũ actu credere: ⁊ voluntas diligere ⁊ sperare. Primus actus dictatiuꝰ est actus itellectꝰ: q: rõnis recte: ⁊ ꝑtinet ad prudentiã. Secũdus est actus volũtatis: ⁊ ꝑtinet ad virtutem moralem: q: obiectũ eiꝰ ꝓpriũ sicut actus primus/cui se cõformat: est actus colendi deũ: nõ ipe deꝰ. Tertius est actus vel intellectus vel volũtatis/ꝑtinens ad virtutem theologicã: q: actus fidei/spei vel charitatis. Suo mõ de habitibꝰ derelictis. ℂ Latria ergo interior dicit aliquẽ triũ actuũ/aut eoꝝ habitus: ⁊ quidem primũ nõ dicit. Nõ em̃ est latria actus vel habitꝰ dictatiuꝰ: sʒ inclinatiuus ad colendũ vel ad velle colere scđo mõ: vel ad ipm colere tertio mõ. Et sic latria interior vel est velle elicere actũ diuini cultus: aut habitꝰ ad hoc inclinãs: ⁊ ita ꝑtinet ad virtutẽ moralem: ⁊ reduciꝛ ad iusticiã. Uel est ipse actꝰ elicitus quo coliꝛ deus: vel habitꝰ ad hũc inclinãs: ⁊ sic capiendo pro habitu est virtꝰ theologica/fides vel spes vel charitas. Hoꝝ em̃ actibꝰ coliꝛ deus. Et hoc videꝛ velle sanctus Bonauẽ. cũ prioribꝰ addit. Theosebia dicit cultũ interiorem: qui ꝓprie spectat ad virtutes theologicas/sicut est dilectio/fides ⁊ fiducia. Et ꝑm hoc possunt cõcordari doctores. Nã dicentes latriã esse virtutẽ moralem: loquunꝛ vel de exteriori: vel interiori: vt nõ dicit actũ colendi deũ: sed actũ qui est velle colere deũ: aut habitũ ex hmõi actu derelictũ. Sed illa latria nõ adoraꝛ deꝰ: q: actus quo adoraꝛ deus: terminaꝛ ad deũ tanq̃ ad obiectũ. Latria auteʒ illa terminaꝛ ad actũ volũtatis vel intellectꝰ quo adoraꝛ deus. Sicut velle videre seu amare deũ: non terminaꝛ ad deũ tanq̃ ad obiectũ: sed ad actũ videndi vel amãdi deũ. Capiendo aũt latriã pro actu vel habitu quo adoraꝛ deꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs qui terminaꝛ ad deũ tanq̃ ad obiectũ: sic est virtꝰ theologica: vt dictũ est statim. ℂ L His de adoratione in genere declaratis: redeundũ est ad adorationeʒ eucharistie. Et q: in eucharistia multa sunt. Sunt em̃ ibi species sacramẽtales. accidentia scʒ que cõtinẽt christũ. Est ibi totus christus: diuinitas verbi ⁊ humanitas: ⁊ humanitatis partes: aia scʒ ⁊ corpꝰ: ⁊ vtriusq; accidẽtia: vt. s. lec. xlij. prope finem. Que singula quõ differẽter adorãda sunt: satis patʒ ex quattuor ꝓpositionibꝰ supra positis. Nam partes ⁊ totũ: q: simili adoratiõe adoranꝛ: ea adoratiõe qua adoratur humanitas christi: adoraꝛ etiã eiꝰ aia bñdicta: corpus gloriosum/⁊ membra eius. ℂ De accidentibꝰ v̾o dicendũ sicut de pertinentibꝰ ad humanitatem christi: vt. s. dictum est in principio huiꝰ lectionis. Debet igitur in sacramento totus christus adorari latria ꝓprie dicta. ℂ Unde dũ sacerdos in misse officio sacramentũ leuãs in altũ/populo ostendit: adorãdus est christus latria actu interiore ⁊ exteriore. ℂ Interiore: magna mentis deuotiõe: quieto corde/exclusis tumultuantibꝰ temporaliũ rerũ cogitationibus se recolligat quiuis circũstans ad deũ creatorem suũ redemptorem ⁊ saluatorem: qui veraciter ꝑm vtranq; naturam sub sacramentalibꝰ speciebus: quas corporalibꝰ videt oculis: inuisibiliter cõtinetur: adorandũ. Dicens verbo mentali ꝑm Alexã. de ales. Adoro te iesu christe saluator qui per mortem tuã redemisti mũdũ: quem credo sub hac specie quã video cõtineri. Adoro per fidem te christũ in hoc sacramento contentũ: profitendo verũ deũ/verum hoiem/eterni patris cõsubstantialẽ filiũ pro nobis hoiem factũ: qui quos creasti sanguinis ꝓpriĳ effusione amarissima morte; a morte perpetua redemisti: in cuius salutarem

Diffinit virtutes

De eucharistie adoratione.

memoriá presentem te exhibere dignatus es his specieb⁹
vt iterũ sis hostia ⁊ sacrificiũ pro nostris reatib⁹ quotidia-
nis: quẽadmodũ ꝑ vniuerso mũdo in cruce factus es hos-
stia generalis. ¶ Adoro te ꝑ charitatẽ diligens corde to-
to te summũ ⁊ incõprehensibile bonũ: qui dilexisti nos dũ
inimici essem⁹: teipm in mortẽ tradens: vt nos patri recõ-
ciliando amicos faceres. ¶ Adoro te sola spes oim vera
bona diligentiũ: summa ⁊ finalis beatitudo in te cõfiden-
tiũ: viaticũ militantiũ: cibus iusticiá esurientiũ mediator
dei ⁊ hoim: tuá plenissimá satisfactionez (in cui⁹ memoriá
patri libaris acceptabile sacrificiũ) pro me extẽde: ⁊ ꝑ hoc
presens holocaustũ oia mea peccá expiãdo misericorditer
dele. ¶ M Põt ⁊ quilibet fidelis in eleuatione ⁊ ostẽ-
sione hui⁹ viuifici sacramẽti rememorãdo meditari oppro-
briosam christi ostẽsionẽ: dum post flagellationẽ ⁊ corpo-
ris sui liuores: post ꝑditá forme speciem pulchritudinẽ ac
decorẽ pilatus eũ tanꝗ̃ despectũ ⁊ viroꝝ nouissimũ: scele-
ratissimoꝝ iudeoꝝ aspectib⁹ presentauit: ac voce cõtempti-
bili demõstrauit dicens: Ecce homo. Et iterũ: Ecce rex ve-
ster. ¶ Mediteť insup in sacramenti eleuatiõe christi in
crucis patibulo ignominiosam eleuationez: qua inter ini-
quos ⁊ latrones suspẽsus: ab intuentib⁹ impijs cõtemptis-
biliter irrisiões ⁊ cõtumelias sustinuit multimodas. Sicq̃
pro cõtumelijs opprobrijs ⁊ blasphemijs adorãdo latrie
reuerẽtiá impẽdat: Pensando quãtus pro qualib⁹ tanta
sustinuit: ⁊ ad gratias agendas se totũ incliner. ¶ Simi-
liter adoret latria exteriori decẽti corporis gestu in sacra-
mẽti eleuatione: ad significandũ internã fidẽ ⁊ reuerẽtiá:
qua ipm actu interiori vt oim creatorẽ deũ ⁊ dñm venera-
tur. Atq̃ vt sicut in sua crucifixione ab incredulis turpiter
cõfusus blasphematus irrisus fuit verbis ⁊ exteriorib⁹
inordinatis capitis et mẽbrorũ motibus: Ita viceuersa a
fidelib⁹ in sacrosancto misse officio (quo illius passionis
memoria agiť.) exteriori corporis gestu honoreť. ¶ De-
bent igiť humiliter nudata fideles capita christo in sacra-
mẽto qđ ostẽdiť inclinare: cuius caput spinarũ aculeis ꝑ
delictorũ nostrorũ expiatione mille vulnerib⁹ cruẽtatũ: in
mortis hora ad nos (quorũ salutis cã agebať) dolorosissi-
me: sed benignissime est inclinatũ. Nã inclinato capite tra-
didit spiritũ. ¶ Debẽt genua in terrã flectere se humiliã-
tes ei: qui seipm exinaniuit formã serui accipiẽs: fact⁹ obe-
diẽs patri vsq̃ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. ¶ Et sicut in-
verecũdissimi canes derisorie genu flectẽtes eternam dei
patris sapiẽtiá blasphemauerũt: dicentes: Aue rex iudeo-
rũ. Et iterũ: Si rex israel est: descendat de cruce: ⁊ cetera
hmõi: Ita ecõtrario genua curuãtes: int⁹ corda humiliťr:
adorantes ⁊ dicẽtes illud beati Anß. Adoro te christe rex
israel: lux gẽtiũ: princeps regũ terre: dñe sabaoth: virtus
oipotẽtis dei fortissima. ¶ Debent et manus deuote com-
ponere cõtra crudelissimorũ iudeorũ ⁊ gẽtiliũ furorẽ ma-
nus suas impie alapizando colaphizando crucifigen-
do extendẽtium. Rursus debent manus suas in celũ ten-
dere cũ mẽtis affectu: sicut christus suas misericorditer in
cruce extẽdit: vt sic exaltat⁹ oia traheret ad seipm: ⁊ tendẽ-
do manus: summo patri gratias agere dicẽtes: Gratias
tibi dñe pater referat ois lingua: sup abũdãtia bonitatis
tue qui vnico filio cordis tui nõ pepcisti: sed pro nobis illũ
tradidisti in mortẽ: vt tantũ tãq̃ fidelem aduocatum ha-
beremus in celis corã te. ¶ Debent ⁊ pectora tundere: in
memoriá diri vulneris dominici pectoris aperti Lancea mi-
litis vnde sanguis ꝑfluxit ⁊ aqua: in lauacrũ simul ⁊ re-
dẽptionẽ pctõrum. ¶ Debent etiá tũdere in cõfessiõe lau-
dis dei ⁊ fraudis ꝓprie dicẽtes illud Ansel. Tuas christe
miserationes predicam⁹: tue suauitatis memoriá cũ abũ-
dantia eructam⁹: tibi christe sacrificiũ laudis immolam⁹
pro multitudine bonitatis tue quá ostẽdisti nobis semini
nequá: filijs sceleratis ⁊ perditis. Sic deuote se gerentes
in adoratione christi in sacramẽto: gratiá multiplicẽ ⁊ fru-
ctum plurimũ reportabũt. ¶ N Sed proch pudor est cer-
nere plurimos in ecclesia: qui tanꝗ̃ de bñficijs dei ingrati

paruam vel nũllá huic diuinissimo sacramẽto exhibẽt re-
uerentiá. Stant erecti non attẽdentes illud apli Phil. ij.
vbi post cõmemorată christi humiliationem vsq̃ ad mor-
tem crucis: subdit: Propter qđ ⁊ deus exaltauit illũ: ⁊ do-
nauit illi nomen qđ est super omne nomẽ: vt in noie eius
omẽ genu flectatur celestiũ terrestriũ ⁊ infernoꝝ. Et ois
lingua cõfiteať: q: dñs iesus christus in gloria est dei pa-
tris. Quibus rogo cõparandi sunt qui hunc honorẽ chri-
sto exhibere cõtemnũt: quẽ demones omittere nõ audẽt?
Sed ꝗ̃ detestãdi sunt: qui etiá in summi sacrificij ostensio-
ne capita sua nudare negligũt? Et cũ apls virũ velato ca-
pite orare nõ ꝑmittit. Ois em̃ vir inquit orans vel ꝓphe-
tans velato capite: deturpat caput suum. j. Coꝝ. xj. Caput
aũt viri christus: quãti cõtemptus arguiť: qui etiá christũ
in sacramẽto sub oculis presentem velato capite adorare
presumit? Contra tales ꝓcedit verbũ dei ꝑ Esa. c. j. Filios
enutriui ⁊ exaltaui: ipsi aũt spreuerũt me. Exaltauit dum
nostrá naturá assumpsit. Enutriuit: dũ se nobis in hoc sa-
cramento cibũ vite tradidit. Et sequiť: Cognouit bos pos-
sessorem suũ: ⁊ asin⁹ presepe dñi sui: israel aũt. i. vidẽs deũ
ꝑ fidem me nõ cognouit: ⁊ ppls meus nõ intellexit. Quõ
em̃ cognoscũt in sacramento cõtineri redemptorem suũ?
Quõ suũ iudicem intelligũt: qui debitá subtrahendo re-
uerentiá viso sacramẽto: nec amore liquescũt in gratiarũ
actiones? Nec timore humiliant in iudicis sui recognitio-
ne? Hec de pplo circũstante. ¶ Sacerdos ṽo celebrans
ꝓlatis ṽbis ꝯsecrationis humiliter se incliner: ac prius chri-
stũ in sacro deuotissime adoret: nõ vocali sono: sꝫ corde at-
tento: hec vel silia ruminãs. Adoro te ꝓciosum preciũ redẽ-
ptionis nr̃e hostia pacifica: q̃ sola odoris tui suauitate in-
estimabili patrem qui in altis habitat: ad respiciendũ hu-
milia inclinasti: ⁊ filijs ire placabilẽ reddidisti. ¶ Eleuan-
do ṽo hec cogitare poterit. Respice dñe scẽ pater de san-
ctuario tuo: ⁊ de excelso celoꝝ habitaculo: ⁊ intuere hanc
sacrosanctá hostiá quá tibi offert magnus pontifex noster
scũs puer tuus dñs iesus pro peccatis fratrũ suoꝝ: ⁊ esto
placabilis sup multitudine malicie nostre. Et ita deuote
⁊ humiliter deponat oblatá: ponens in loco suo in palla
mũdissima corporalis. ¶ O Sed occurrũt hic duo du-
bia. Primũ vtrũ peccator videns sacm̃ videndo peccet:
sicut peccat tangendo ⁊ sumendo ꝓpter eius indignitatẽ?
Secundũ: q: põt error cõtingere in consecratione: ꝓpter
quem effectus cõsecrationis impediť: ita vt nõ fiat cõuer-
sio panis in corpus christi: vt si cõsecrans nõ sit sacerdos
aut q: errat in forma: aut q: deficit cõficiendi intentio ⁊c.
Nec põt circũstans esse certus de transsubstantiatione fa-
cta: immo nec ipse sacerdos celebrans: q: euidenter scire
nõ potest se esse sacerdotem: q: incerta est sibi intentio sui
ordinatoris. Quõ adorans sacramentũ euadere põt pe-
riculũ idolatrie? Si em̃ adorat hostiá nõ cõsecratá quá pu-
tat consecratam: idolatriá cõmittit. ¶ Ad primũ diciť ꝰm
Alex. par. iiij. q. lij. mẽ. vj. ⁊ alios doc. ꝙ q: ordinatũ est ab
ecclesia vt sacramentũ eucharistie imediate in altum ele-
uetur vt videať: ⁊ saluator christus adoreť: nõ tantũ a iu-
stis sed ab oibus: inspicere ergo corpus sub sacramẽto in-
tentione adorãdi: nulli est illicitũ. ¶ Rationabiliter aũt
hoc instituit ecclesia: q: ex illa inspectione accedit spũale
cõmodũ inspicienti: non tantũ iusto: sed etiam peccatori.
Tum ex põderatione charitatis saluatoris: tum ex subuẽ-
tione beneficij reparatoris: tum ex recordatiõe passionis
redemptoris. Hec em̃ debent ⁊ iustus ⁊ peccator in corpo-
ris christi intuitiõe recordari: quantũ fuit beneficiũ repa-
rationis: quanta passio redemptoris: quanta charitas sal-
uatoris. Ex qua recordatione cordis cõpunctio oritur: ac
mentis deuotio accendiť. Unde nõnunꝗ̃ peccator ad cõ-
tritionem mouetur: ⁊ gratiá cõsequitur. Nec est simile de
sumente in peccato ⁊ inspiciente. Tum q: nõ est tanta irre-
uerentia in videndo sicut in sumendo: q: videns nõ ptin-
git videndo ad substantiá corporis christi: sed tantũ ad
sacramentales species. sed qui manducat nõ solũ sumit

species:sed chꝛistũ sub speciebus vere contentũ. Tum q:
sumens in pctõ abutitur sacramento:nõ sic videns. Abuti
tur quidem in peccato sumens:q: impedimentũ ponit spi
rituali cibationi:ad quã ordinata est coꝛpoꝛalis mãduca
tio tanq̃ ad effectũ pꝛopꝛiũ. Uidens aũt in pctõ nõ abuti
tur:q: adoꝛare põt visum ꝛ colere ꝑ fidẽ:ꝛ q̃ dicta sunt in
memoꝛia reuoluere:ad que ipsa sacramenti ostensio est oꝛ
dinata. Tum tertio q: manducans in peccato transgredit̃
pꝛeceptũ apostoli:immo chꝛisti ꝑ apl̃m pꝛecipientis. Pꝛo
bet aũt seipm̃ homo: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bi
bat.j.Coꝛ.xj. Hoc aũt negligendo peccatoꝛ trãsgredit̃:nõ
sic peccatoꝛ inspiciens sacramentũ intentione adoꝛandi
cõtrauenit:sed magis cõcoꝛdat institutioni ecclesie. Neq̃
eñ adoꝛando irreuerentiã facit: nec se nõ pꝛeparando ad
gratiã negligentiã cõmittit:eo φ nõ tenet̃ se ad gratiã pꝛe
parare ꝑpter visionem sacramenti.q: ostensio nõ oꝛdinat̃
per se ad gratiã videnti cõferendã:vt vult sctũs Bonauẽ.
in.iiij.dist.ix.q.vj. ¶ P Sic etiã nõ est par ratio in tangẽ
te:q: visio sacramenti fit in distantia: tactus ꝟo in cõiun
ctione. Nam etsi tangens nõ attingit subam coꝛpoꝛis chꝛi
sti: attingit tamen ipas species imediate coꝛpus chꝛisti cõ
tinentes. Tum etiã q: tangens in peccato abutit̃ sacramẽ
to:q: tangendũ nõ est nisi ꝑpter dispensationem sumẽtis.
Hoc aũt est actus oꝛdinis quem laicus facere pꝛesumens
grauiter peccat:officiũ sibi indebitũ vsurpando. Sicut le
gitur de saule/qui offerens holocaustũ dño qđ sacerdotũ
erat:regnũ ꝑdidit:vt habet̃.j.Reg.xiij. Et ozias lepꝛa per
cussus est:eo φ incensum adolere pꝛesumpsit in altari thy
miamatis: vt habet̃.ij. Paral.xxvj. Similiter ꝛ sacerdos
tangens in peccato grauiter peccat: sicut ſm beatũ Tho.
oĩs exercẽs actũ oꝛdinis sui in moꝛtali/peccat moꝛtaliter.
Esa.lij. Agit etiã cõtra pꝛeceptũ quo dicit̃: Mũdamini vos qui
fertis vasa dñi. Si itaq̃ ferens vasa dñi sanctificata mun
dus esse pꝛecipit̃:quãtomagis qui fert seu tangit in sacra
mento sanctũsanctoꝝ dñm ipsum: In casu tamen licet lai
co/vel sacerdoti peccatoꝛi tangere:vt si iaceret in luto vili
aut vbi expositũ esset imminenti periculo comestionis a
poꝛco vel cane. In illo casu si peccatoꝛ sacerdos vel laicus
motus fide ꝛ reuerẽtia/ipm̃ tolleret:ꝛ poneret in loco cõ
gruenti:nõ peccaret. In tali eñ casu tangere ꝓhibitũ nõ
est:sed multomagis pꝛeceptũ:q: tenetur irreuerentiam ꝛ
inhonestã eius collocationẽ impedire. ¶ Ozaꝺo tangẽs
arcã dei declinantem:bobus calcitrantibꝰ:ꝛ ideo ꝑcussus
contra pꝛeceptum fecit:q: temere cognita vxoꝛe illa nocte
tetigit/vt quidã dicunt:qđ non licebat. Uel vt lyra dicit in
ij Reg. vi. postilla.ij.Reg.vj.q: sua oꝛdinatione vehebatur in plau
stro:que leuitarum humeris poꝛtari pꝛecepta erat. Ideo
dum calcitrabant boues/ꝑcussus est: ideo nõ pꝛopter ta
ctum pꝛecise:sed ex causis dictis ꝑcussus est. Ubi nihilomi
nus ſm glo. notandũ est quantũ delinquat qui ad coꝛpꝰ
dñi reus accedit:si ille moꝛte mulctatur qui arcã dominici
coꝛpoꝛis figuram minoꝛi φ debuit veneratione corripuit.
¶ Q Si replicatur de bethsamitis qui ꝑcussi sunt pla
ga magna: pꝛo eo φ viderunt arcam dei reductam a phi
listhĩn. vt habet̃.j.Regũ.vj. Sed longe dignius est sacra
mentum eucharistie arca federis in lege. Rñdetur φ q:
pꝛeceptũ fuit/ne arca nuda videret̃. vnde Nume.iiij. legi
tur φ aaron ꝛ filijs eius mandatũ est vt intrarẽt sanctua
rium ꝛ inuoluerent arcam: ipsamq̃ sic inuolutam trade
rent leuitis poꝛtandã. Et dicit̃ ibidẽ. Alij nulla curiosita
te videant que sunt in sanctuario pꝛiusq̃ inuoluant̃: alio
quin moꝛientur. Ideo bethsamite:q: curiositate ducti ar
cam nudã cõtra ꝑceptũ viderũt:a dño sunt ꝑcussi. Quod
nihilominus etiã in figura illis contigit nostri: significãs
φ simplicioꝛibus non licet arcana dei ꝑscrutari: que in sa
cra latent scriptura per arcã significata. ſm illud Pꝛouer.
xxv. Qui scrutatoꝛ est maiestatꝭ oppꝛimet̃ a gloꝛia. ¶ Du
pliciter aũt est videre maiestatẽ dei:scꝫ ꝑ fidem: ꝛ sic vide
re licet omnibꝰ. Alio mõ per scrutinium: ꝛ sic non licet nisi
pꝛouectis ꝛ instructis in diuinis [illegible]tis. De non videndo

autem sacramentũ/nõ est pꝛeceptũ nisi his qui nondũ ba
ptismatis sacramento sunt iniciati.illi eñ admittendi nõ
sunt:sed finita missa cathecuminoꝛum expellendi. de quo
s̃.lec.xv. Unde ad videndũ admittunt̃ oẽs qui fide ꝛ sa
cramentis chꝛisto iuncti sunt:ad manducandũ solũ q̃ cha
ritate dño sunt vniti. Uerũtamẽ si quis ex humilitate nõ
figeret visum ad sacramẽtum:sed in terrã oculos deflecte
ret se indignũ reputans tanti sacramẽti visione/nõ repꝛo
batur:similis in hoc publicano:qui oculos ad celũ leuare
non audens:pectoꝛis ꝑcussione/ꝛ humili oꝛatione veniã
impetrabat:vt refert Lucas.c.xviij. Potest eñ q̃nq̃ opꝰ
bonum superogationis ex humilitate omitti: qua tamen
omissiõe aliter nõ tenet̃ abstinere.vt vult bea. Tho.in.iiij.
scripto.dist.ix.q.iij. ¶ R Ad secundũ dubiũ: Responde
tur ſm Alex.par.iiij.q.xxx.men.iij.arti.j.§.iij.ꝛ post eũ bea.
Tho.ꝛ sanctꝰ Bonauẽ.in.iiij.dist.ix.φ hostia siue euchari
stia in altari adoꝛari debet sub cõditiõe:si seruata sunt ser
uanda:hoc est oĩa requisita ad consecrationẽ. Et hoc ha
bituali:hoc est tacita vel expꝛessa. Nõ eñ opoꝛtet φ ado
rans hostiã in missa actualiter seu expꝛesse ꝯditione appo
nat. Nec foꝛte expedit maxime simplicibus:ne dubitatio
ni circa fidem sacramenti locum dare assuescant. Sed suf
ficit φ habeat cõditionẽ illã habitualiter siue tacite. Ita
φ intentio sua taliter sit instituta: φ si sciret defectũ circa
necessaria ad cõsecrationẽ requisita fuisse cõmissum/non
adoꝛaret. Uel si cõditio pꝛedicta tp̃e adoꝛatiõis in cogita
tiõe occurreret:ipsam apponeret. Hac itaq̃ habituali ac
tacita cõditione existẽte:adoꝛãs sine actuali cõditiõe:vt
puta de ea non cogitãs adoꝛando nõ peccat:etiã si hostia
non fuerit cõsecrata:q: nõ adoꝛat purã creaturã: sed chꝛi
stũ ſm intentionẽ suã: φuia sacerdos non cõsecrans/aut
voluntarie aliquid ad cõsecrationem requisitũ omittens
quantũ in se est facit populũ idolatrare : q: offert puram
creaturã ad adoꝛandũ:vt dicit Tho. ¶ Hec aũt habitua
lis intentio nõ sufficeret:si quis adoꝛaret angelũ sathane
transfigurantem se in chꝛistũ. Nam si ille adoꝛet̃ sub cõdi
tione/si tu es chꝛistus:nõ peccat sic adoꝛans: q: tunc non
adoꝛat sathanã:sed chꝛistũ:q: nõ stat oꝛatio nisi stet condi
tio. Nec ad aliũ refert̃ oꝛatio:nisi etiã ad quẽ refert̃ oꝛatio
nis intentio. Si aũt habitu tantũ habeat̃ cõditio:nõ actu
nõ vitatur idolatrie peccatũ:nec excusat̃ homo rõne igno
rantie facti. ¶ Habet eñ triplex adiutoꝛiũ talẽ vitãdi er
roꝛẽ.s.sacre scripture monitionẽ: q̃ nobis significat φ an
gelus tenebꝛarũ se trãsfert in angelũ lucis.ij.Coꝛ.xj. Itẽ
φ multi venient in noĩe meo dixit dñs/dicẽtes: Ego sum
chꝛistꝰ ꝛ seducẽt multos ꝛc. Math.xxiiij. ¶ Secũdũ ad
iutoꝛiũ est oꝛationis remediũ. Nã si oꝛaret deũ toto coꝛde
vt reuelaret̃ ei ꝟitas:nõ ꝑmitteret deus eũ decipi. In hoc
eñ casu intelligit̃ illud Ioh.xvj. Si q̃d petieritis patrem
in noĩe meo dabit vobis. In noĩe meo qđ est iesus: qđ in
terpꝛetat̃ salus. Hoc est: Si q̃d petieritis ꝑtinẽs ad salutẽ
vt expõit bea. Aug. Unde qui in casu nõ oꝛat:nõ adhibet
oẽm diligẽtiã quã debet. ¶ Tertiũ est suspẽsio actꝰ adoꝛã
di ſm Bonauẽ. Sic legit̃ de sctõ luciano pꝛesbytero: q̃ re
uelationẽ sibi verã factã ꝑ gamalielẽ beati pauli didasca
lũ nõ statim acceptauit nec credidit:sed se suspẽdit donec
pꝛemissa oꝛatiõe visio ipa tertio sibi manifestaret̃. Uel ter
tiũ adiutoꝛiũ ſm Alex.est appositio actualis cõditionis:
cuius appositione põt vitare ꝑiculũ. Ut si tu es chꝛistus
adoꝛo te. ¶ S Si ergo talis apparitio ostẽdit̃ alicui: q:
res insolita est et noua:ideo nõ debet pꝛecipitare sententiã
sed diligẽter considerare pꝛiusq̃ adoꝛet:ſm illud.j.Iobis
iiij. Pꝛobate spiritꝰ si ex deo sunt.pꝛemisit aũt. Nolite oĩ
spiritui credere.rationem subiũgens: quia multi pseudo
pꝛophete exierunt in mundum. Sic virgo pꝛudentissima
audita salutatione angelica/non statim assensit: sed tur
bata in sermone angeli cogitabat qualis esset illa saluta
tio. Pꝛopter quod etiam legitur de quodam sancto pa
tre:cum apparuit ei diabolus in specie chꝛisti clausit ocu
los/dicens se nolle chꝛistũ videre in hac vita;cuius humi

litate diabolus confusus abscessit. Quo contra narrat de
mulris qui leues corde/ad tales reuelationes se reputan
tes idoneos desiderauerũt eas: ꝛ sunt in insanias ꝛ stul-
ticias ꝛ pericula precipitati. Quomõ aũt discerni debeant
visiones vere a falsis: multa scripserunt patres opuscula:
inter q̃ singulari preconio dignũ est op⁹ qd cancellari⁹ pa
risiensis Gerson de ꝓbatione spirituũ cõpilauit. Ubi pluri
mũ valere docet humilitatẽ: qua hõ visionib⁹ hmõi iudi-
cat se indignũ. Quia ergo visiones hmõi ꝛ apparitiones
insolite sunt: non excusat errantẽ in earũ adoratione inten
tio habitualis. Sed sese suspendat cui talia cõtingunt: do
nec certificetur: vel ad min⁹ sub cõditione actualiter appo
sita adoret. Cõsecratio vo hostie solita est ꝛ cõsueta: ideo
sufficit ibi habitualis cõditio: si consecratio debito mõ fa-
cta est. Uñ nulli vel pauci in hac adoratione peccant. Oẽs
eñ hanc cõditionẽ tacite aut habitualiter habent. Qd ex
hoc manifestũ est/si adorãs requireret: quid faceres si cõ-
secratio debito modo facta nõ esset. Haud dubiũ quin fi-
delis quisq̃ requisitus responderet: nequaq̃ adorarem.

℄ Lectio .lj. A



Restat circa hanc ma
teriã adhuc dubiũ: quid agẽdũ si in loco ho-
stie appareret alia spẽs: puta carnis vel pue-
ri: cruoris vel agni aut similis. Utrũ sub his
speciebus debeat christus adorari: ꝛ an ibi christus conti-
neatur ꝛ quomõ. ℄ Pro primi solutione notandũ ꝙ hu-
iusmodi apparitio ex duplici causa fieri solet: Uñq̃ ꝓpter
ardẽter amãtes: q̃ magno ꝛ estuanti desiderio christũ sub
sacramẽto sibi ostẽdi humiliter ꝛ deuote deprecant: quoꝝ
p̃cib⁹ diuina pietas q̃nq̃ ꝯdescẽdit: vt sic eoꝝ deuotio am
plius accendat. Uel ꝓpter hesitãtes in fide sacramẽti: vt
ad veritatẽ fidei miraculo inuitent ꝛ solident. Põt ꝛ fieri
diuina ꝑmissione illusione demonis ad decipiendũ ꝛ fallẽ
dũ incautos. Quẽadmodũ in cõuẽtu quodã fratrũ mino
rũ obseruãtiũ oppidi ysennac partiũ thuringie nostris tẽ
poribus cõtigisse relatione accepi. Fratricellũ vnũ laicum
celebranti astitisse: ꝛ dũ tẽpus coionis quo sacerdos sume
re sacramẽtũ solitus est aduenerat: ꝙ frater ille laicus ex
quadã indiscreta deuotione cõmunionem sacre euchari-
stie desiderabat: apud se putãs se bene dispositũ ad tanti
sacramẽti ꝑceptionẽ. Et sic minus caute in seipso cõplacẽs
te: apparuit q̃dã in specie angeli particulã apparẽter por-
rigens. Aperuit stulti⁹ ora: sumẽs de manu porrigẽtis ap-
parentẽ hostie particulã: ꝛ cõtinuo a diabolo obsessus est
ꝛ grauiter vexat⁹. Postea tñ elapsis aliquot diebus: fra-
trũ orationibus liberatus est. ℄ B Sed de primo ꝓse-
quamur: qui adhuc dupliciter põt cõtingere: Aut cũ diui-
na reuelatione: ꝙ sub specie tali christus veraciter cõtinet
Aut ꝙ fiat apparitio sine tali reuelatiõe. Si primo modo
cũ tali reuelationi falsum subesse nõ possit: sicut nec fidei
nostre: quã ꝑ reuelationẽ accepimus: dubitandũ nõ est ei
cui facta est reuelatio: christũ sub tali specie veraciter cõti
neri. Quapropter potest ꝛ debet a tali catholice ꝛ lauda-
biliter adorari. de quo pasca. de quodã presbytero narrat:
q̃ cũ digno moderamine sanctã christo ꝓpitio duceret vi-
tam: cepit oĩpotentẽ deũ precib⁹ pulsare: vt sibi monstra-
ret corporis christi naturam: nõ ista inquit ex infidelitate:
sed ex mẽtis pietate petiuit. Fuit eñ a puericia diuinis le-
gibus imbutus: ꝛ ꝓpter amorem superni regis olim patri
os fines dereliquit: ꝛ dulcia liquerat arua: vt exul sedulo
christi disceret mysteria. Idcirco ei⁹ amore succensus: ma-
gis quotidie p̃ciosa munera offerens/poscebat sibi p̃mon
strari: que foret species latitãs sub forma panis ꝛ vini. Ue
nerat ergo dies vt idẽ celebrans pie solẽnia missarũ: more
solito ꝓcubuit genib⁹. Te precor oĩpotens inquit: pande
mihi exiguo in hoc mysterio naturã corporis christi: vt mi-
hi liceat eũ cõspicere presentẽ corporeo visu: ꝛ formã pue-
ri quẽ olim sin⁹ matris tulit vagiẽtẽ: nũc manib⁹ cõtrecta-
re. Qui dũ talia p̃caret: angelus de celo veniẽs affat sacer
dotẽ. Surge inq̃t ꝓpere: si christũ videre placet: adest pre
sens corporeo vestitus amictu: quẽ sacra puerpera gessit.
Tũc venerabilis p̃sbyter pauidus vultu se erigẽs: vidit su
per arã p̃ris filiũ puerũ quẽ symeon infantẽ portare suis
vlnis meruerat. Cui angelus inquit: Si christũ videre pla
cuit: quẽ prius sub specie panis verbis mysticis consecrare
solebas: nũc oculis inspice: manib⁹ attrecta. Tũc sacerdos
celesti munere fretus: qd dictu mirũ est: vlnis tremẽtibus
accepit puerũ: ꝛ pect⁹ ꝓpriũ pectori christi cõiunxit. Dein-
de ꝑfusus in amplexũ dat oscula deo: atq̃ suis labijs pres-
sit pia labia christi. Quib⁹ sic actis p̃data mẽbra filij dei re
stituit i verticẽ altaris: ꝛ repleuit celesti pabulo christi mẽ-
sam. Tũc rursus hõ prostrat⁹ deprecat⁹ est dñm vt digna-
retur ipse iterũ verti in pristinã speciẽ. Qua expleta orone
surgẽs e terra inuenit corp⁹ christi in formã remeasse prio
rem. Et cõcludẽdo dicit: Mira o ipotẽtis dispẽsatio: q̃ ob
vnius desideriũ/ita se prebere dignat⁹ est visibilẽ: ꝛ nõ in-
formẽ sicut alijs q̃busdam: sed in forma pueri: quatenus ꝛ
veritas patesceret in ostẽso: ꝛ sacerdotis desideriũ imple-
retur ex miraculo: nostraq̃ fides firmaretur ex relatu. Hec
ille. ℄ C Utrũ aũt talis effigies pueri apparẽtis sit pro
pria species ꝛ figura christi: aut sit aliqua forma miraculo-
se aliũde creata sub q̃ christ⁹ latet: dubitari põt. Silr vtrũ
sub tali specie apparẽte sit christ⁹: eo mõ quo in hostia sub
specie panis: tot⁹ scꝫ sub toto: ꝛ totus sub qualibet parte.
Aut sit sub illis dimẽsionib⁹ circũscriptiue: caput videlicet
sub capitis figura: ꝛ pes sub figura pedis: ꝛ ita de alijs ꝑ-
tibus. ℄ Beat⁹ Tho. aliã distinctionẽ ꝑ respõsiõe ad p̃n-
cipale dubiũ motũ: scꝫ an ibi christ⁹ vere cõtineat: in ꝑte.
iij. q. lxxvj. ar. vj. ponit/dicẽs: ꝙ dupliciter cõtingit talis ap
paritio qua quãdoq̃ miraculose videt caro: aut sanguis:
aut puer in hoc sacramento. Quandoq̃ contingit hoc ex
parte videntiũ. quoꝝ oculi immutant tali imutatione: ac si
viderent expresse exterius carnẽ vel sanguinẽ aut puerum
nulla tñ mutatione facta ex parte sacramẽti. Et hoc q̃dem
videt cõtingere: quãdo vni videtur sub specie carnis vel
pueri: alijs tñ videtur sicut prius sub specie panis: vel q̃n
ad horam videtur sub specie carnis vel pueri: post modũ
sub specie panis. Nec tamẽ hoc pertinet ad aliquam dece-
ptionem: sicut accidit in magorum prestigijs: quia tales
species diuinitus formantur in oculo ad aliquam verita-
tem figurandam: ad hoc scilicet vt manifestetur vere cor-
pus christi esse sub hoc sacramento. Sic etiã christus sine
deceptione apparuit discipulis euntibus in emaus sub
specie peregrini. Dicit enim bea. Augu. in lib. de q. euan-
ge. ꝙ cum fictio nostra refertur ad aliquam significationẽ
non est mendacium: sed aliqua figura veritatis. Et q: per
hunc modum nulla immutatio sit ex parte sacramẽti: ma-
nifestum est ꝙ non desinit esse christus sub hoc sacramen-
to tali apparitione facta. Quandoq̃ vero contingit talis
apparitio nõ per solã immutationẽ videntiũ: sed specie q̃
videt realiter exteri⁹ existente: ꝛ hoc tunc videt esse: quã-
doq̃ sub tali specie qd ab omnib⁹ videt: nõ ad horã tñ: sꝫ
ꝑ longũ tẽp⁹ ita ꝑmanẽte. Et in hoc casu q̃dã dicunt: ꝙ est
ꝓpria species corporis christi. ℄ Nec obstat ꝙ q̃nq̃ nõ vi
detur ibi tot⁹ christ⁹: sed aliqua pars carnis. Uel etiam ꝙ
nõ videt in specie iuuenili: sed in effigie puerili: q: in pote
state corporis gloriosi est ꝙ videat ab oculo non glorioso
vel ſm totũ: vel ſm partẽ: ꝛ i effigie ꝓpria vel aliena. Hoc
aũt sctũs Tho. reprobat: q: ſm eũ/corp⁹ christi nõ põt vi-
deri nisi in vno loco: in quo circũscriptiue cõtinet. Uñ cũ
in ꝓpria specie videat in celis: nõ sic videt in hoc sacramẽ
to siue i terris. Etiã/q: corp⁹ gloriosum qd apparet vt vult
post apparitionẽ cũ voluerit disparet: vt dr Luc. vlt. ꝙ ab
oculis eoꝝ discipuloꝝ euanuit. Hoc aũt qd sub spẽ carnis
apparet/diu ꝑmanet q̃nimo q̃nq̃ legit inclusum: ꝛ multo
rum epoꝝ cõsilio in pixide reseruatũ: qd nefas esset de chri
sto sentire ſm ꝓpriã speciẽ. ℄ D Ideo dicẽdũ/ait Tho.
ꝙ manẽtib⁹ dimensionib⁹ q̃ prius fuerunt: sit miraculose
quedã mutatio circa al[...]cidentia. puta figuram ꝛ colo-

rem ⁊ alia hmōi: vt videaꝛ caro vel sanguis: aut etiā puer
Et sicut. s. dictū est: hec nō est deceptio: quia fit i figuram
cuiusdā veritatis: scꝫ ad ostendendū ꝑ hanc miraculosam
apparitionē ꝙ in sacramento est vere corpus christi ⁊ san
guis. Et sic patet ꝙ remanentibꝰ dimēsionibꝰ que sunt fun
damenta illorū accidentiū / remanet vere corpus christi in
hoc sacramento. Nec videꝛ ꝓpria species corporis christi:
sed species miraculose formata / vel in oculis intuentium:
vel etiā in ipsis sacramentalibꝰ dimēsionibꝰ / que manent
etiā in mutatione facta circa eas quantū ad alia acciden/
tia. Hec oia bea. Tho. ¶ Et pōt hic dicēdi modus sic intel
ligi: ꝙ sicut in sacramēto saluanꝛ dimēsiones panis: q̄ sub
qualitatibꝰ sensibilibus / colore scꝫ ⁊ odore / sapore ⁊ cete/
ris ꝑtendūt ⁊ indicāt speciē panis: Ita in hac transforma/
tione diuina virtute superadduntꝛ alia accidētia sensibilia
q̄ indicāt spēm carnis vel pueri. Et ꝫm hoc dimēsiones il/
le q̄ priꝰ erāt figure rotūde: aliā figurā postea acq̄rūt / ꝫm
diuinū beneplacitū. Et forte i hac supfusiōe accidētiū car
nis ad illas dimēsiones siue quantitatē panis: accidentia
sensibilia panis q̄ prefuerūt / cedūt: quia forte idē subiectū
hec ⁊ ille qualitates pro eodē tēpore afficere nō possunt.
¶ E Egidius de ro. theo. xxiiij. videtur dicere: ꝙ illa spe
cies pueri nō est ꝓpria species ⁊ figura christi: sed q̄dā for
ma miraculose facta: ⁊ in hoc concordat cum sancto Tho.
Sed in hoc discordat: quia dicit ꝙ dimensiones panis di/
uina virtute cōuertunꝛ in accidentia carnis siue pueri: et
nō in accidētia corporis christi: ⁊ ita dimensiones priores
nō manēt. Et sub illis accidētibꝰ est corpus christi: sicut pri
us fuit in accidētibꝰ panis. Et sicut accidētia panis q̄ ꝑus
apparebāt: non erāt accidētia ⁊ dimēsiones ꝓprie christi:
ita nec dimēsiones ille pueri vel carnis post apparentes /
sunt dimēsiones christi: ꝙuis sub illis vere christꝰ cōtinea
tur sicut ⁊ cōtinebaꝛ sub prioribꝰ accidētibus panis. Fun/
dat se etiā doctor iste in ratione Thome quātū ad id in q̄
concordat: quia vnū corpus nō pōt localiter ⁊ ꝫm ꝓprias
dimensiones esse nisi in vno loco. Cū aūt christus sit sic in
celo: nec verisimile sit ipm ꝓpter hmōi apparitiones dese
rere celū: dimēsiones ille carnis vel pueri nō sunt ꝓprie di
mēsiones corporis christi. Qd si aliquis nō haberet ꝓ in/
cōueniēti christū pro tali tpe deserere celū corporaliter: q̄
tū eodē tpe cōtingūt apparitiones ille in diuersis locis: se
quiꝛ nihilominꝰ vnū corpus ꝫm ꝓprias dimensiones esse
in diuersis locis quod reputat impossibile. Sed quicquid
sit de illo dicto in se: patet ex ꝑmissis / ꝙ ratio illa nullum
habet fundamētū: cū supra sufficiēter probatū est: idē cor/
pus esse in diuersis locis nullā includere cōtradictionē: ⁊
ꝑ cōsequēs nō esse simpliciter impossibile. ¶ F Aliorū
modus est cui videꝛ cōsentire Alexā. ꝙ in istis apparitio/
nibꝰ: dū tn̄ a deo fiūt: ⁊ nō humana ꝓcuratione / aut dia/
bolica illusione: apparet christꝰ: seqꝫ ondit in ꝓpria specie
⁊ accidētibꝰ suo corpori inherētibꝰ: qualiter ostēdit se disci
pulis suis post suā resurrectionē: ⁊ petro post ascēsionē: et
qd apparet est caro christi vera. Nec obstat ꝙ nō semꝑ vi/
deꝛ totꝰ christꝰ: sed aliqua pars carnis. Sicut in miraculo
beati Greg. quo petēte panis christi formam accepit digi/
ti. Aut ꝙ nō semꝑ apparet in forma virili quā habet in ce/
lo: in qua apparuit ⁊ petro / dicenti sibi: dn̄e quo vadis: sed
aliqn̄ in forma pueri: vt in apparitione pascasij. s. posita
Quia in potestate corporis gl̄iosi est: vt ab oculo nō glo/
rioso videaꝛ ꝫm se totū vel ꝫm partē in quātitate magna
vel parua: forma illa vel alia: sub fulgore claritatis glorie
vel sine: etiā vt appareat vni / ⁊ ab vno videaꝛ / ⁊ nō alteri
nec ab alio cernaꝛ. ¶ Et quicq̄d sit de corpore gl̄ioso gene
raliter: hoc tn̄ esse in potestate christi: in cuiꝰ potestate sunt
oia corpora: ⁊ quātū ad eē ⁊ quātū ad sic vel sic esse seu ap
parere: nullus habet ambigere fidelis: ⁊ ad illā positionē
arguit Alex. Cū hmōi reuelationes fieri solēt in misericor
di cōdescensione defectꝰ fidei alicuiꝰ vt fides huiꝰ sacramē
ti roboreꝛ. Si aūt caro aut sanguis sic apparēs / esset caro
vel sanguis alicuiꝰ aialis: vel subito creata: nullū argumē

tum veritatis induceret ad fidē ꝓbandā vel roborādam:
sed solūmō caro aut sanguis christi. Unde nō videꝛ ꝙ ob
causam pretactā debeat apparere caro vel sanguis nisi ip
sius dn̄i. Qm̄ licet virtute aliqua ostēdereꝛ alicui hesitāti
caro vel sanguis alienꝰ (Licet forte ex hac ostēsione excis
tareꝛ ad credulitatē) nō tn̄ hec fides ꝑueniret ex signo vel
ostēsione veritatis: sed potiꝰ falsitatis: q: ex hoc ꝙ in tali
apparētia / tale apparēs crediꝛ esse corpꝰ dn̄i vel caro chri/
sti: credereꝛ veritas ipsiꝰ sacramēti. Si eñ credereꝛ esse ca
ro vel sanguis bruti: nunꝙ̄ ꝓpter hoc credereꝛ: nec credi
deberet veritas sacramēti. ¶ G Quia ergo ostēsio ve/
ritatis ipsiꝰ sacramēti debet fieri ꝑ indicia vera ⁊ nō simu/
lata vel ficta: videꝛ dicēdū ꝙ caro vel sanguis in hmōi ap
paritione est vera caro dn̄i / aut verꝰ sanguis christi. ¶ Et
si obijciꝛ ꝙ aliqn̄ apparuit caro in loco sacramēti diuturni
tate tēporis corrumpi ⁊ denigrari: sicut accidit in marchia
teruisina: vbi a multis diebꝰ videꝛ corrūpi: vt patet ex cer/
titudine sensuū. Caro aūt christi est incorruptibilis ⁊ glo
riosa. Rn̄det ille doc. ꝙ illud nūꝙ̄ accidit qn̄ a dn̄o fit ista
apparitio: sꝫ solū qn̄ fit ꝓcuratione hūana vel operatione
diabolica. ¶ Nec obstat si diciꝛ ꝙ christꝰ nō est nisi duobꝰ
modis: scꝫ manifeste in ꝓpria forma in celo: aut velate sub
speciebꝰ panis ⁊ vini in sacramēto. Quia hoc verū est re/
gulariter. Dispēsatiue tn̄ ꝓpter fidei robur: aut deuotiōis
fomētū: aut aliā causam ostēdit se qn̄qꝫ: aut corpꝰ suū sine
velamine: ꝫm ꝙ nouit fidelibꝰ expedire. Un̄ contingit ꝙ
vno tēpore vni ostēdit carnē suā sub sacramēti velamine
alteri in se ⁊ nude. Un̄ accidit vt vnus videt ⁊ hostiā ⁊ car
nē velatā sub panis specie: aliꝰ carnē reuelate vt sic ex facti
noticia ⁊ relatiōe fide digna certū habeaꝛ. Nec hoc est im
possibile deo: cū ⁊ angelꝰ in corpore assumpto vni se osten
dit ⁊ nō alteri eque presenti: vt patet Dan̄. x. vbi diciꝛ. Ui/
di ego daniel solus visionē. Porro viri q̄ erant mecū: non
viderūt. Loquiꝛ aūt de visione angeli apparentis in spe/
cie viri / lineis vestiti: ⁊ in alia forma vni ꝙ̄ alteri. Qd ergo
pōt angelꝰ in corpore alieno: potest christꝰ in corpore suo.
¶ Differētia etiā quā bea. Tho. supra ponit qn̄ apparitio
manet ⁊c. nō est probabilis: q: in miraculo bea. Greg. vbi
ad firmandū plebis fidē: sacramentū versum est in cruen/
tā carnē ⁊ statim ad orationē eiusdē rediJt in panis speciē.
¶ Hec sententia sic pōt ꝑsuaderi. Quia diuina misericor/
dia q̄ hāc apparitionē facit: cōdescēdēs infirmitati hominū
vt fides recta de sacramēto eluceat ⁊ roboretur: nequaꝙ̄
decipit: neqꝫ ad idolatriā cōmittēdā nos incitat: q̄ tamen
cōmittereꝛ: dū homines miraculo inducti / in adorationē
tanꝙ̄ veri corporis ⁊ sanguinis christi procumberēt ⁊ ado
rarent: dum miraculū tale appareret vel in sacerdotū ma
nibꝰ / vel in loco hostie. Ad idolatriā aūt homines prouo/
care deū / nefas est cogitare: cū idolatrie vltor est deꝰ ⁊ pu
nitor. ¶ H Ex harū opi. recitatione satis apparet: ꝙ om
nes illi modi in hoc cōcordant: ꝙ sub illa specie miraculo/
se apparēte vere est corpꝰ christi: nisi ꝙ bea. Tho. sentit: ꝙ
desinentibꝰ dimensionibꝰ panis / non manet corpꝰ christi.
Non autē in tali apparitione desinunt. q: eis manētibus /
possunt alia accidētia mutari. ¶ Sꝫ an species illa appa/
rens sit species corporis christi: ita ꝙ accidentia illa appa
rentia inhereant corpori christi: varianꝛ opiniones. Nam
prime due opi. hoc negant: sed dicūt esse species miraculo
se ꝓductas: sub q̄bus non aliter est corpus christi / ꝙ̄ fuit
prius sub speciebus panis: scilicet totū sub toto et quali/
bet eius parte. ¶ Scd̄m tertiā opinionē diceret ꝙ speci/
es ille apparentes / sunt proprie corpori christi ⁊ ei inherē
tes: sub quibus corpꝰ christi totū vel pars est circūscriptis
ue tanꝙ̄ sub proprijs dimensionibꝰ. Nec obstat ꝙ corpus
christi est simul in celo ⁊ in terra / et vbiqꝫ ꝫm proprias di/
mensiones. Neqꝫ ꝙ ibi magnū: hic paruū: hic talē habēs
colorem et figuram: ibi alium et aliam. Quia non oportet
ꝙ si corpus idem ponatur in diuersis locis: ꝙ vtrobiqꝫ ha
beat eandē quantitatē / qualitatē ⁊ figurā: vt supra latius
deductū est lec. xlvj. Omnes ergo modos illos esse possi

les infinite potentie dei:puto fideli nõ dubitãdũ. Null⁹ illorũ cõtradictionẽ includit:ꝛ rationes hincinde adducte nõ demõstrãt:ꝛ facile soluũtur. ¶ I Quid aũt de o dicendũ sit:q̃d ego homũcio dicere possum:vbi tanti doctores disceptant. Sed imitãdus est mihi doctor irrefragabilis Alexan. pfitendo ppriã ignorãtiam. vnde ait: In casu posito nihil me scire cõfiteor. Vñ nihil definiẽdo vel afferẽdo dico:sed salua sententia melio:i tñ opinãdo. Hinc videt cauti⁹ pie dubitare facti hmõi modũ:q̃ curiose ꝛ temere aliquẽ predictoꝝ sine rõne sufficiẽti ꝛ autoritate determinare. Hic dicit venerabilis Hug. lib. de sa. ꝛ post eum Innocen. Ego diuina mysteria ꝛ sacramenta magis Exod.xij. venerãdaq̃ discutiẽda pfiteor. Scriptum est enĩ. Non cõedetis ex eo crudum q̃d:nec coctũ aqua:sz assum tñ igni. Crudũ quid comedit/qui temerario ausu de agno isto immaculato definire nõ erubescit:qd̃ neq̃ per rationẽ:neq̃ per autoritatẽ:neq̃ p sanctoꝝ patrũ pbabiles sententias digestũ esse dinoscit. Ille vero comedit agnũ coctũ aqua: qui ex instabili ꝛ nõ fundata ac phantastica quasi ratione et imprinẽte autoritate definit de hoc sacramẽto sub quo verus agn⁹ latitat:qd̃ veris rationib⁹ ꝛ scripturis nõ probat. Ille vero bene sentit de hoc sacramẽto:qui sine ambiguitate nõ pfert sentẽtias:nisi quas christ⁹ sua charitate: ꝛ euãgeliste ac apli spũsancto succẽsi docuerũt:aut feruẽs sanctorũ studiũ lucidauit. Tũc q̃dẽ agnũ comedit assum igne:qñ doctrine tales tãta refulgẽt veritate:tãta sunt digeste maturitate:vt nihil pestiferũ:nil eis noxiũ qd̃ officere poterit ministret. Hinc q: neuter modoꝝ pfatoꝝ solide innitit autoritati aut indeclinabili rationi:securi⁹ videtur fm pdicta pie dubitare:q̃ sine hesitatione aliquid temere definire. Quĩ etsi in hoc satis ɔcordãt q̃ sub illa specie miraculosa verũ corp⁹ christi contineat:ꝛ hoc pia credulitate sustineri possit:dũ pbabiliter cõstat illas apparitiones diuino miraculo fieri. Quia tñ nõ semp de miraculo constat:nemo leuis esse dz ad adorandũ. Sed pot⁹ aĩm suum suspẽdere:quousq̃ a deo/ab hoie vl̃ scriptura doceat. Aut sub cõditione (si nihil fraudis appareat) adorare. Ut dicẽdo: Si tu es christus:te vt christũ adoro:ꝛ hoc conditione nõ tñ habituali:sz etiã actuali. ¶ L Ex hoc patet rñsio ad scdam diuisionis partẽ supra in responsione ad primũ dubiũ partitã:scz q̃d agẽdũ dũ apparitio fit sine reuelatione diuina:an tũc adorãdũ. Cui ɔcordare videt factũ qd̃ recitat Alexã. ex narratiõe magni ac fide digni viri lanfranci. Cũ enĩ presbyter q̃dã missam celebrans inuenitã super altari verã carnẽ:ꝛ verũ in calice sanguinẽ/fm ppriã carnis ꝛ sanguinis speciẽ sumere formidaret:rem primus episcopo suũ consiliũ quesiturus aperuit. Episcop⁹ aũt cũ multis coepiscopis ad hoc cõuocatis:calicẽ illũ cũ eadem carne ꝛ eodẽ sanguine dñi diligẽter opertũ ꝛ sigillatum includit in medio altaris:p summis reliquijs reseruãdis perpetuo. Qd̃ hodie obseruat ecclia:qñ aliq̃ negligentia vel miraculũ nouũ in tãtis mysterijs accidit. ¶ L Ex h etiam dat informatio sacerdoti:si cui hoc accideret: vt celebranti hostia in forma pueri ꝛ in calice sanguis appareret. Debet enĩ talis primo pces fundere ad deũ ꝛ ipm deuoti⁹ exorare:vt sua misericordia digneť sacramẽtũ hoc reducere in pristinã formã mãducationi congruentẽ/exẽplo bea. Grego. ꝛ Pasca. Et dũ forma panis redit:debet reuerenter sacramẽtũ illud sumere. Qd̃ si forte sacerdotis pces nõ exaudirent:cũ tũc qd̃ apparet rationẽ ac speciẽ cibi ac potus nõ haberet:rationabiliter abstinet a sumptiõe. Vñ dicit bea. Hiero. sup Leui. ꝛ habetur de cõse. dist. ij. de hac q̃dem. De hac q̃dẽ hostia q̃ in christi cõmemoratione mirabiliter fit edere licet:de illa vo quã christ⁹ in ara crucis obtulit:fm se edere nõ licet. Qd̃ expones Alexã. dicit. De hostia quã obtulit christ⁹ in cruce fm illã formã in q̃ apparebat cũ inter nos cõuersabat visione corporali:nulli lz edere. quasi diceret: Si de⁹ faceret vt appareret sanguis in calice:aut caro in altari/sumendũ non est. Nec tamẽ ex hoc sacerdos trãsgressor fieret pcepti ecclesie: quod ponit eadem distin. relatũ. vbi dicit. Quicunq̃ sacerdotũ sacrificium oblatur⁹ accesserit:ꝛ se a cõmunione suspẽderit:repulsum se nouerit anno vno. Intelligit quidem hoc decretũ quando illud sacramentũ permanet in sua forma manducationi apta. Leges nãq̃ ꝛ statuta ad ea q̃ cõmuniter accidũt:adaptant. ¶ Dicũt tñ q̃dam q̃ sacerdos in hoc casu debet accipere aliam hostiã:ꝛ illam de nouo cõsecrare: que si iterum apparet in specie carnis:debet secundam accipere:vt manducet consecratã ppter canonẽ allegatum: ꝛ c. sequẽs/cõperimus. Ubi precipit q̃ aut integra sacramẽta pcipiãt:aut ab integris arceant. Priores tñ dicũt q̃ in casu sufficit manducatio spũalis: ꝛ nõ requirit secundaria cõsecratio. Sacramentũ vero trãsformatũ recõdendũ erit cum alijs reliquijs:sicut factum fuerat in simili casu supra recitato. Et hec salua in oib⁹ saniori sentẽtia dicta sufficiant:quantũ ad omnia diuisionis supra Lec. xxxviij. posita membra. Sequitur nunc textus sacri canonis.

Lectio. liij. A


Imili modo postq̃ cenatũ est/accipiens et hũc preclarũ calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Item tibi gratias agens:benedixit dedit discipulis suis:dicẽs: accipite et bibite ex eo oẽs. ¶ Postq̃ in quarta principali canonis parte:in q̃ de sacrificij huius perfectione agit:determinatũ est de idonee ac sanctificate materie cõsecratione qua panis substãtia in verũ christi corp⁹ cõuertit in prima eiusdẽ partis particula: In hac particula secũda agitur de cõsecratione vini:qua eius substãtia in verũ christi sanguinẽ transsubstãtiat. ¶ Et subdiuiditur in tria huius particule mẽbra. In primo tangit modus institutionis hui⁹ sacrosancte cõuersiõis. In scdo subdit forma cõsecratiõis. In tertio addit significationis efficacia cõsecrati sanguinis: Scdm ibi: hic est calix. Tertiũ ibi: hoc facite. ¶ Circa primũ pmo tangit huius sacrosancte cõuersionis tẽpus ꝛ hora cũ dr. Simili modo postq̃ cenatũ est. Scdo hui⁹ cõuersionis materia cũ sequitur. Accipiens ꝛ hũc preclarũ calicẽ in sanctas ac venerabiles manus suas. Tertio adiungit hui⁹ tã sancte institutionis modus ꝛ circũstantia: cũ infertur. Item tibi gratias agẽs ꝛc. ¶ Circa pmũ dicit: Simili modo quo christus cõsecrãdo panẽ istum in carnẽ suã ɔuertit:ad vini cõsecrationẽ accessit. Modo inquã simili quãtũ ad ei⁹ bonitatẽ: quãtũ ad charitatẽ: quãtũ ad virtutẽ: ꝛ quãtũ ad gestorũ conformitatẽ. Siquidem bonitas que fecit vt corpus suum nobis traderet in cibum: eadem operata est/vt sanguinem suum: quatenus pleno frueremur cõuiuio: cõmunicaret nobis in potum: quia fm beatum Dionysium. Boni est bona adducere. Charitas fecit vt sanguine nos redimeret: fm illd̃ Hieremie. xij. Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicoꝝ ei⁹. Sedes anime in sanguine est: fm illud Leuitici. xvij. cap. Anima omnis carnis in sanguine est. ꝛ ego dedi illum vobis: vt super altari in eo expietis aias vestras et sanguis pro anime piaculo sit. Et sicut pane in suum corpus conuerso: ita vino in sanguinẽ suũ trãssubstãtiato: nos nutriens eiusdẽ redẽptionis sue memoriã: ꝛ fructũ in nobis renouaret. Hinc zacha. ix. dr. Quid enĩ bonum ei⁹: ꝛ q̃d pulchrũ ei⁹: nisi frumẽtũ electoꝝ: ꝛ vinũ germinans virgines? Uirtus diuina fecit/vt ea potestate infinita/q̃ panẽ in corpus: etiã vinũ cõuerteret in sanguinẽ. Ut sicut caro ei⁹ hac cõuersione vere facta est cibus: ita ꝛ cõuersione simili sanguis fieret vere pot⁹. Ioh. vi. Caro mea vere est cib⁹: ꝛ sanguis meus vere est potus. Gestorũ cõformitas fecit vt eisdẽ cerimonijs seruatis/id ipm corp⁹ scz ꝛ sanguis sub vtrisq̃ speciebus crederet ꝛ esset. Ideoq̃ sicut ibi panẽ in manus suas venerabiles ꝛ sanctas accipiẽs/ac patri gratias agẽs benedixit: in corpus suum conuertit: discipulis suis dedit. Ita ꝛ hic calicẽ in easdẽ manus sumens: ꝛ item patri gratias agens ꝛ benedicens in sanguinẽ suum vinũ cõuertit:

⁊ eisdē suis discipulis ministrauit. Quia ergo similis effectꝰ in vtraqꝫ cōuersione: ideo similes cerimonie. ¶ B Igitur simili modo postq̄ cenatū est: a christo scꝫ ⁊ apostolis: vtraqꝫ cena: agni scꝫ pascalis typici: et corporis sui. accepit ⁊c. Nam vltimo post oēs cibos legales sacramentū instituit ⁊ tradidit. Et vt proiectis veteribus vmbris legis, noua gratia institueret sacramenta: ⁊ ipsa arctiꝰ figeret in suorū discipulorꝫ ac fideliū corda. De tēpore vero huiꝰ institutionis facte. xiiij. luna mensis primi: ⁊ de ieiunio celebrando ac cōficientibꝰ ⁊ sumentibꝰ hoc sacramentū: supra dictū est lec. xxiiij. ⁊ lec. x. ideo nunc rescinduntꝰ. Sequitur Accipiens scꝫ christus: ⁊ hunc preclarū. i. pre alijs clarū nō figuralē vmbrosum ⁊ nubilū: vt vetere. testa. sacrificia fuere: sed lucidā veritatē cōtinētē. Ideo de calice ve. testa. tanq̄ nō satis claro dixit Luc. xxij. Nō bibā de generatione vitis donec regnum dei veniat. Math. xxvj. Nō bibā amodo de hoc genimine vitis vsqꝫ in diē illū: cū illud bibā vobiscū nouū in regno patris mei. i. in ecclia: que regnū dei dicitur ꝑm Grego. cōfirmata eius potestate. Hūcem preclarū calicē quotidie bibit: ⁊ sibi imbibit in mēbris suis que hoc potu salutifero corpori suo mystico incorporantur: et ei ꝑ huius sacramēti gratiā vniuntꝰ. Hinc in ps. Calix meꝰ inebrians q̄ preclarꝰ est. Ad quā sobriā ebrietatē virgines (vt statim dictū est) germinantē: hoc est fidē incorruptā ⁊ perfectam charitatē tribuentē: spiritussanctꝰ Canti. v. inuitat amicos, dicēs: Comedite amici ⁊ bibite: ⁊ inebriamini charissimi. ¶ Calicē. Calix ꝑm Albertū a calore dicitꝰ: q2 calorem charitatis accendit. Hinc in ps dr: Calicē salutaris accipiā: ⁊ nomē domini inuocabo. ¶ Hinc notandū q̄ calix accipitꝰ tripliciter. Uno modo pro vase receptiuo potꝰ vel liquoris. Et ita dn̄s christus calicē recepit in sanctas suas manꝰ: vt referūt euāgeliste: hoc est vasculū illud in q̄ fuerat potus. Secūdo accipitꝰ pro passiōis amaritudine. hoc modo accipitꝰ Math. xx. cū dixit dominus filijs zebedei. Potestis bibere calicē quem ego bibiturꝰ sum: hoc est potestis subire passionē ⁊ mortē quā ego patiar pro redēptione humani generis. Et dr calix passio: q2 iuxta veterē consuetudinē ad mortē cōdemnatis potus in calice offerebatur. ꝑm illud Prouerb. xxxj. Date siceā merentibꝰ: ⁊ vinū his q̄ amaro sunt aio. Bibāt ⁊ obliuiscantꝰ egestatis sue ⁊ doloris sui nō recordentꝰ ampliꝰ. ⁊ Amos. ij. Uinū dānatorū bibebāt. Tertio mō sumitꝰ pro poculo in calice cōtento Et sic accipitꝰ Hiere. xlix. Quibꝰ nō erat iudiciū vt biberēt calicē. ⁊ Marci. ix. Quisquis potū dederit vobis calicem aque frigide: in noie meo: q2 christi estis: amen dico vobis nō perdet mercedē suam. Sic in cōmuni locutione accipitꝰ qua dicimꝰ: ille ebibit totū calicē. i. totū potū vel liquorē qui fuit in calice. Et ita videtꝰ cepisse christꝰ cū dixit: Hic est calix sanguinis. In ꝓposito vero accipitꝰ primo mō, cum dicitꝰ ex ꝑsona euāgeliste: Accipiēs ⁊ hūc preclarū calicem in sanctas ac venerabiles manꝰ suas: idest vas: non vtiqꝫ vacuū sꝫ cū vino: q2 ꝑmisit: Nō bibā amodo de genimine vitis. Per quod expressit vini liquorē fuisse in calice cōtentum. ¶ E Ponitꝰ autē hic circa sanguinis cōsecrationē calix, siue vas cōtinēs vinū cōuertendū in sanguinē: plus q̄ circa cōsecrationē corporis: vbi absolute dr: Accipiēs panē: nō dicitꝰ in sportella vel disco: q2 cōsecratꝰ sanguis in rōne potꝰ. Nullꝰ aūt liquor ꝯueniēter est potabilis nisi in aliquo vase aut receptaculo cōtineatꝰ. Corpꝰ aūt cōsecratꝰ i ratione cibi. Cibꝰ vero solidus rationē cibi hꝫ: etiā si in nullo vase contineatꝰ. Et q2 ad litterā nō cepit christꝰ vinū in manus imediate sicut panē: sꝫ accepit in calice cōtentū: idō nō dicitꝰ: accepit vinū: sed calicē. ¶ Additꝰ etiā ꝓnomen hunc demonstratiuū. Accipiēs nāqꝫ sacerdos calicē in manu: de christo loquēs dicit: Accipiēs scꝫ christꝰ hūc calicē: hunc scꝫ eundē quē ego accipio. Sed q2 dictū est: q̄ calix aliquādo accipitꝰ ꝓ vase: ⁊ aliqñ pro poculo in vase cōtento. pōt hec idēritas referri ad ipsum vas vel ad vasis liquorem. Si refertꝰ ad vas: nō est idē quod sacerdos accipit: ⁊ qđ christus accepit quantū ad materiā ⁊ substātiā metalli. Sacerdos

em̄ accipit calicē factū de auro et argēto: vel vbi paupertas ecclesie cogit: de stanno: vt. s. dictū est Lec. xiij. Christꝰ qui apostolis suis possessionē auri ⁊ argēti interdixit: creditꝰ fuisse vsus calice argēteo vel aureo: sꝫ forte ligneo: qui paupertatē suam nobis declarās, ait: Uulpeculas habēt: ⁊ volucres celi nidos: filiꝰ aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Est ergo hic demōstratio nō ad sensum: sed ad intellectū: vt sit sensus: Hūc calicē: id est calicē eiusdē rationis quantū ad liquoris cōtinētiā. Si vero calix accipitꝰ pro potu in calice cōtento: aut pro vino cōuertēdo in sanguinē: iterū erit demōstratio impꝯsonalis. Hūc calicē. i. vini liquorē eūdē nō numero: sed specie vel genere ꝓpinquo: tenēdo aliqua vina differre specie essētiali. Uel si acciperetꝰ ꝓ vino cōuerso: idest christi sanguine precioso in quē cōtinuo per cōsecratiōis verba vinū cōuertitꝰ: sic est demōstratio ꝑsonalis: q2 eiusdē rei numero. Nam idē sanguis numero ⁊ nō aliꝰ, est in quē vinū qđ in manꝰ suas cena facta suscepit: cōuersum est: ⁊ in quē vinū qđ nunc sacerdos in suas manus accipit: cōuertitꝰ. ¶ D Accipiēs itaqꝫ christus calicē cū vino. Utiqꝫ preclarū ꝓpter ꝑclari ac corusci sanguinis sui puritatē i quē vini liquor: nō in sanguinem hircorꝫ aut vitulorꝫ qui in veteris testamēti sacrificio offerebatꝰ vertēdus est: instituit vinū in materiā ꝯsecrationis sui sanctissimi sanguinis suo facto: dū ipsum vinū diuina sua virtute, in verū ⁊ ꝓpriū ꝯuertit sanguinē: ⁊ apostolis suis, eorūqꝫ successoribꝰ vini sic cōuertēdi cōtulit potestatem. Nā postq̄ ineffabili amore suos discipulos refecit cibo angelorꝫ: ꝓpria scilicet carne sub specie panis vsui humano cōgruentissima: vt ampliꝰ charitatis sue immēsitatem exprimeret: instituit ⁊ eosdē reficere potu sacratissimo sanguine suo dignissimo sub specie vini potui cōueniētissima: vt sic nobilissima spiritualis nutritio aie, perfecta corporis refectione significaretꝰ. Ad nutritionē em̄ corporis ꝑfectā nō ꝑtinet solꝰ cibꝰ: ꝑtinet etiā potꝰ. Idcirco postq̄ accepit panē. sub cuiꝰ specie tradidit in cibū ꝓpriā carnem: accepit ⁊ calicē vini: sub cuiꝰ speciebꝰ i potū tradidit ⁊ sanguinē. Et qm̄ humanꝰ sanguis in ꝓpria specie sine horrore non est potabilis: clemētissimꝰ redēptor volēs illū tradere in potū: sapiētissime eū extranea velauit specie vt sic ꝑm Hugonem sensus foueretꝰ in vno: ⁊ fides in alio edificaretur. Fouetꝰ sensus, dū solitā ⁊ cōsuetā ac gratā speciē potꝰ ꝑcipit. Edificatꝰ aūt fides in altero: dū in eo qđ videt: quale sit illud quod non videt: agnoscit. Alijs quoqꝫ ex causis cōmendauit ꝑciosum sanguinē suū sub aliena specie: q. s. lec. xxxv. sunt cōmemorate. Quibꝰ adduntꝰ cōgruētie que sequuntꝰ. Quia em̄ christꝰ sacerdos erat in eternū ꝑm ordinem melchisedech, in sacrificiū panē ⁊ vinū offerētis: congruebat vt ad instar eiꝰ quem premisit postq̄ obtulit panē acciperet ⁊ vini calicē: vt figure figuratū respōderet. Expressior em̄ sacramenti corporis ⁊ sanguinis christi figura erat sacrificiū melchisedech sacerdotis. Ampliꝰ vt hoc sacrificiū vere ⁊ propinque gereret similitudinem eiꝰ quod significat: accepit calicē vini. Uoluit q̄dem christꝰ hoc sacramentū significare suū corpus verū ⁊ sanguinē naturalem ⁊ spūalē refectionē, ⁊ mētis inebriationē. ¶ E Idcirco postq̄ accepit panē habērē congruā significationem corporis ⁊ refectionis spiritualis: accepit ⁊ vinū habēs cōgruētiā ad significandū sanguinē ⁊ spūalē inebriationē. Uinū quippe ex vite succrescit: in vua colligitꝰ: i ea ꝑ solis ardorē maturatꝰ: ⁊ in torculari prelo exprimitꝰ: vt fiat potꝰ reficiēs: ⁊ sitis ardorē restringēs. Et per hoc plene cōpetit sibi christi sanguinē significare. Nā ⁊ ipse succreuit ex vite fecundissima: virgine scilicet bñdicta: de qua ⁊ caro ⁊ sanguis christi traxit originē. Christus quoqꝫ ipsemet vitis est salutaris: quā primo protulit virgo gloriosa: ⁊ viri exploratores, apl̄i scꝫ ⁊ prophete, ad nos humeris suis fortiter ⁊ cōstāter gestātes, per fidē ⁊ predicationē detulerūt. In quo liquor ille ꝑciosus sanguis, īmenso ardore amoris est maturatꝰ vsqꝫ dū passiōis plo i torculari: patibulo videlicꝫ crucis exp̄meretꝰ. ⁊ ꝓflueret in potū totiꝰ humani generis

reficimur: ꝛ in extinctionem sitis spiritualis que ex ardore ꝓuenit ꝛ cōcupiscētia peccōꝝ. Quo nāq̃ liquore alti⁹ potuisset christ⁹ inebriationem mētis designasse/ꝙ per vinū in quo quotidie in vita corporali iocūdamur ꝛ reficimur: ſm illud Ps. Et vinū letificat cor hoīs. Accepit igit vinū in calice/tanq̃ materiā ad cōsecrationē sui sanguinis magis cōgruentē. Itē in sacramēto cibi spūalis debet attēdi aliqua opatio substātialis: idest ꝓncipalis: ꝑ quā ab alijs distinguitur sacramētis. Et cū in baptismo dat esse substātiale ꝑ generationē spūalē: vt vult Dionysius. Et in sacramento cōfirmationis dat incremētū ꝛ robur spūale. Ita ad idē esse conseruandū ac deperditū restaurandū ꝛ augēdum/dat in eucharistia eduliū spūale. Eduliū aūt spūale cū dat per sacramētū visibile: nihil causat in gratia qđ ex sacramēti similitudine nō significat. Hoc aūt sacramentū institui debet in elemēto corporalis refectionis/cibi scꝫ et pot⁹. ¶ F Est aūt alia opatio in corporali refectione cibi alia pot⁹. Ideo sicut post cibū corporalē sumit pot⁹ ad ꝑfectionē nutrimēti corꝑalis: qꝛ diuisam haber opationē in satisfactiōe sitis/ꝛ latione nutrimēti/ꝛ quasdā alias: Ita post nutrimētū spūale sumit pot⁹ ad perfectionē spūalis nutrimēti: scꝫ sanguis: qui ꝛ diuersam operationē habet a corpore. Corp⁹ em̄ dedit christ⁹ in cōmunionem sui ꝛ membrorū: sanguinē aūt dedit in redēptionē peccōꝝ. He autem sunt diuerse opationes. Nulla em̄ existēte redēptione facta vel faciēda: adhuc esse posset cōmunio: etiā posita cōmunione capitis ꝛ mēbrorū: non oporteret ꝙ eo mō quo nūc esset redēptio: vt patet in angelis: vbi est mēbrorū cōmunio ꝛ nō redēptio. Uel si hoc nō placet: in statu innocētie si hō permāsisset: potuisset de⁹ incarnari sicut nunc: ꝛ tamen nō pati. Fuisset ḡ tūc cōmunio: ꝛ nō redēptio. Diuerse ergo videntur gratie cōmunionis ꝛ redemptionis. Cum dn̄s sic multiplicauerit sacramēta/vt oēs gratias habeamus in sacramētis: nō sufficit habere gratiā cōmunionis ꝑ corporis sumptionē: q̄ in sacramēto significat ꝑ elementū panis: nisi etiā haberem⁹ grām redēptionis ꝑ sanguinē q̄ significat ꝑ elemētū vini. Hac ergo ratiōe christ⁹ vtrūq̃ instituit. Et licet sanguis habeat in corpore sub specie panis: nō tamē ex virtute sacramētali. hoc est/non vi cōsecrationis sacramētalis: sed poti⁹ ex vnione naturali: qꝛ humores vniuntur cum corpore: cuius sunt humores. Oportet aūt propter effectum sacramentalē/vt habeatur sanguis ex virtute sacramenti ad nutriendū ꝑtinente. Et ita oportuit/vt ibi esset consecratio alterius elemēti: puta vini: sub quo virtute sacramēti sanguis dn̄i cōtineret: ne sacramentū esset imperfectū aliunētū. ¶ G Que aūt sint opationes speciales potus in sacramēto: cōsequēter exponit dn̄s Albertus: ꝙ ꝓncipalis operatio nutrimēti est restauratio deperditi in vita spirituali. Nō em̄ pōt esse vita spiritualis q̄n ex multis occupationib⁹ ꝛ negligētijs hoīs fiat aliqua deperditio spiritualis/per famē ꝛ carentiā alimenti spūalis: q̄ per hunc spiritualē cibū restaurat. Per potū aūt qui influit nutrimentū mēbris: fit hec restauratio spiritualis: vt sic christo fortiter incorporemur: inhercam⁹ ꝛ maneam⁹ in ipso: sicut hi qui ꝑ humorē sanguinis suo corpori sunt⁹ influxi. Unde ꝛ ipse dixit Ioh. vi. Qui mādūcat meā carnē: ꝛ bibit meū sanguinē/in me manet: ꝛ ego i illo. Sic aūt sibi influxi ꝛ coherētes/spiritū ipsi⁹ participam⁹ ꝛ vitam. Qui mādūcat iquit me: ꝛ ipse viuet ꝓpter me. Hinc Eccl. iiij. Sapiētia vitā filijs suis inspirat: ꝛ suscipit exquirētes se: ꝛ preibit in via iusticie. Sapiētia christus est qui corpus suū cōmunicādo mēbris suis/ꝛ sanguinē influēdo/influit ꝛ inspirat eis spiritū ꝛ vitam: ꝛ sic in suā incorporationem suscipit inquirentes se: preiens eos in oi via iusticie: qꝛ nisi sic simus in ipso: viā iusticie nō possumus tenere. Subdit ꝛ alias speciales operationes/idē Albertus: qꝛ vngit ad salutis sanitatē: per ipm dat speciale pignus spūs: lauat viciorum sordes: rigat arida: extinguit malo calore incensa: tingit ꝛ exornat ac christo cōsignat: que per longum ꝓsequtur. De q̄bus cū de fructu hui⁹ sacramēti tractabit

spiritu calamū ducēre/dicetur. Alexā. de ales parte. iiij. q. xxxi. mēbro. ij. etiā plures ponit rationes. Unā ponit vt duplici rationi institutionis respōdeat duplex species sacramēti. Institutum em̄ est ad augmentū: vt firmior sit vnio mēbrorū corporis christi cū capite: ꝛ vt firmior sit recordatio redēptiōis/facte ꝑ christi sanguinē fusum in cruce. Specie panis q̄ est sacramentū corporis/affert effectus vnionis. Specie vini que est sacramētū sanguinis/memoria redēptionis. Alia ratio. Nā duplex est mysticū huius sacramēti. Unū est respōdens incarnationi: Aliud passioni. In incarnatione facta est vnio diuine nature cū humana. Unde christ⁹ caput est ecclesie: cui vnita sunt mēbra: qđ significatur in sacramento corporis christi sub specie panis. In passione facta est redēptio nostra: effusiōe sanguinis: qđ significatur in sacramento sanguinis sub specie vini liquētis. In sumptione igitur corporis christi sub specie panis/significat cōiunctio mēbrorū corporis christi cū capite facta per incarnationē. In sumptione sanguinis sub specie vini/redēptio nostra per sanguinis christi effusionē. Unde in hoc vno sacramento signat quod est incarnationis: ꝛ quod est passionis: propter quod est perfectissimū sacramentorū. Aliam rationem assignat: vt significetur in christo duplicis nature assumptio. In nobis duplicis nature redēptio. Un̄ Glo. j. Cor. xi. super illo: Hoc facite in meā cōmemorationē. dicit: Cū tot⁹ sub specie panis: totus sub specie vini sumitur: cur non in vna: sed in duab⁹ dedit: Ut ostenderet christ⁹ totam humanā naturam: idest corpus ꝛ animā sumpsisse: vt vtrūq̃ redimeret. Panis em̄ ad corpus refert: vinū ad aiam: qꝛ vinū operat sanguinē in quo est sedes anime. Ergo in duab⁹ specieb⁹ celebrat hoc sacramentū: vt aie ꝛ corporis susceptio in christo ꝛ in nobis vtriusq̃ liberatio significet. ¶ I Itē sub duplici specie institutū est ꝓpter duplicē eius effectū. Ualet em̄ vt dicit Ambrosi⁹: ad tuitionē corporis ꝛ anime. Et licet illud qđ sumitur sub specieb⁹ panis: valeat ad vtrūq̃: ꝛ similiter quod in vino sumit: qꝛ in pane totū ꝛ integrū: ꝛ similiter in vino totū ꝛ integrū sumit. Sed si in pane tm̄ sumeret: alterum tm̄ significaretur. scilicet ꝙ ad tuitionē corporis valeret. Si in vino tm̄ sumeretur: solum significaretur ꝙ pro salute anime sumeretur: qꝛ vinum sanguinem significat: in q̄ vt dictum est: sedes anime esse dicit. Omnes ille rationes reduci possunt ad quinq̃. Nam sub distinctis specieb⁹ panis ꝛ vini/institutū est/propter perfectā significationem spiritualis nutrimēti: correspondētiam veritatis ad figuras veteris testamēti: perfectā similitudinē ad rem sacramēti. Seruire effectuum distinctioni corporis ꝛ sanguini per appropriationem conuenienti: variam representationem in christo sumenti: quorum membrorum declaratio ex premissis satis patet. ¶ Sed statim surgit dubium. Cum sint distincte species: quomodo saluari possit vnitas sacramēti. Sed de hoc dicetur post expeditam consecrationis formam. Et quoniam in his verbis/Accipiens calicem/tangitur institutio materie: que est vinum in sanguinem trāssubstantiandum. De materia ista tractatū est supra lectione. xxxv. ¶ L Sequit. In sanctas ac venerabiles manus suas. Exponatur vt supra lectione allegata. ꝛ. xxxvi. vbi pene eadem verba/panis consecrationi p̄mittūtur. Nam tactu sue manus/vino contulit vt semper posset in suum sanguinem conuerti: vt dicit Albertus: id est materiam consecrandi sanguinis instituit. Item: id est iterum: gratias agens tibi: scilicet patri de humani generis redēptione/per sanguinem suum iam in christo fienda. Eadē quippe nocte tentus. ꝛ mane sequenti crucifixus/sanguinem fudit: quo nos ab eterna morte redemit. Hanc enim amore intensissimo desiderauit. et cum gaudio portionis superioris perfecit. Unde Luce. xij. ait: Baptismo habeo baptizari: ꝛ quomodo coarctor donec perficiat. Et ad Hebreos. xij. Proposito sibi gaudio sustinuit crucem/confusione contempta. Benedixit: omni benedictione gratie cōsecrando: et vinum in suum sanguinem trāssubstātiando.

In quo verbo sacerdos cruce signat calicẽ: vt sm̃ Albertum significetur hec benedictio a primo pfectore sanctificationis patre celesti pfluere in sacramentũ. ¶ Utrũ aũt christus benedicẽdo ac cõsecrando signo aliquo corporali aut verbo vsus fit: aut sola diuina virtute vinũ in sanguinem suũ cõuertit: q̃ cõuersio hic p bñdictionẽ intelligit: dictum est. s. lec. xxvi. vbi hec verba vna cũ mysterio crucis: quã hic sacerdos facit sup calicẽ latius exponunt. Sequit ¶ Dedit: nõ vẽdidit: nõ reddidit: sed gratuito dono gratis dedit: vt ei⁹ exẽplo nullo fauoris aut pecunie p̃cio: aut timore humano dignissimũ sacramẽtũ canib⁹ ꝛ indignis: aut peccatorib⁹ publicis: porrigamus: sed gratis acceptũ dignis gratis def. vñ subditur: Discipulis suis. qui soli digni fuerant: etsi nõ oẽs: nulli tñ publice indigni fuere. Occultuꝫ eñ adhuc fuerat ceteris pdñ iude. Hinc Math. vij. Nolite scm̃ dare canib⁹: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte cõculcent eas pedib⁹ suis: ꝛ canes cõuersi dirũpant vos. dicẽs: Accipite. in officiũ scꝫ cõsecrãdi ꝛ dispẽsandi. j. Cor. iiij. Sic nos existimet hõ vt ministros christi: ꝛ dispẽsatores ministerioꝝ dei. vel mysterioꝝ dei. Utrũq; eñ ponit glo. Et bibite. ad icorporationẽ mihi: nõ ad fastidiũ: sꝫ celestis desiderij augmẽtũ. Ecci. xxiiij. Qui edũt me adhuc esurient: ꝛ qui bibũt me adhuc sitiẽt: nõ p famis sitisq; defectũ: sed p semp int̃ crẽdi feruẽs desiderũ: oẽ tollẽs fastidiũ. Ex eo. scꝫ calice vl̃ sanguine. Oẽs sine distinctiõe. Actuũ. x. In v̾itate cõperi: q̃ nõ est psonarũ acceptor de⁹. Ratiorẽ expositionẽ cũ dubijs q̃re supra.

Hic est enim calix sanguinis

mei noui ꝛ eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis ꝛ p multis effundet i remissionẽ peccatoꝝ. ¶ Post modũ institutionis sacramẽti sanguinis: sequit forma cõsecrationis: qua etiã nos christus vti voluit in sui sanguinis sanctissimi cõfectione. Et p̃mo ponit forma ipsa necessaria sm̃ oẽs. Scdo notat effect⁹ hui⁹ sacrosancti sanguinis. ¶ Forma est. Hic est calix sanguinis mei. ¶ Effectus notant tres. Prim⁹: q̃ testat nobis hereditatẽ. Scds: q̃ declarat in mysterio fidẽ. Terti⁹: q̃ prestat pctõꝝ remissionem. De p̃mo dicit: Noui ꝛ eterni testamẽti. Noui: q̃ in ritu ꝛ effectu nouũ est. Apoc. xxi. Dixit q̃ sedebat in throno:
Hiere. xxi Ecce noua facio oĩa. Leuitic. xxvi. Nouis supuenientibus: vetera pijcietis. Itẽ dies veniẽt: ꝛ feriã domui israel ꝛ domui iuda fedus nouũ. Eterni dicit: q̃ nũq; reperiet alterius testamẽti vel sacramẽti supordinatione: sicut sacramentis veteris legis supordinatũ est aliud testamẽtũ ꝛ alia sacramẽta. vñ Hiere. xxxi. Scõm dñi nõ euellet ꝛ nõ destruetur vltra in ppetuũ. Et Esa. lv. Feriã vobiscũ pactũ sempiternũ. Et ad Heb. x. Una oblatione cõsummauit in eternum sanctificatos. Et ideo dr̃ testamentũ: q̃ in sanguine cõfirmauit oẽs testatas pmissiones. Hinc ad Heb. ix. Ubi testamentũ est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ eñ in mortuis cõfirmatũ est. Alioq̃n nondũ valet dũ viuit q̃ testat⁹ est. Et Zach. ix. Tu in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu: in quo nõ est aqua
Mysteriũ vnde Mysteriũ dicit a mystin grece quod est secretũ. Secretũ eñ fuit qualiter morte vitam eternã: et sanguine pficeret sanctitatẽ. vñ Esa. xxiiij. Secretũ meũ mihi: secretũ meum mihi. Et Job. xxviij. Profunda fluuioꝝ scrutatus est: ꝛ abscõdita pduxit in lucẽ. Fluuij sunt flumina vulnerũ: quorũ est pfunda sapiẽtia q̃liter sanguine christi redemptus est mũdus. Et in hoc pfundo oĩa mysteria fidei sunt reuelata. Nã de⁹ pacis eduxit de morte pastorẽ magnũ in sanguine testamẽti eterni. Qui scꝫ sanguis pro vobis discipulis meis. Nã ꝛ episcop⁹ ꝛ sacerdos indiget sanguine redẽptionis: q̃m ꝛ de pontifice dicit apostol⁹ ad Heb. v. Et ipse circundat⁹ est infirmitate: et pptereã debet quẽadmoduꝫ pro pplo: ita etiã pro semetipso offerre p peccatis. Et pro multis. scilicet predestinatis efficaciter: pro omnib⁹ aũt sufficiẽter effundet in remissionẽ pctõꝝ. tanq̃ nostre redemptionis precium. Hinc. j. Pet. j. Nõ corruptibilib⁹ auro vel argento redẽpti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati christi. Ad Heb. ix. Sine sanguinis effusione nõ fit remissio. Ideo dilexit nos: ꝛ lauit nos a pctĩs nostris in sanguine suo. Apoc. j. ¶ M Est aũt hec forma. Hic est eñ calix ꝛc. certa forma/forma cõgrua/forma sufficiẽs et pfecta. Certa: q̃ a christo istituta: ab apostolis pmulgata: ꝛ p sanctos patres in nos deriuata. Accepit eñ hanc formam romana ecclesia a summo apostolorum principe petro: q̃ fuit vltime cene: in qua hoc sacramentũ institutũ est: cõuiua. Unde Innocẽ. de officio misse. Romana ecclesia super apostolice fidei petrã stabili soliditate fundata: id integra fide seruauit: quod ab apostolis accepit: qui eã principaliter sacris instituere doctrinis: ꝛ ecclesiastici ritus regulã docuerũt. Ab ipsis ergo aplĩs petro ꝛ paulo: quos ꝛ viuos habuit ꝛ defunctos ritũ circa hui⁹ sacrificij oblationẽ accepit: quẽ hacten⁹ inuiolabili cultu seruauit. Idem in. c. Cũ marthe. de ce. missa. Credim⁹ q̃ formã verboꝝ: sicut in canone reperit: apostoli a christo ꝛ ab ipsis eoꝝ receperũt successores. ¶ N Nec obstat q̃ hec forma verboꝝ in nullo euãgelista: vt hic describit: posita reperit: q̃ vt ibidem dicit Innocentius: Multa tã de verbis q̃ de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa: que apostoli vel suppleuisse verbo: vel facto expressisse leguntur. Hinc dicit Alexander de ales parte. iiij. q. xxxij. Magis videt q̃ prefata forma verboꝝ quam seruat ecclesia: fuit forma tradita a dño: q̃ alia posita in euãgelijs: q̃ post scripta erant: et variata sm̃ diuersitatẽ traditionũ ꝛ translationũ. Neq; ipsi euãgeliste in forma verborũ cõueniũt. Un Math. hãc ponit formã: Hic est eñ sanguis meus noui testamenti: q̃ pro multis effundet in remissionẽ peccatorũ. Marcus sic lam: Hic est sanguis meus noui testamẽti: q̃ pro multis effundet. Lucas: Hic est calix nouũ testamẽtũ in meo sanguine: qui pro vobis fundet. Et paul⁹. j. Cor. xj. Hic est calix nouũ testamentũ in meo sanguine. In sensu tamen satis cõueniũt: quẽ oẽs narrare valebãt (atq; volebãt) Apostoli ergo q̃ ecclesiã instituerũt/sm̃ q̃ a dño acceperũt/formã tradiderũt. Euãgeliste vero facta ꝛ opera christi narrauerũt/plus q̃ historiographi/attẽdentes ad facta in se et ad veritatẽ intellectus/q̃ ad verba. Ideo frequẽter idẽ factũ/eandẽq; veritatẽ: nõ eisdẽ verbis: sensu tñ non dissonis scriptitarũt. Unde nõ fuit necesse ait Alexander: vt tãta diligentia apponeretur in euãgelijs de forma p̄scripta a dño scribẽda: in q̃b⁹ referunt opa dñi vt opata erãt: sicut vbi tradita est forma a dño p̄scripta: non vt iudicet opus christi: sed vt illa mediante/fiat quod christus fecit: idest cõuertat panis ꝛ vinũ in corpus ꝛ sanguinem christi. Ibi enim debuit illa forma precise obseruari: cui dominus dedit virtutem conuertẽdi. Hec Alexander. ¶ O Et propter hoc multi doctores dubitant: Utrum sacerdos vtens forma aliqua/ab euangelistis tradita/vere conficeret sanguinem: quia dubium est: vtrum ipsi euangeliste intendebant formam cõsecrandi tradere: aut christi duntaxat facta narrare. Multi tamen concedunt sacerdotem tali forma vtentẽ/vere christi conficere sanguinem. In cuius argumentum assumunt: quia ecclesia non negat grecos cõficere: qui tamen non vtũtur forma qua nos vtimur. Sed illa vt refert Richar. Hic est sanguis meus noui testamenti/qui pro vobis ꝛ multis effundetur. Et hoc communiter tenetur. Nec tamen ex hoc sequitur q̃ forma nostra nõ sit certa: quia in sententia satis concordat cum priori: ꝛ prior cum ista. Et ita oportet dicere/q̃ modica variatio forme quãtũ ad certas dictiones: dum tñ principalis sensus non mutetur: non reddit formã inefficacem: de quo supra cum de forma panis agebatur: lectione. xxxviij. latius disputatum est. ¶ Usus preterea romane ecclesie formam in canone positam/certissimam facit: etiam si in scriptura non reperiret/propter magnam consuetudinis huius ecclesie autoritatem: de quo beatus Aug. in libello de cura p mortuis agenda: ita scribit: Si nulla esset autoritas sacre scripture/que

ptureq; que doceret orare pro defunctis: tāta est auctoritas
ecclesie romane ⁊ consuetudinis eius obseruāte: vt nemo
illā insequēs poterit errare. Item in epistola quadam ad
beatū Hiero. Contra ecclesie fundatissimū morem nemo
sentiat. Hec de eius certitudine. ❡ Hinc cū forma expres-
sa in canone ab oībus obseruet in ecclesia romana: nemo
ambigere debet de eius certitudine: aut quouismō de ei⁹
efficacia hesitare. ❡ P Est etiam forma illa cōgrua: q̄r
in hoc sacramento significat sanguis christi vt effusus in
preciū nostre redemptionis: ⁊ vt ministratus in potū no-
stre refectionis. Sanguis aūt de se neutrum horū dicit ex-
presse: sed per cōiunctionem ipsius cū calice: vt effusus et
vt potandus offertur ac proponit. Calix nāq; sm predi-
cta transsumit ad significandū tam passionem q̄ potum.
Et propter hoc cōgruentius dicit: Hic est calix sanguinis
mei: q̄ Hic est sanguis me⁹: q̄r expressius significat ⁊ pas-
sio ⁊ refectio. Perfecta quoq; est ⁊ sufficiens: q̄r forme sa-
cramentales vt cōmuniter hoc significant qd̄ efficiūt. Hec
aūt significat sanguinem christi cōtineri in calice: qd̄ ⁊ effi-
citur. ❡ Q Per hoc etiā ad expositionem illoꝝ verboꝝ:
Hic est calix sanguinis mei / prius dimissam redeam⁹. Pri-
mus termin⁹ est pronomen hic: qd̄ demonstrat partim ad
sensum: partim ad intellectū sanguinem christi: in quem
species vini finitis verbis ꝯsecrationis cōuertunt. Demō-
strat aūt sanguinē in rōne potus. Unde valet: Hic scʒ san-
guis meus in potū traditus / est calix ⁊c. Et cōsequenter
quecūq; .s. lec. xlviij. de pronomine hoc / dicta sunt: pposito
seruiūt: ⁊ similiter dicendū de pronomine hic. Hec est snia
Alexandri vbi supra: cui satis cōcordant sanctus Tho. et
sanctus Bonauen. Sequit: Calix. Calix vt dictū est: pro-
prie significat vas potū cōtinens: tñ transsumit vel p po-
tu vel pro passione. Hic nō capit proprie: sed transsumpti-
ue pro potu. Unū sensus est: Hic scʒ qui erit in fine cōsecra-
tionis: est potus sanguinis mei / sm doctores supradictos
Qd̄ addit / sanguinis mei / specificat calicē pro potu acce-
ptū: vt sit sensus: Hic est calix .i. potus sanguinis mei: scilʒ
naturalis ⁊ veri: sm illud Ioh. vi. Sāguis meus vere est
potus. Et btū a Hiero. sup psalmū. lxxv. loquens iudeis-
ait: Sanguinem quem per insaniā fuderūt: per gratiā bi-
berunt. Et sctūs Bonauē. licʒ ponat in obliquo: intelligit
tamen intransitiue in recto: vt poculū vini: creatura salis
idest poculū qd̄ est vinū: ⁊ creatura que est sal: vt sit cōstru-
ctio intransitiua. Hec Bonauen. ❡ Quare aūt dicit ca-
lix / ⁊ nō simpliciter sanguis meus? Ratio statim supra sm
Alexan. dicta est. Nec impedit q̄ in cōsecratione nō dicit:
Hoc est cibus panis: q̄r panis de se est cibus. Nec habet
aliud officium q̄ cibare. Non sic sanguis christi: qui non
est potus: nisi quatenus propinatur in calice passionis.
❡ R Sed hic statim oritur dubiū non negligendū. Si
eñ forma illa quaten⁹ est forma efficax consecrationis: ha-
bet sensum illum metaphoricū / posset sacerdos cōsecrans
hoc ignorare: ⁊ intētionem suā ad sensum orationis pro-
priū reflectere ⁊ ita nō ꝯsecraret: q̄r deficeret debita inten-
tio: que semꝑ cōformis esse debet sensui verboꝝ sm quem
instituta sunt: vt sunt efficacia forme. Magis ergo ꝯgrue-
bat formā instituere / non habentem sic ambiguos sensus:
qui etiā sunt occasio distractionis: cum non possit concipi
sensus metaphoricus: nisi prius ꝯcipiatur sensus ppriꝰ:
⁊ ex eius similitudine fiat translatio ad sensum metapho-
ricum verū. Omnia aūt que vel distractionem vel errorē
occasionare possunt: debent a tanto sacramēto remoueri:
vbi nullū errorem: sed summā deuotionem ⁊ recollectio-
nem esse cōgruit in ministrante: sm illud Esa. lvij. Aufer-
te offendicula de via populi mei. ❡ Ad illud respondet
Alexan. vbi supra. q̄ quantūcūq; sacerdos consecrans ha-
beret simplicem ⁊ propriū intellectum verboꝝ: ⁊ per hoc
ex negligentia sacerdotis posset frustrari effectus sacra-
menti: tamen propter negligentiam illam que cōtingere
posset: nō debuit dominus qd̄ congruebat omittere. Sed
minister qui intendit cōsecrare: debet diligentius quo po-
test se recolligere ⁊ redire ad se: ⁊ etiam debet intelligere
qd̄ ad officiū suum pertinet: sine quo nō potest rite in offi-
cio ministrare: q̄ nihil omittat de contingentibus. Unde
dicūt q̄ negligentia talis in hac operatione est peccatum
mortale. ❡ S Sed illa sententia videt nimis dura. Et
si vera esset frequenter tolleret effectū cōsecrationis: tum
ex mentis distractione que nō est in potestate celebrantis:
immo frequēter dum magis recollectus: ⁊ ad singula in-
tentus esse cupit: magis distrahitur. Tum: quia maior sa-
cerdotum numerus hoc ignorat: qui etiam ab ecclesia ad
hec scienda nō diligenter instruunt. Unde recurrendum
est ad supra dicta lec. vi. Ubi sm pbabiliorem opinionem
sufficit q̄ sacerdos intendat hoc qd̄ ecclesia intendit per
hec verba efficere: ad que christus ea instituit: etiā si verba
ista penitus nō intelligat: quā intentionem habere pōt sa-
cerdos hereticus ⁊ infidelis: etiā in hoc articulo sacramē-
ti. Nō eñ pendet verboꝝ virtus ex intentione sacerdotis:
sed ex institutione christi. Et ideo quando est intentio illa
quā christus habuit: instituendo .i. intendendo q̄ ad pro-
lationem verboꝝ fiat cōuersio quam christus fieri voluit
per hec verba / sufficit. sufficit dico / ad effectum sacramen-
ti: q̄uis non semper sufficiat ex parte dispositionis mini-
stri: qui si ex sua negligētia ignarus fuerit aut distractus:
a peccato minime excusatur.

❡ Lectio. liiij. A



Circa formā cōsecra-
tionis sanguinis occurrunt aliqua dubia.
❡ Primū. Utrū ad pfectionem hui⁹ forme
ptineāt oia verba illa ab eo loco: Simili mō-
vsq; ad illū: Unū ⁊ memores? ❡ Ad illud cōiter responde-
tur sm oēs doc. q̄ verba precedentia istā clausulā nō sunt
de essentia forme: ⁊ illa sunt verba prolata in persona sa-
cerdotis referentis / qd̄ factū est. Cōsecratio aūt fit in ver-
bis in psona christi plātis. sm beatū Amb. Illa ꝟo verba
Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs: q̄ proferunt vt prolata a chri-
sto: nō sunt essentialia forme cōsecratiōis sanguinis: sicut
nec illa: Accipite ⁊ comedite ex hoc oēs: requirunt ad con-
secrationem corporis christi sub speciebꝰ panis: q̄r magis
respiciūt vsum sacramenti q̄ eius pfectionem: immo eius
pfectionem .i. transsubstantiationem presupponūt. Sen-
sus eñ est. Accipite ⁊ bibite ex eo post cōuersionē vini in
sanguinem. de quo .s. lec. xxviij. Similr ⁊ hec verba (Hec
quotienscūq; feceritis / in mei memoriā facietis) non sunt
de essentia forme: q̄r nō plus respiciunt cōsecrationem et
sumptionem sanguinis q̄ corporis: q̄r vtrūq; corporis et
sanguinis cōsecrationem ⁊ sumptionē eque precepit chri-
stus fieri in memoriā. Si ergo ptinerent ad cōsecrationē
sanguinis: pari rōne ad cōsecrationem corporis: ⁊ ita sub
hostia panis nō esset verū corpus christi ante plationem
horū verboꝝ. Et ita cum prius p sacerdotis eleuationem
ostendit populo: populus adorans / adoraret idolum: qd̄
est absurdissimū. ❡ Preterea p illa verba (vt cōiter cōce-
ditur: ⁊ ponit btūs Hiero. de illustribꝰ viris) Christus cō-
tulit apłis consecrandi potestatem: eosq; ordinauit sacer-
dotes. Collatio aūt potestatis nō fit per verba ad conse-
crationem ptinentia: q̄r verba cōsecrationis respiciūt ma-
teriam que consecrat: vel terminū ad quem cōsecratio ter-
minatur. Verba aūt per que cōfertur potestas cōsecrandi
respiciunt eū cui confert: ⁊ potestatem ipsam que cōfert.
Ideo cōiter cōcessum est verba illa ad cōsecrationem nō
pertinere. ❡ B De illis ꝟo verbis: Noui ⁊ eterni testa-
menti qui pro vobis ⁊ pro multis effundet in remissionē
peccatoꝝ. est magis dubiū: q̄r de his varie sentiūt docto.
Sctūs Tho. par. iij. q. lxxviij. ar. iij. dicit q̄ ille clausule: No-
ui ⁊ eterni testamenti / ⁊ sequētes / sunt de substātia forme
vsq; ad illam: Hec quotienscūq; feceritis: que ptinent ad
vsum huius sacramenti: q̄r ille clausule ptinent ad integri-
tatem huius orationis: Hic est calix sanguinis mei: q̄r sunt
determinationes predicati / scʒ sanguinis mei. Et idem est

qđ dicit: ꝙ sacerdos eodem ritu ⁊ mō scʒ tenendo calicem
in manibus: oīa hec verba ꝓfert. Lu. etiā. xxij. interponun
tur hec verba inter prima/cū dicit: Hic est calix nouū testa
mentū in sanguine meo: q: ergo ꝑtinent ad eandē oratio
nem: ꝑtinent ad eandem formā. Silr ⁊ hec clausula. Qui
pro vobis ⁊ pro multis effundet: videt ad eandē oratio
nem ꝑtinere: ꝓpter relatiuū qui: qđ implicat suū antece
dens/qđ est sanguinis mei. ¶ Alexan. de ales par. iiij. q.
xxiiij. dicit ꝙ illa vba dūtaxat: Hic est calix sanguinis mei/
sunt de subā forme. Cuiꝰ ratio est: q: illa sunt tm̄modo de
forma quibꝰ fit transsubstantiatio vini in sanguinē christi.
Sed ꝑ illa verba q̄ sequunt: non fit transsubstantiatio: q:
nō transeūt sup materiā transsubstantiandā: sed sunt pro
prie declaratiua quarūdam cōditionum quibꝰ excellentia
huius sacramenti manifestat. Hec aūt verba: Hic est calix
sanguinis mei: expressiua sunt totius effectus cōtenti in
hoc sacramento: sicut ⁊ verba cōsecrationis corporis sunt
hec: Hoc est corpus meū: que significāt corpus sub specie
bus panis cōtineri. vn̄ sicut illa: Accipite ⁊ bibite: q̄ perti
nent ad vsum sacramenti: non sunt de essentia forme: ita
neq; (immo a minore) illa: Noui ⁊ eterni testamenti qui ꝓ
vobis effunderetur. Nec obstat ꝙ ille clausule in se nō sunt
orationes ꝑfecte: q: sufficit ꝙ forma illa cōsecratiua in se
sit ꝑfecta sine illis clausulis adiunctis. Hec em̄ est ꝑfecta
oratio: Hic est calix sanguinis mei. Neq; obstat euāgeliuʒ
Luce: qđ allegat in quo verba aliqua ex sequentibꝰ inter
ponunt. Quia vt dictū est: in ipsis euangelijs non tradit
forma vt a dn̄o est tradita ad cōsecrandū instituta: sed vt
a dn̄o dicta ⁊ gesta: que nō necessario eo ordine ⁊ eisdem
verbis: sed equiualentibꝰ exprimunt. Ritus etiā nihil ar
guit: q: verba illa breuia sunt/⁊ priorībꝰ cōnexa: pro quibꝰ
solis nō oportuit alium instituere ritum. ¶ Huic opi. con
sonat dn̄s Alber. cōsonat ⁊ sanctus Bonauen. dicens: ꝙ
hec est forma congrua/tota/⁊ perfecta. Sufficiens em̄ est
ad significandū transsubstantiationem vini in sanguineʒ
christi. Unde in his que sequunt: describitur effectus san
guinis in hoc sacramento significati ⁊ contenti in cruce
effusi. ¶ E Scotus dicit in. iiij. dist. viij. q. ij. ꝙ nō est no
bis traditū oīno certitudinaliter: an ad formā cōsecratio
nis sanguinis ꝑtinent aliqua vba que sequunt post illud:
sanguinis mei. Ideoq; periculosum est illud asserere: de
quo sufficiens autoritas ⁊ ratio nō habetur. Nō est em̄ pe
riculosum hoc ignorare: q: est ignorantia inuincibilis: q:
nō potest homo ex quacūq; diligentia istud scire qđ que
ritur: nisi speciali reuelatione illustretur: qđ q: factū nō le
gitur: certitudo in premisso negocio nō habetur. ¶ Ex il
lo dicit: patet improbatio cuiusdā dicti indiscreti: ꝙ neces
se est in quolibet sacramento scire precise que verba sint
de forma/ ad hoc vt sacramentum illud rite perficiatur.
Illud em̄ manifeste falsum est: nō solum in proposito: sed
etiam in sacramento penitentie ⁊ ordinis. Nō em̄ dicit: est
oīmoda certitudo que sit forma precisa ordinationis in sa
cerdotem: propter multitudinem sermonū quos profert
episcopus in collatione prefati ordinis: ⁊ tamen nō est di
cendū ꝙ nullus est in ecclesia vere in sacerdotem ordina
tus. Similiter diuersi diuersis vtuntur formis in sacramē
to penitentie: nec est certum de aliquibus verbis precisis
que sint forma: nō tamen dicendū ꝙ nullus absoluat in
ecclesia. Sic de sacramento matrimonij. Addit idem cōsi
liū/dicens: Sacerdos intendens facere qđ facit ecclesia:
legens distincte verba canonis a principio vsq; in finem/
vere cōficit. Nec est tutū alicui qui se reputat valde peri
tum de scientia sua dicere: volo vti precise istis verbis pro
consecratione sanguinis: sed securior est simplicitas qua
apud se dicat: Uolo proferre verba ista ea intentione qua
christus ea instituit ꝑferēda: vt q̄ ex christi intētione sunt
de forma: dico vt de forma: ⁊ q̄ ad reuerentiā: ꝑfero ad re
uerentiā. Hic absq; dubio rite ⁊ legitime ꝓcedit ⁊ vere cō
secrat. Hec de forme integritate. ¶ D Possent moueri
dubia de veritate forme; sed de hoc dicendū erit sicut su

pra dictum est de veritate forme cōsecrationis panis lec.
xlviij. ¶ Sed specialiter dubiū facit verbū/effundet: qđ
est futuri tp̄is: rōne cuius videt forma ista cū nunc a sacer
dote profert nō esse vera: licʒ dum a christo in cena profe
rebat fuit vera: q: in nullo futuro tp̄e post presens instās
sanguis christi effundet: sicut nec morietur: cui mors vltra
nō dominabit. Rom. vi. Ad hoc faciliter respondent qui
dicūt verba illa sequentia participiū/dicens: vsq; ad illa:
Unde ⁊ memores: accipi materialiter/ ⁊ nō significatiue:
sic em̄ cessat ratio dubij: cū effundet sic acceptū: nō impor
tet tempus: q: nō est verbū: sed nomen: sicut oīs dictio ma
terialiter accepta. ¶ Scd̄m alios qui dicūt oīa verba: Hic
est calix/cū sequentibꝰ accipi significatiue: videt dici posse
ꝙ effundet: refertur ad tempus: qđ in hora institutionis
fuit futurū: ⁊ nō ad tēpus: qđ nunc in hora cōsecrationis
est futurū. Ita ꝙ tantū valeat ꝙ effundet. i. effundendū
erat: nunc vo effusum est. Et sic vera est oratio: ⁊ hec signi
ficatio satis colligit ex circūstantibꝰ cōstructibilibꝰ: ex qui
bus satis significatur: ꝙ illa verba proferunt a sacerdote
tanq̄ prolata a christo. Et ideo ad idem tempus referen
da sunt: ad qđ christus ꝓferens/retulit. ¶ Et si dicit: ergo
verbū est/etiā ad idem tp̄s referendū est: q: tota illa ora
tio sequens participiū dicens: dicit vt ꝓlata a christo ⁊ in
ꝑsona christi: scʒ accipite ⁊ bibite ex hoc omnes: Hic est ca
lix ⁊c. Et ita est/importat tp̄s ꝓlationis christi: ⁊ sic oratio
simplr erit falsa: q: ꝓnomen hic/demōstrat sanguinē chri
sti: nō simplr/sed cōtentū sub illis speciebꝰ vini: sicut dictū
fuit de ꝓnoīe hoc/in cōsecratione panis. Cū ergo ille spe
cies vini quas demonstrat hic pro suo connotato: pro tp̄e
importato ꝑ est: scʒ ꝓ tp̄e ꝓlationis christi nō fuerūt ꝓno
men hic/respectu copule est/tale tp̄s importās nō suppo
neret. Oportet em̄ cōnotatū ⁊ substratū simul correspon
dere termino cōnotatiuo/respectu copule ad hoc vt sup
ponat: alioquin deficiente cōnotato/deficit ⁊ suppositio.
¶ Ad hoc videt dicendū/saluo meliori iudicio: ꝙ nō est
simile de verbo est/⁊ de verbo effundet. Naʒ est/in forma
cōsecrationis importat tp̄s ꝓlationis sacerdotis ꝓferen
tis: vel maius: illud tn̄ includens vt supradictū est de for
ma cōsecrationis panis: q: illa verba/ hic est calix sangui
nis mei: nō tm̄ ꝓferunt vt ꝓlata a christo: sed vt instituta
ab eo: vt forma efficax cōsecrationis sanguinis pro tp̄e: ꝓ
quo ꝓferunt a sacerdote celebrante legitime: rōne cuius
verbū est/importat tp̄s celebrationis pro quo est efficax
forma. ¶ Et fm̄ hoc opʒ dicere ꝙ illa clausula: qui effun
detur ⁊c. nō est de essentia forme. Qđ etiā rōnabiliter vi
detur dici posse plus q̄ de illa: noui ⁊ eterni testa. q: illa
oratio/q̄ pro vobis ⁊c. est ꝑ se ꝑfecta oratio ⁊ cathegorica
ꝓpositio copulatiue priori cōiūcta. qui em̄ valet tantū. i. ⁊
ille sanguis. Et ideo pōt verbū eius effundet: importare
aliud tp̄s q̄ hoc verbū est: in alia cathegorica precedente
cui copulat. Cui nō placet hec solutio: aliā querat: q: nimis
dus quicq̄ asserere nō ausim qđ nō inuenio a docto. prio
ribus exaratū: semꝑ in his magis cupiens doceri q̄ doce
re. ¶ E Tertiū dubiū. Utrū ille due forme consecratio
nis corporis ⁊ sanguinis mutuo se expectent quantū ad
eoꝝ efficaciā: aut vna sine alia effectū propriū sortiat. Hic
quidā antiqui doctores dixerūt ꝙ ille due forme se expe
ctant in agendo: ita ꝙ prima non perficit suū effectū/nisi
secūda proferat: neq; prius ꝯuertit panis in corpus chri
sti: q̄ vinū conuertat in sanguinem: qđ fit finita ꝓlatione
secūde forme. Motiuū eoꝝ est: q: si per verba cōsecratio
nis panis: panis cōuerteretur in corpus christi ante con
secrationem vini: sequit ꝙ in hoc sacramēto corpus esset
sine sanguine: ⁊ ita nō viuū: cū vita sit in sanguine. Et pro
pterea sacramentū corporis ⁊ sanguinis sunt vnū sacra
mentū. Nihil aūt est vnū/nisi positis his que ad vnitateʒ
requirunt: quare per formā cōsecrationis panis/ nō con
stituitur sacramentū/nisi adsit ⁊ forma cōsecrationis san
guinis. Sed his non obstantibus dicendum est plane/ꝙ
verba cōsecrationis panis effectum suū habent prius q̄

ritate fuissent exhibita. Si vero instituens magis dirigeret oculū ad ꝓpriū cōmodū/citra tñ dei cōtemptū/posset dici ꝙ ista suffragia (si tñ aliq̄d valerēt) plus valerēt exhibita statim ꝙ̄ in longū dilata. Et dico (si tñ valerent) q₂ verti pōt in dubiū si valeant/dū principaliter intēduntur propter cōmodū ꝓpriū/sc₃ liberationē a pena/propter defectum circūstantie finalis vltimi. Ista eñ circūstantia deficiente/nō erit institutio meritoria ꝓmij essentialis: q₂ etsi ꝓcederet ex habente charitatem: nō tñ elicit̄ ex charitate: qđ requirit̄ ad tale meritū: pōt tñ esse aliquo mō meritoria ꝓmij accidētalis: hoc est alicui⁹ boni tēporalis/q̄lis est remissio pene purgatorij. Si hec rñsio non placet: cedo libens sniē sanior. ¶ I. Ad vltimā questionē superi⁹ lec. lvj. factā: videlicet vtrū suffragia facta pro defunctis etiā valeant siue prosint viuis faciētib⁹ ea. Et vtrū tantū actori ꝓsint quantū ꝓdessent si intētionē suā ad aliū nō dirigeret. Distinguendū erit de valore suffragij ḃm btm̄ Tho. dist. xlv. q̄rti scripti. q. iiij. arti. vlti. sniāliter: ꝙ valor suffragij ex charitate ꝓcedentis est duplex ḃm duplex meritum. Meritū videlicet ꝓmij essentialis: hoc est alicui⁹ gradus beatitudinis q̄ est visio ⁊ fruitio dei ꝑfecta: Est ⁊ meritum premij accidentalis/hoc est alicui⁹ boni tēporalis: vel etiā eterni: qđ nō est de essentia beatitudinis: vt gaudium qđ habet̄ de bono creature. Inter ꝓmia accidentalia est etiā remissio pene purgatorij: de qua ꝓncipaliter nunc agitur. Quantū ad premiū essentiale cōiter dicunt̄ opera meritoria: quantū ad pene redemptionem dicunt̄ satisfactoria. ¶ Hac distinctione premissa/dicitur primo/ꝙ suffragia quantū ad premiū essentiale tantū valent viuis/sc₃ actori ⁊ nō defunctis: ⁊ hoc si suffragium elicitur ex charitate. Patet satis ex dictis. s. lec. lvj. in respōsione ad questionē ibi motam: ⁊ lectione. lvij. in respōsione ad quintam questionem. ¶ Sed vlterius quesitum est/an tantum valeat actori: ⁊ hoc quoad premiū essentiale/ac si pro se fieret: et intentio sua ad alium non dirigeretur. Ubi posset generalius queri: vtrū opus satisfactoriū ex intentione satisfaciendi ⁊ soluendi debita pro peccato cōmisso: siue a se siue ab alio/tantū valeat actori ad premium essentiale/quantum sibi valeret/si intentionē suā tantum ad beatitudinem acquirendā dirigeret: ⁊ nō ad penā redimendā. Uerbi gratia. Imponitur in foro penitentie opus aliqđ satisfactorium: penitens exequit̄ illud in charitate/intentione satisfaciendi pro suis peccatis. Utrū tale opus/tantū premium mereat̄ in beatitudine: quantū mereretur: si nō esset iniūctum pro penitentia: nec haberet̄ respect⁹ a faciēte ad pene solutionē debite pro peccatis. ¶ L. Ad hāc questionem respondetur ꝑ quatuor ꝓpositiones notatu dignas. ¶ Prima: Exequens opus satisfactionis sibi impositū in foro penitētiali ex charitate meret̄ in illa executione premium eternū. Probat̄: quia omnis actus bonus viatoris procedēs a charitate est meritorius premij eterni. Patet per illud saluatoris Johānis. xij. Si quis mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi sum ego: illic ⁊ minister meus erit. Ministramus charitatis operibus: ergo erimus vbi ipse est: non in terris: sed in beatitudine: in qua semper est christ⁹ quia eternaliter est beat⁹. tota scriptura concordat. ¶ Secunda propositio. Nulla actio meritoria est minus meritoria premij eterni: ex eo ꝙ cum hoc ꝙ est meritoria: est etiā satisfactio vel redemptio tēporalis pene peccatis debite. Patet: quia nisi sic nimis punirentur boni ⁊ electi: si aliq̄s gradus eterni premij debitus tolleret̄ aut minueretur in recōpensationem pene temporalia remittende: immo melius consultius q₃ foret totā penā purgatorij soluere/ꝙ̄ pro sublatione illi⁹ pene aliquo gradu glorie carere. Subtractio eñ illius gradus glie/excederet longe quācunq₃ temporalem penā: ⁊ sicut grauior est pena dāni quacunq₃ pena sensus etiā eterna: multo magis grauior pena est/pena damni quantū ad hunc gradū eterna quacunq₃ pena temporali. Similiter stulte tūc facerēt cōfessores penitentiā per modū satisfactionis imponētes: ⁊ presertim in hoc ꝙ opera deuotionis ⁊ meritoria opera vite eterne in satisfactionē imponūt/dicentes: Opera bona que facies sint tibi in remissionē peccatorum: q₂ tollerēt partē premij debitā illi merito. Stulte etiā facerent hoies pro peccatis suis se in hoc seculo affligentes. Cōsultius q₃ esset viatorib⁹ oia sua opera facere precise ꝓpter amorē dei: et ad merendū beatitudinē: ⁊ oēm satisfactionem vsq₃ ad purgatoriū differre: qđ est contra illud Luce. iij. Facite fruct⁹ dignos penitentie. Cōtra etiā patrū doctrinas ⁊ ritū ecclesie. ¶ L. Tertia propositio. Actioni meritorie satisfactorie debetur tantum premij eterni/quantū debet̄ simili actioni in istomet satisfacienti vel alio: vbi talis meritoria actio non esset satisfactoria. i. redemptio pene tēporalis: ceteris oibus paribus. Pro intellectu hui⁹ ꝓpositionis pono: Sint duo quorum vnus tenet̄ ad penā tēporalem: alius nō tenet̄: q₂ remissa est sibi ois pena: putet tñ se obligari ad aliquam penā. Faciāt hi opera certa animo satisfaciendi: ⁊ sit equalis charitas in vtroq₃: equalis q₃ conatus: equalis deniq₃ intentio actus: ⁊ ita de alijs. Nulla sit inter eos differentia/nisi ꝙ vnus obligat⁹ sit pene: alter nō: licet ambo putent se obligatos. In illo casu nō minus premij debet̄ actioni satisfactorie/ꝙ̄ ei que nō est satisfactoria. Patet propositio ex eo q₂ nulla actio meritoria est min⁹ meritoria ex hoc ꝙ simul est satisfactoria: ⁊ per cōsequens cū in hmōi actionib⁹ (de quibus casus) est oimoda paritas: excepto solo ꝙ vnius satisfacit/non alterius in quo nihil est soluēdum: q̄ disparitas nō facit differentiā in merito: ideo nec erit differētia in premio: debetur igitur equale premiū essentiale vtriq₃. ¶ Quarta ꝓpositio. Actioni meritorie ⁊ satisfactorie debetur q̄nq₃ maius premiū/ꝙ̄ simili actioni meritorie non satisfactorie in ipsomet vel alio. Patet: q₂ in illo qui habet satisfacere illa actio est meritoria tanti gradus beatitudinis: quanti in illo alio qui non indiget satisfactione: et cū hoc est redemptiua alicuius pene in eo qui habet satisfacere ⁊ non in alio cui totum dimissum est: licet in casu ignoret: licet sibi valeret equaliter ad remissionem pene si esset debitor pene. Nam vtriq₃ equaliter valeret/si vterq₃ eq̄liter indigeret: ⁊ si neuter indigeret/neutri quoad illum effectum valeret. Sicut ignis rem humidam ⁊ frigidam calefacit ⁊ exiccat: aliā rem eque frigidam sed summe siccam calefacit quidē/sed non exiccat: exiccaret autē si humida esset. Potest tamē rationabiliter dici/ꝙ sicut tale opus ex charitate factū valet vni illorum: vt dictū est: ad redemptionē pene tēporalis/illi scilicet qui habet satisfacere: ita valet alteri ad aliqđ aliud bonū tēporale: puta sanitatē vel multiplicationē tēporaliū vel preseruationē a malo specialem/⁊ cetera hmōi. Uel ex hoc valere colligit̄ thesaurus ecclesie: vnde per indulgētias subuenitur indigentie proximorum ad satisfactionem obligatorum. ¶ Ex quo seq̄tur ꝙ stulta est hec ⁊ impia parcitas/qua quis subtrahit suffragia proximis timore diminutionis premij/se pro tali opere in beatitudine manentis. Patet: quia per hoc premium nō minuitur. ¶ Quinta propositio: Stat quādoq₃ opus suffragij ex intentione pro defunctis facti/esse maioris meriti ꝙ̄ si fieret solo respectu beatitudinis acquirende sibijpsi. Patet: q₂ maiori charitate videt̄ accensus: qui scintillas mittit ad alios: maxime ad inimicos: ꝙ̄ is q̄ sibi soli solicitus est. Charitas eñ nō que sua sunt querit tātū sed que aliorū. ⁊ ignis intensus in modio includi non pōt sed erumpit: ⁊ purior est amor ille quasi minus habens de proprio siue amore concupiscentie: qui frequenter minuit amorem amicitie: et per consequēs meritū: q₂ solus amor amicitie dei principium est meriti: nō amor concupiscētie dei vel sui ipsius. ¶ M. Quantum ad meritum premij accidentalis: ⁊ presertim remissionē pene temporalis/de quo magis ad propositū: Aduertendū/ꝙ opus satisfactoriū. potest valere ad remissionē pene alicui dupliciter sc₃ directe ⁊ indirecte. Directe valet illi ad quem intentio actoris dirigitur tanq̄ ad illum pro quo opus illud operatur. Indirecte/q̄n hoc modo actoris intentio non dirigitur.

sed ab̄s ad aliquē fructus operis deriuatur. Primo modo
ꝛ directe nō valet actori ad pene remissionem/nisi inquā-
tum fieret vel pro illo qui suffragio non indigeret: vt si is
pro quo fit iam esset beat⁹: vel pro eo qui iuuari nō posset:
vt dānatus. In hoc em̄ casu/q: nō proficit illis p quib⁹ fit
reuertit meritū ad eū qui facit: ſm illud ps̄. xxxiiij. Oratio
mea in sinu meo conuertet. ꝛ Luce. x. Si non fuerit filius
pacis/pax vestra ad vos reuertet. Esse em̄ debet habitua-
lis intentio facientis suffragiū/ꝙ sibi pficiat: si illi pro q̄-
bus facit capaces non fuerint. Si vero capax fuerit is pro
quo fit: nō proficit ad hunc finē actori: quia vt dicit beatus
Tho. vbi. s. opus suffragij reputat quasi eius pro quo fit:
igit ita absoluit eū a debito pene: ꝙ nō absoluit faciētem
a debito pprio pene: q: in tali recōpensatione attenditur
equalitas iusticie. Opus aūt satisfactorium ita pōt appli-
cari vni reatui/ꝙ alterū nō cōpensat. Nā reatus duorum
peccatorū reqrit maiorē satisfactionē ꝙ vnius. Cum ergo
totū opus applicatur alteri qui eo indiget: nihil remanet
actori: nā qui ſm humanā iusticiā pro altero debitum sol-
uit: tali solutione seipsum a debito pprio nō liberat. Et de
hoc latius dictū est. s. lec. xxvij. ꝛ. xxviij. ¶ N Indirecte
vero plurimum valet actori: nedum ad remissionem pene
quā ipse nunc debet: vel ex cōmittendis peccatis debebit:
sed etiā ad augmentū grē: ad pseuerantiā in bono: vel ad
primā gratiā impetrandā. ¶ Primū patet: q: per hoc me-
rent actores: vt dū ad eundē statū venerint: etiā supersti-
tum suffragijs adiuuari possint. Nā vt supra dictū est: illis
mortuis prosunt suffragia viuorū: qui dū viuerent merue-
runt vt possint eis post mortē hec prodesse. Et licet p fina-
lem perseuerantiā in grā generaliter hoc merent vt dictū
est: specialiter tn̄ hoc merent ꝛ appropriate faciendo nūc
misericordiā cū predecessorib⁹ defunctis suis. Naʒ scriptū
est: In qua mensura mensi fueritis remetiet vobis. Mat-
thei. vij. ꝛ iterum: Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordi-
am consequētur. Matth. v. Ita reuera ꝛ nos si modo mi-
sericordes fuerimus in defunctos: merebimur similibus
superstitū suffragijs subleuari: alioqn iudiciū sine miseri-
cordie fiet ei: qui nō facit misericordiā. Iaco. ij. ¶ Nec im-
pbabiliter hanc vnā esse causam inter ceteras existimādū
est: cū frequenter tam tarda ꝛ impfecta fit testamētorū ex-
peditio: q: ꝛ ipsi dū vixerūt negligentes extiterāt executo-
res circa suorū predecessorū testamēta. Scdm̄ patet: quia
hos quib⁹ viui impendūt suffragia habitum sunt pſe di-
ligētissimos intercessores. Licet em̄ nūc purgatorij ignis
carcere teneant: sunt tn̄ amici dei: ꝛ magni apud deū me-
riti: qui ingrati bnficioꝝ esse nō possunt: ideo liberati suis
liberatorib⁹ vicē repēdentes: pro eis potenter dn̄m exora-
būt. Non tantū cū ipsi nūc suffragia impēdentes etiā pur-
gatorijs tenebant ignib⁹: quo tūc nō minorē satisfactionē
orationib⁹ impendent ꝙ receperūt. Sed dū adhuc in via
existūt: presentis vite gratie augmentū/eiusq pseuerātiā
impetrabūt. Nec hoc tn̄ eos facere credēdū est dū libera-
ti sublimabunt ad gloriā: sed pie putandum/ꝙ hoc ipsum
agant adhuc existentes in purgatorio: nā qui ibi existētes
corporalia viuis prestant bnficia: quō non magis spūalia
impetrabūt? ¶ Legit autē et scribit Petrus Damiani de
beato Seuerino coloniensis ecclesie epō/ꝙ satisfactionis
detentus penis miraculis claruit in terris. Similr de bea-
to pascasio romane ecclesie diacono/refert beatus Greg.
lib. iiij. dial. ¶ O Neq negandum est plerosq diutius
purgari/q̄ maioris sunt meriti: ꝛ per cōsequēs potētiores
apud deū: nōnullis citi⁹ liberatis aut euolantib⁹: qō ma-
nifestū est de pueris ante vsum rōnis in baptismali inno-
centia defunctis q̄ euolāt: ꝛ minoris meriti sunt existenti-
bus in purgatorio. Et ex illo patet quartū/scʒ ꝙ possunt
impetrare primā gratiā. Tertiū em̄/scʒ pseuerantiā mani-
festū est ex scdo: q: eadē rōne qua impetrant augmentum
gratie: impetrāt ꝛ pseuerantiā. Sed quartū patet: nā stat
facientē opus satisfactoriū esse in pctō mortali: et licet tūc
ſm op⁹ patū psit ſm pdicta: pensant tn̄ aie sancte defun-
ctorū nō tam opus ꝙ affectū: q: pfecta in eis est charitas:
ꝛ nō desinēt repēdere affectū. Repēdent aūt in eo qō ma-
gis necessariū est ei cui repēdunt iquātū possunt. Possunt
aūt orōnib⁹ impetrare primā gratiā capaci: qua nihil ma-
gis necessariū pctōri: q̄ qm̄ viator est/capax est grē: illā er-
go primo impetrabūt: siue adhuc existētes in purgatorio
siue iam assumpti in celo. Sic em̄ legim⁹ multis cōcessam
primā gratiā orōnib⁹ scroꝝ tam viatoꝝ ꝙ cōprehēsoꝝ. Si-
militer stat eū q̄ facit suffragiū in grā existentē/reddi iterū
in mortale. Cui iterū liberati a purgatorio/suis orationi-
bus impetrare possunt cōuersionē a pctō: ꝛ ita primā grati-
am. Nec ipedit ꝙ sunt extra viā: ꝛ nihil sibi mereri possunt
q: possunt orōnib⁹ suis p nobis apud deū facere/gratiam
ꝛ remissionē nobis impetrare: sicut ꝛ iam sublimati in glo-
ria: de quo. s. lec. xx. ¶ P Nō ergo nobis negligenda
est suffragiorū impertitio defunctis: quorū precibus deo
cōfidimus recōciliari: q̄nimmo ea suffragia sollicite ꝛ dili-
genter impēdere: ex quib⁹ nihil vtilitatis proprie perit: sʒ
impensum reddet cū vsura. Aut em̄ ipsi quib⁹ impēdim⁹
capaces sunt suffragiorū: aut nō. Si nō: redeūt nostra ad
nos suffragia. Si sunt capaces: maiorem ab eis/siue a deo
per eos recipiemus retributionem: qō maxime verū est/si
suffragia impendim⁹ nō turpis lucri grā: sʒ gratis ex cha-
ritate dei ꝛ dilectione fraterna. De primis em̄ vehemēter Mat. vj
timendū ne eis dicat: Amē amen: receperūt mercedē suā.
qō vtiq timere habent: qui nō pro sustētatione vite: sed sa-
tisfactione auaricie suffragia mortuoꝝ in questū ponunt:
vbiq se p bnficiorū pluralitate: aut quotidiana distribu-
tione alijs se obligāt: se miserabiliter negligūt. Non em̄ il-
li sperare possunt retributionē et suoꝝ defectuū futuram
per eos subleuationē: sicut q̄ pietate cōmoti/q̄si eleemo-
synam illā indigētib⁹ impertiētes suffragia faciūt. De his
aplŝ cū. ij. ad Coꝝ. viij. ad faciendū eleemosynā hortaret
dixit: Vestra abūdātia illoꝝ inopiā suppleat: vt ꝛ illorum
abūdantia vestre inopie fit supplementū. vt ſm glo. sicut
hic ministrant sctis: scʒ p suffragia impensa eis/vicē semel
reddant in futuro. Et tantum de hac materia suffragioꝝ.

¶ Lectio. lix. A

NObis quoq peccatoribus famulis tuis de multitudine misera-
tionū tuarū sperātib⁹/partē aliquā ꝛ societa-
tem donare digneris/cum tuis sctis aplīs ꝛ
martyrib⁹: cū Iohanne/Stephano/Matthia/Barnaba
Ignatio/Alexandro/Marcellino/Petro/Felicitate/
Perpetua/Agatha/Lucia/Agne/Cecilia/Anastasia: ꝛ oī-
bus sanctis tuis: intra quorū nos cōsortiū non estimator
meriti: sʒ venie q̄sum⁹ largitor admitte. ¶ Hec est scda p-
ncipalis ptis tertie ꝛ vltime ptis toti⁹ canonis: in q̄ post
petitū refrigeriū p defunctis: petit suffragiū p viuis: et cō-
sortiū cū sctis triūphantis ecclie mēbris. Et subdiuidit p-
illa in tres pticulas. In pma captat ei⁹ q̄ petit beniuolen-
tia. In scda petitiōis exprimit materia/ibi: Partē aliquā
ꝛc. In tertia ei⁹ per quē petim⁹ inducit psona/ibi: Per chri-
stum dominū nostrū. ¶ Quoad primā partē dicitur: No-
bis q̄. Nobis ſm Alb. q̄/q̄ p alijs mortuis itercessimus ꝛ
sacrificiū p eoꝝ liberatione a penis obtulim⁹: cum tn̄ nos
magis hac grā indigeam⁹. Debet em̄ sacerdos quēadmo-
dū p alijs: ita etiā p seipso offerre p pctis. vt dr ad Heb.
v. Qm̄ ꝛ ipse circumdat⁹ est infirmitate. ibidē. Quasi dice-
ret cū patriarcha iacob. Iustum est vt aliqn ꝛ domui mee
puideā. Gen̄. xxx. Dixit ille: nō mihi sed domui mee. Ita ꝛ
sacrificās nō dicit mihi sed nobis: q: ſm predicta/sacrifici-
um qō offertur sacrificiū est militātis ecclesie: in cuius per-
sona sacerdos sacrificat atq petit. Addit: Peccatoribus
Peccatores se ꝛ alios viuos pnūciat: q: ꝛ ille dilect⁹ chri-
sto discipulus/qui ob vite sue puritatē sup pect⁹ dn̄icum
recūbere meruit: de seipso ꝛ alijs ait: Si dixerimus q: pec-
catum non habemus: ipsi nos seducimus: ꝛ veritas in no- i. Ioh. i.
bis non est. Et addit Innocē. ꝛ post eum Alexan. de ales.

Licet omni tēpore debeamus ex corde nos recognoscere
peccatores: precipue tamē illud expedit in misse sacrificio
qđ in remissionem peccatorū celebrat. ¶ B Sed forte
diceres. Cum scriptum sit/peccatores deus nō exaudit: vt
habetur Johā. ix. Quare in hac petitione sacerdos peccm̄
suū ꝛ aliorū allegat? Videt em̄ ꝙ hoc petitioni prestet ob-
staculum ne exaudiatur. Ad qđ dicit ꝙ peccator vt pecca-
tor/petens ea que saluti obuiant ꝛ sunt nociua/a deo non
exauditur saltē placato: q: ad sui dānationē exaudiri pos-
set a deo irato: sicut dicit beat⁹ Grego. ꝙ deus qñꝙ conce-
dit iratus: qđ negat placatus. Peccator etiā petens aliqđ
quasi in signū aut testimoniū sue probitatis: non exaudit.
Deus em̄ falsitatis testis esse nequit. Et sm̄ hoc inductum
videtur verbū ceci: Scimus q: pctōres de⁹ non exaudit: in
approbationē scʒ sue pbitatis. Peccator tm̄ cū petit aliqđ
a deo/cum humili sui recognitione/ac peccatorū suorū qsi
indignus exaudiri: sicut fecit qui ait: Dñe non sum dignus
vt intres sub tectum meum. Matth. viij. Et item: Qui pre
multitudine peccatorū suoꝝ sursum ad celos oculos suos
attollere nō audebat: sed percutiens pect⁹ se peccatorē fate-
batur/dicēs: Deus propitius esto mihi pctōri. Luce. xviij.
Horū exēplo qui petit ea q̄ ad salutē pertinent: a deo gra-
tiose exaudit: ꝛ eo ampli⁹/quo se magis humiliat: et vera
confessione peccata sua dānat. Respexit inquit pphēta in
orationē humiliū: ꝛ non spreuit precē eorū. Sic em̄ daniel
pro liberatione ppl'i orans/primo peccata ↄfitebat di. c. ix.
Peccauim⁹/iniquitatē fecimus in oēm iusticiam tuam. se-
quit: Neqꝫ in iustificationibus nostris prosternim⁹ preces
ante faciē tuā: sed in miserationib⁹ tuis multis ꝛc. Sic de-
niqꝫ quotidie clamat ecclesia ad dñm: Peccatores/te roga
mus audi nos. Nihil ergo obstat impetrationi ꝙ nobis pec
catoribus petimus aliqđ celestis doni ꝛ bñficij impertiri:
Magis aūt spectat ad dei beniuolentie captationē pec-
catoꝝ recognitio/ostendētes per hoc multitudinē miseri-
cordie diuine/in hanc nostram fiduciam proijcientes: non
presumentes de nostra iusticia: quēadmodū fecit ille pha
riseus euangelicus: cui⁹ ppterea oratio est repulsa. Luce
xviij. Hinc Prouerb. xviij. Justus prior accusator est sui.
¶ Sequit: Famulis tuis/per verā ac humilē obedientiā:
vt. s̄. expositū est. De multitudine miserationum tuarum/
sperantibus: in qua pphēta confisus pctōrū petiuit remis-
sionē/dicens: Scd̄m multitudinē miserationū tuarū/dele
iniquitatē meam. Et iterū peccatoꝝ suorū obliuionem pe-
tens ad eandē multitudinē miserationū ↄfugiēs: Remi-
niscere inq̄t/miserationū tuarum dñe: ꝛ misericordiaꝝ tua
rum que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee/ꝛ ignoran
tias meas ne memineris dñe. Nec incassum sacerdos sup-
plicans refugiū habeat ad dei miserationē: quia misericor
dia ei⁹ sup omnia opera ei⁹. Ipsa est q̄ superexaltat iudiciū:
quā neqꝫ potēs est in ira sua continere. Quis em̄ vnqꝫ spe
rauit in dño et derelict⁹ est? Respicite filij nationes hoim
ꝛ scitote q: nullus sperauit in dño ꝛ ↄfusus est: ait Jesus
syrach Eccli. ij. Qđ attendens beatus Aug. se cum in pro-
prijs virib⁹ spē posuit ↄfitet derelictū. Sperabam inquit
aliqñ in virtute mea/q̄ nō erat virt⁹: ꝛ cū sic volui currere
vbi magis stare credebam: ibi magis cecidi. Factusqꝫ sum
magis retro q̄ ante. Dicebā em̄: Hoc faciā: illud perficiā.
Fiebatqꝫ post hec: nec hoc nec illud: qm̄ de meis virib⁹ cō-
fidebā. Nunc autē confiteor tibi dñe rex pater celi ꝛ terre:
qm̄ non in fortitudine sua roborabit vir: vt nō glorietur an-
te te stulta presumptio ois carnis. ¶ Dicit autē de multi-
tudine miserationū: non ꝙ in deo sint multe misericordie
q: nulla est ibi pluralitas: vbi omnia sunt vnum: vbi non
obuiat relationis oppositio: vt vult Boeti⁹ ꝛ Ansel. De⁹
em̄ summe simplex est: ꝛ est quicquid habet/excepto ꝙ pa
ter non est filius/quē habet. Est ergo in deo vna diuinitas
pat misericordia: que est ipse deus misericors. Dicitur plu-
raliter: de multitudine miserationū tuarū: propter varios
diuine misericordie effect⁹: qui nonunqꝫ dei mise-
rationes nominātur. sic loquitur Esaias propheta. c. lxiij.

post recitationem plurium effectuum misericordie domi-
ni/dicens: Vbi est zelus tuus: ꝛ fortitudo tua: multitudo
viscerum tuorū et miserationū tuarum? ¶ Sequitur. C
Partem aliquam. ¶ Hec est secunda particula: in qua ex-
primit petitionis materiam. Hoc est illud quod petit no-
bis peccatorib⁹: qđ est habere partē siue dei participatio-
nem beatificā cū sanctis apostolis ꝛ martyrib⁹ iam in glo
ria sublimatis: vt transferat nos a potestate tenebrarū: et
det nobis partem sortis sanctorū in lumine. ad Col. j. ꝛ in
ps̄. xv. Dñs pars hereditatis mee. Et sequit: Funes ceciderunt
mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mi-
hi. Funes scʒ consortiū nostrarum partes in beatitudine
mensurantes: ceciderunt nobis in pclaris partib⁹ heredi-
tatis eterne. Sed cum deus sit oīa in nobis. j. Cor. xv. Sa-
lus premium ꝛ gloria singuloꝝ. Salus inquit populi mei
ego sum. Quid est ꝙ dicitur partē aliquam donare digne-
ris: quasi non oēs electi sint vnū ꝛ eundē denariū receptu
ri: iuxta parabolam Matth. xx. vbi dr̄. Receperunt ꝛ ipsi
denarios singulos: quo intelligit beatitudo q̄ est vna om
nibus. Respondet hic Alexā. de ales parte. iiij. q. xxvij. Li-
cet vnū ꝛ idem sit premiū singulorū/scʒ deus ipse in cuius
visione clara/felicitas consistit eterna. sm̄ illud Joh. xvij.
Hec est vita eterna vt cognoscāt te solum deū verū et quē
misisti iesum christum: tm̄ sm̄ differentiā meritoꝝ ali⁹ plus
alius minus diuina visione fruūtur: vnde dicit apostolus
j. Cor. xv. Stella differt a stella i claritate. Sic ꝛ erit in bea
tis diuersa claritas visionis diuine essentie: sm̄ diuersam
participationem luminis glorie sub quo diuina videtur
essentia ad quam disponit diuersitas meritorum. Hinc di-
xit dñs: In domo patris mei mansiones multe sunt. Joh.
xiiij. Quia multi sunt status et gradus deū timentiū: sine
tamē diuersitate dei cogniti siue visi. Vñ sicut est vnus sol
qui ab vniuersis videtur: ꝛ vna lux/siue claritas solis que
omnia terrena illuminat: nihilominus tm̄ ab alijs clarius
ab alijs min⁹ clare videt sm̄ differentiā perfectionis ocu-
lorū intuentiū: Ita vnus est de⁹: vna diuina essentia que
oēs beatificat: et ab oibus beatis videt: ab alijs tm̄ lympi-
dius. ab alio minus lympide/sm̄ differentiā ꝛ gradus me
ritorū: sm̄ quā sumit excessus in beatitudine. ¶ D Vna
est igitur oim beatitudo obiectiua/diuina scilicet essentia
oēs beatificans per eundē denariū: quē singuli militantis
ecclesie operarij sunt a dño percepturi: Cum quo stat ꝙ in
singulis beatis sit alia ꝛ alia beatitudo formalis que non
est nisi actus visiōis/quo singuli visione propria in suo in-
tellectu recepta/deum facie ad faciem contemplant: sicut
eundē solē diuersi non vna: sed diuersis visionib⁹ contuen-
tur. Et sm̄ hoc sacerdos petit partem beatitudinis nobis
dari: vt participes efficiamur beatitudinis sctōrū: vt par-
tialitas illa referat ad visionis actū: non ad obiectū visum
Quelibet em̄ visio dici pōt pars beatitudinis/pro quan-
to est aliqđ multitudinis actuū in toto cetu oim beatorū.
Vel pōt quelibet creata visio beatifica dici pars beatitu-
dinis/pro quāto nō representat obiectū beatificū sm̄ totā
rationē sue cōprehensibilitatis. Est em̄ obiectū beatificum
sicut in se infinitum: ita infinita cognitione cognoscibile:
ꝛ sola tali cōprehensibile/que impossibilis est omni crea-
ture. Ideo omnis cognitio creature qua cognoscit deū: dr̄
quodāmodo pars diuine cognitionis: q: nulla talis est di-
uine essentie sm̄ totū illud/sm̄ qđ est cognoscibile: q: pōt
adhuc clarius videri. Unde quantūcunqꝫ perfecte lympi
de ac clare videat diuina essentia: etiā a supremo angelo
immo ab anima christi: imperfecta tm̄ visio creata: et infi-
nite distans a visione increata qua de⁹ seipsum videt. Hec
enim est infinita que solum comprehendit diuinam essen-
tiam: idest ea sola videtur diuina essentia tanta quanta in
se est/hoc est infinita: que potest dici totalis beatitudo:
quia ibi solum est adequatio cognoscentis actus cogno-
scendi/et cognoscibilis siue obiecti cogniti. Nec tamen
adequatio/sed identitas: quia idem est in deo essentia vi
sa; deus visus ꝛ actus videndi. Nō ergo petit partem bea

titudinis sacerdos/quasi deus ꝫm aliquid sui videaꝫ ab
vno beato: τ ꝫm aliquid sui lateat illū τ videaꝫ ab alio: qꝛ
cum sit essentia simplicissima/carens omni partialitate: a
quocunqꝫ videtur/tota videtur et indiuisa: sed petit par-
tē beatitudinis. i. participationē beatitudinis: hoc est for-
malē beatitudinē siue actū beatificū: ꝫm ꝙ creature cōue-
nit: quo clare possumus videre deum: nō ꝫm totam suam
cognoscibilitatē: sed ꝫm nostri intellectus capacitatem: et
meritoꝝ nostroꝝ exigentiā. Sic em̄ τ nō aliter videtur a
beatis. ¶ E Ideo sequiꝫ: Et societatē cū sctis. In hoc
em̄ est summa iocūditas societatis beatorum ꝙ oēs simul
beatifice deū intuenꝫ: de quo in ps̄. lxxxvj. Sicut letantiū
omniū habitatio est in te. per cōtinuū τ stabilē aspectum:
in quo oēs cōicant beati: τ societatez habere. dicunꝫ: quia
vniuscuiusqꝫ sanctoꝝ bona efficiūtur oīm in beatitudine
cōmunia. ¶ Sequitur. Donare digneris: tua scilicet grā τ
benignitate: cōtra errorē pelagianoꝝ asserentiū hominē
ex puris naturalib⁹ posse assequi beatitudinē: nec ad hoc
requiri speciale donū gratie: neqꝫ ad meritoriā mandato-
rum impletionē. Vn̄ sicut gratiā qua operamur meritorie
a solo deo creāte accepimus: ita pbabile valde est/ꝙ actū
beatificū qui perfectior est gratia/solus deus infundit in-
tellectui beato: vt sic illud pphete: Gratiā et gloriam da-
bit dn̄s. equaliter intelligaꝫ quantum ad vtrūqꝫ. Cui non
dissonāt metra que ponit Alber. circa hunc textum. Quic-
quid habes meriti preueniens gratia donat. Nil de⁹ in no-
bis preter sua dona coronat. Si deus coronat: et non nisi
actu beatifico: ipse ergo hūc donat: non cum beatis elicit.
Sed de hoc alibi. ¶ Sequitur: Cum tuis sanctis apl̄is et
martyribus: quos firma fide credimus illa beatifica dei vi-
sione perfrui: τ inuicem congaudere eterna τ iocūdissima
societate: quales sunt quorū hic noīa recitanꝫ. Dicit Alb.
ꝙ ecclesia tm̄ tāgit eos de quoꝝ fide τ beatitudine suffici-
enter est certificata: alios non tangit nisi in cōmuni. ¶ Et
hic fit scḋa τ iterata sanctoꝝ cōmemoratio: qḋ ꝫm Inno.
signū est ꝙ canō nō simul ab vno est cōpositus: sed succes-
siuis tēporibus particulatim a pluribus. Vn̄ in hac cōme-
moratione suppleꝫ ex magna parte: qui de primitiue ec-
clesie sanctis deesse videbanꝫ in commemoratione prima.
Unde dr̄: Cū tuis sanctis apl̄is: quorū sonus exiuit in om-
nem terrā: τ in fines orbis terre eoꝝ vba/ipsis regnū dei
quod hic petiꝫ predicātib⁹. Et martyrib⁹/fidei testib⁹: qui
vt regni dei fierēt participes: mortis p fide christi non ti-
muerūt subire suppliciū. ¶ F Exprimunꝫ aūt quorun-
dam sanctoꝝ noīa: aploꝝ scꝫ: martyꝝ τ virginū: octo se-
xus virilis: τ septē sexus feminei: ad significandū ꝫm ma-
gistrū in rōnali: ꝙ p hoc sacrificiū septē charismata/scilicet
spūssancti dona octo beatitudinibus cōiunganꝫ in digne
hoc sacramentū māducante. Vn̄ sequiꝫ. Cū iohāne. Istū
(dicit Alber.) opinor iohannem baptistā/qui τ martyr est
propter qḋ τ hic inter martyres numeraꝫ: de quo dixit do-
min⁹: Inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne ba-
ptista τc. q̄ τ finis legis fuit: τ vsqꝫ ad ipm̄ pphete pphe-
tauerūt. Math. xj. Ad idē Inno. dicit: Posset p iohannē
nō euāgelista sꝫ baptista intelligi: nisi p̄mitteret cū sanctꝭ
apl̄is tuis τ martyrib⁹. Per qḋ cōuincꝫ ꝙ apl̄i tm̄ τ mar-
tyres subnotenꝫ: quis iohānes inter martyres posset con-
numerari. Alij aūt videꝫ ꝙ fiat hic iterata cōmemoratio
iohānis euāgeliste: qꝛ iohānes baptista hoc sacrificiū non
tractauit: q̄propter hic nō inducꝫ: sꝫ q̄cq̄d sit de dicto in se
ratio modicū facit: qꝛ hic petiꝫ consortiū cū sctis: sed nō du-
bitatur de sanctitate vtriusqꝫ. Dato igiꝫ ꝙ intelligaꝫ de io-
hanne euāgelista: cur in hac cōmemoratione reperiꝫ/τ ste-
phano sociaꝫ: q̄ et matthie p̄poniꝫ τ barnabe? Rn̄det idē
Inno. Sane inq̄t iohānes in prima cōmemoratione cum
apostolis numeraꝫ pptet dignitatē apostolat⁹. In secūda
vero reperiꝫ τ stephano sociaꝫ/pptet p̄uilegiū castitatis
τ celibat⁹. Iohānes em̄ τ stephan⁹ virgines sunt: τ sequū-
tur agnū quocūqꝫ ierit: quapropter τ ceteris premittunꝫ.
Uirginitas iohānis inde cōmendaꝫ: qꝛ christ⁹ in cruce ma-
trē virginē discipulo virgini cōmendabat: et qua hora ac-
cepit eam discipul⁹ in suā custodiā. In stephano vero in ꝫ
maxime virginitas cōprobaꝫ/ꝙ deputat⁹ est ab apl̄is ad Actu. vj.
ministeriū viduarū: τ qꝛ factus est prepositꝰ feminarū te-
stimoniū meruit sincerissime castitatis. Alij quidā dicūt ꝙ
hic per iohannē intelligiꝫ marc⁹ q̄ fuit binomius: vocabaꝫ
em̄ marcus et iohānes: sed parū refert quē hoꝝ canonis
ordinator denotauerit. Oēs quidez sancti. omnes de hoc
numero sunt: quorum communio et societas postulatur.
¶ Stephano: q̄ sanctitatis habuit preconiū singulare: de
quo in actib⁹ aploꝝ. c. vj. Stephan⁹ plenus grā τ fortitu-
dine/faciebat pdigia τ signa magna in populo: q̄ in hora
disputationis plenus spūsctō/intendēs in celū in cōtione
iudeoꝝ posit⁹: vidit gloriā dei: τ iesum stantē a dextris vir-
tutis dei: τ primus sui sanguinis effusione christo testimo-
nium perhibuit: vn̄ τ protomartyr. i. martyꝝ princeps ap-
pellatur. Qui et christi imitatus vestigia/in passionis ho-
ra positis genib⁹ voce magna clamauit: Dn̄e ne statuas il-
lis hoc peccatū. Vn̄ in prosa de eo canitur. O stephane si-
gnifer regis summi bone/nos exaudi proficue: qui es pro
inimicis tuis exaudit⁹. Paulus tuis precibus stephane te
quondā persecutus christo credit. Te petrus christi mini-
strū statuit: tu petro nonnā credendi astruis: ad dexteram
summi patris ostendendo quem plebs furens crucifixit.
¶ G Sequiꝫ: Matthia: q̄ sorte elect⁹ in apl̄m/vt iret
in locū de quo preuaricat⁹ est iudas: vt fieret testis dn̄ice
resurrectionis. Que sors (ꝫm beatū Diony.) non fuit nisi
impetratio signi: quo eū spūssanctus assumēdū ostendit:
τ nō ioseph iustū: quem apostoli secum ex alijs statuerant Actuū. j.
orantes: Tu dn̄e q̄ nosti corda omniū: ostēde quē elegeris
ex his duob⁹ vnū accipere locū ministerij hui⁹ τ apostola-
tus/de q̄ preuaricat⁹ est iudas/vt abiret in locū suū: τ de-
derūt sortes eis: τ cecidit sors sup matthiā: τ annumerat⁹
est cū vndecim apl̄is. ¶ Barnaba: qui etiā signo qḋ dedit
spūssanct⁹ segregat⁹ est in apostolatus officiū cum paulo
vn̄ Actuū. xiij. dixit spūssanctus: Segregate mihi paulum
τ barnabā in opus ministerij ad quod assumpsi eos. Hic
primus cum paulo fuit apl̄s gentiū: τ ideo a reliquijs gē-
tium/nobis scilicet est specialiter honorādus. vn̄ Act. vbi
s̄. Tunc cōstanter paulus τ barnabas dixerūt ad iudeos:
Uobis oportebat primū loqui verbū dei: sed qm̄ repellii-
tis illud: τ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cōuer-
timur ad gentes: sicut precepit nobis domin⁹ dicens Esa.
xlix. Dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsqꝫ ad extre-
mū terre. ¶ Ignatio: qui gloriosissim⁹ fuit martyr/aposto-
lorum cōtemporaneus/gloriosissime virginis matris dei
pedissequus τ capellanus/beati iohānis euāgeliste disci-
pulus: qui sub traiano imperatore cōdemnat⁹/ad bestias
romam delatus: rogabat vt sancti in ei⁹ passione non desi-
cerent: qui protestatus est in theatro/ꝙ nō vt malefactor
puniretꝫ: sed vt christi discipul⁹. Qui bestias q̄ sibi dei virtu-
te mansuescebant: cōtra se vt deuorareꝫ prouocabat: q̄ pu-
blice in hec verba prorupit. Ignis/crux/bestie/ossium cō-
fractio/mēbroꝝ diuisio/tormenta diaboli/in me pro chri-
sto veniant: vt iesu fruar: vt hec ipse in epistola quā roma-
nis direxit scribit: qui cū esset in dētib⁹ leonis/alta voce di-
xit: Frumentum christi sum: dentib⁹ bestiarū molar: vt pa-
nis mundus inueniar. Qui (vt de eo Dionysius scribit)
aliud in ore non habuit/nisi amor meus crucifixus est. Hic
τ multas laudes in diuersis epistolis de domini matre cō-
scripsit. Et cum fuisset mortuus inuenta sunt hec verba:
Jesus christus. aureis literis in corde ipsius scripta. De
hoc sic ait beat⁹ Bernardus super psalmum. xc. Magnus
est ille ignatius auditor discipuli quem diligebat iesus:
martyr et ipse: cuius preciosis reliquijs paupertas nostra
ditata est. Mariam in pluribus epistolis quas ad eam
scripsit christiferam consalutauit. Egregius quidem ti-
tulus dignitatis et commendatio honoris vniuersi.
¶ Alexandro: qui papa fuit vrbis et orbis/sex-
to ac sancto petro/successor euaristi in papat-

liano comite sub adriano imperatore cum beatis euentio
⁊ theodolo: post cõuersionem hermetis p̄fecti/⁊ quirini
tribuni/rome martyrio coronatꝰ est. cuiꝰ corpꝰ rome apud
sanctā sabinā in altari summo quiescit. ¶ Marcellino et
petro: quoꝝ primꝰ p̄sbyter: scḋs exorcista/cum arthe-
mio ⁊ domo sua martyrio coronari meruerūt: quoꝝ aīas
dorotheus qui eos decollauerat: vestibꝰ splēdidis ⁊ gem-
mis indutas/vidit angeloꝝ manibꝰ in celū deferri: vnde ⁊
christianꝰ est effectus. ¶ M Cōsequenter nominant̄ san-
cte de feminco sexu: vnde dicit̄: Felicitate: illustri femina
vidua/matre septem filioꝝ christianissimoꝝ/ianuarij/feli-
cis/philippi/siluani/alexandri/vitalis/⁊ martialis/in cō-
spectu matris diuersis suppliciorum generibꝰ interemptoꝝ:
in quoꝝ vnoquoq̄ speciale martyriū ꝑpessa est. Et tandē
a Publio prefecto sub Antonio augusto/capite truncari
iussa: datis prius filijs salutaribꝰ monitis martyriū ꝯsum-
mauit: q̄ ob mirā in tormētis sui ac filioꝝ cōstantiā/⁊ tpis
prioritatem (siquidē ante cōsequenter nominatas passa
est virginea) in eoꝝ recitatione noīm est prelata. ¶ Per-
petua: priuilegio castitatis ⁊ fidei etiā martyrio coronata.
¶ Agatha: virgine ac martyre sanctissima: q̄ ⁊ vberū am-
putationē iussu Quintiani prefecti in deciana ꝑsecutione
passa: beati petri apli visitationē in carcere ⁊ totius corpo-
ris sanitatem meruit: q̄ post passa multoꝝ tormentoꝝ ge-
nera/angeloꝝ sanctitatis testimoniū in sepultura accepit
qui tabulā hanc scripturā (Mentem sanctā spontaneā
honorē deo/⁊ patrie liberationē) cōtinentē capiti sancti
corporis cōiunxerūt: cuiꝰ postea velo capitis paganoꝝ po-
pulus ab incēdio ignis ex cilicie montibꝰ irrūpentis: ⁊ ca-
thanensiū ciuitas liberat̄. ¶ Lucia/imobilis cōstātie vir-
gine: que in pauperes distracto patrimonio ac matri san-
guinisfluē curationis beneficio apud sepulcrū beate aga-
the cōcesso/ꝑ gladiū ⁊ ignem cōtra diabolū eiusq̄ mini-
strū Pascasiū prefectū loco ⁊ fide imobilis triūphabat.
¶ Agna siue Agnete/nobili romana/corpore iuuencula
menie cana: que teste Amb. tredecimo etatis anno mortē
pro christo moriendo ꝑdidit/⁊ vitā inuenit. Nam ⁊ mūdi
diuitijs/carnisq̄ delicijs spōse christi inestimabiles anime
margarites ac cyclades auro charitatis textas preposuit.
Octaua passionis die parentibꝰ apud sepulcrū eius exe-
quias agentibꝰ/agno niue candidiore eiꝰ dextre adherēte
apparuit in choro sanctarū virginū/dicēs: Cū his oībus
lucidas sedes accepi. Nā ⁊ viuens nuda ad lupanar/cri-
nibus tñ melius tecta q̄ vestibꝰ ducta/angelū preparatū
ad virginitatis sue custodiā inuenit. Qui locū turpitudi-
nis claritate circūfulgens stolā cādidissimā induit virginē
⁊ ab oī carnis pollutiōe mūdissimā ꝯseruauit. ¶ J Ceci-
lia/clarissimo romanoꝝ genere exorta: q̄ euangeliū christi
semꝑ gerebat ī pectore: nō diebꝰ neq̄ noctibꝰ a colloquijs
diuinis ⁊ orōne cessabat: ⁊ intus cilicio/foris vestibꝰ deau-
ratis ornata/cantantibꝰ organis soli deo decātabat. Fiat
dñe cor meū ⁊ corpus meū immaculatū vt nō confundar.
Hec duos fratres Tiburtiū ⁊ Ualerianū spōsum suū con-
uertit: almachiū tyrānū supauit: angelos dei cōuersis fra-
tribꝰ cū vernantibꝰ sertis demōstrauit. Et teste vrbano pa-
pa/christo tanq̄ ouis argumētosa seruiebat. Et tandē mi-
litibꝰ christi cōfortatis in bullienti balneo ꝑcussa martyriū
cōsummauit. ¶ Anastasia/pretextati illustrissimi romani
filia infideli publio nupta: q̄ cū largissimas facultates in
pauperes ⁊ sanctos: quibꝰ sedule ministrauit: distribueret:
⁊ ea propter arctissimo carceri mācipare a marito: cōsola-
torias eplas a scō chrysogono martyre dedit ⁊ accepit: ⁊
tandem ignis incendio triūphauit. ¶ Sed querit̄ hic cū
ꝓbabilē sniam ꝑ iohānem hic in principio noiatū non
baptista/sed euangelista designat̄: vt. s. dictū est: cur in ca-
none scī iohānis baptiste mētio noiatim nō habet̄: cū tñ
fuerit ante scūs q̄ natus. Ipse eq̄ christū q̄ in hoc sacro cō-
tinet̄ venit̄ preco fuerat: eū digito ostendit: baptizauit
⁊ efficacissimo testimonio approbauit. Ad hoc respondet
Alex. q. xvij. par. quarta. In canone misse celebrat̄ sacra-

mentū dñice passionis: ꝓpter qḋ solūmodo ibi cōmemo-
rantur qui passi sunt pro dño. i. martyres. Et illi dūtaxat q̄
imitati sunt dñm ordine tpis: ⁊ cōformitate euolationis:
tales em̄ ꝓprie dicunt̄ martyres. i. testes/scilꝫ passi christi.
Ipsum em̄ martyriū indiciū est passionis dñi: ipsa repenti-
na euolatio est indiciū virtutis eiusdē. Neutrū cōuenit io-
hāni baptiste qui ante passionē dñi passus est: ⁊ post pas-
sionē suā nō euolauit: sed ad limbū descēdit: ꝓpter qḋ in
canone misse nō cōmemorat̄. ¶ Sequit̄: Et oībꝰ scīs tuis
quoꝝ fides ⁊ merita deo sunt nota: de quibꝰ ḋ: Iob. xxv.
Nūquid est numerꝰ militū eiꝰ? Intra quoꝝ ꝯsortiū. i. sor-
tis sue participationē: quoꝝ indubitata est gr̄a. Nos/offe-
rētes ministerio ⁊ voto ac desiderio altaris hoc sacrificiū:
vt scꝫ cū eisdē scīs tuis easdē btitudinis sortes obtinea-
mus: vt sm orationem apli ad Eph. iij. cōprehēdere possi-
mus cū oībꝰ sanctis: q̄ sit latitudo/lōgitudo ⁊ sublimitas
⁊ ꝓfundū. Scire etiā supeminentē scientie charitatē chri-
sti: vt impleamur in oēm plenitudinem dei. Nō estimator
meriti: q2 vt dicit Esa. Oēs iusticie nostre sunt sicut pannꝰ
menstruate. eiusdē. lxiiij. Ideo nō possumꝰ ꝑsumere quicq̄
de ostensione meritoꝝ. Si em̄ tu pater celestis ⁊ clemētis-
sime iniquitates nostras obseruaueris: q̄s sustinebit? Nō
ergo intuitu nostroꝝ meritoꝝ: nec in iustificatiōibꝰ nostris
ad btōꝝ consortiū petimꝰ admitti: scientes illud apli/q̄ in
hoc tpe reliquie sm electionem gratie salue fient: si aūt ex
gr̄a iam nō ex opibꝰ. ad Ro. xi. Sed ⁊ cū fecerimꝰ quecūq̄
precepta sunt nobis/habemꝰ dicere sm christi sniam: Ser-
ui inutiles sumꝰ: qḋ debuimꝰ facere fecimꝰ. Lu. xvij. Te er-
go clemētissime pater qui nō es meritoꝝ estimator: q2 non
iuxta exigentiā meritoꝝ retribuis citra cōdignū puniēdo
dicente ꝓpha in ps. Non sm pctā nostra fecit nobis: neq̄
sm iniquitates nr̄as retribuit nobis: ⁊ supra cōdignū re-
muneras. Nō em̄ sunt cōdigne passiones huiꝰ tpis ad fu-
turā gloriā que reuelabit̄ in nobis. ad Ro. viij. Das em̄
mensurā bonā ⁊ cōfertā ⁊ coagitatā ⁊ supefluentē. Nō er-
go estimator meriti: Sed venie quesumꝰ largitor admitte.
Benignus em̄ es ⁊ misericors: patiens ⁊ multe misericor-
die: ⁊ prestabilis sup nequicia. Iohel. ij. Qui solus veniā
largiris: siquidē solus peccata dimittis: solus gratiā pre-
stans ⁊ gloriā. Nā ⁊ pater misericordiarū es: nō cōtinens
in ira mias tuas: quesumꝰ. Quesumꝰ itaq̄: vt veniā largiē-
do ad cōsortiū sanctorū nos admittas: q2 sic admitti solꝰ
indulgentie benignitatis liberalitatis tue est: sicut dauid
dic. Benigne fac dñe in bonavolūtate tua ⁊c. Ut de viuis Ps. l.
lapidibꝰ edificent̄ muri celestis hierlm. Muri inquā ꝑ an-
geloꝝ lapsum rupti: nō nisi tua benignitate ex nobis hoī-
bus reparādi. Nisi em̄ tu dñe edificaueris domū: in vanū
laborant qui edificant eā. Neq̄ sufficientes sumꝰ a nobis
tanq̄ ex nobis aliqd cogitare: sed oīs nr̄a sufficiētia ex te ij. cor. iij.
clemētissimo patre deo est. ¶ L: Sed ꝯtra illud qḋ dici-
tur: nō estimator meriti: videt̄ esse multiplex scripture au-
toritas: qua ostendit̄ deꝰ esse pōderator meritoꝝ. Nam. ij.
Paral. xv: Erit merces opi vestro. sicut habet̄ Hiere. xxxi.
Item Sap. x. Reddet deꝰ mercedem laboꝝ scōꝝ suoꝝ. Et
Eccli. xvj. Misericordia faciet locū vnicuiq̄ sm meritum
operū suoꝝ. In ps. Reddes vnicuiq̄ iuxta opa sua. Item Ps. lxi.
Mat. v. Merces vestra copiosa est in celis. Merces re-
spectū dicit ad meritū sicut ⁊ premiū. Itē. j. Cor. iij. Unus-
quisq̄ ꝓpriā mercedē accipiet sm suū laborem. Et. ij. Cor.
iiij. Qḋ in presenti est momentaneū ⁊ leue tribulationis
nostre: supra modū in sublimitate eternū pondus glorie
operat̄ in nobis. Nō aūt aliter tpalia operant̄ eterna: nisi
ꝑ modū meriti. Itē. ij. Tim. iiij. Reposita est mihi corona
iusticie: quam reddet mihi dñs in illa die/iustus iudex. Et
multa similia ad idem adduci possent: quibꝰ ostēdit̄ deus
esse iustus iudex: ⁊ remunerator bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Non aūt
pōt esse iusta remuneratio: nisi fiat sm estimationē meri-
toꝝ. Ad idē sunt autoritates sanctoꝝ patrū ⁊ doctoꝝ in-
numere: quibꝰ docet̄ beatitudo esse premium pro meritis.
Cuius facile pōt dici ad textum nostrū: q̄ ideo dicat̄ deus

nō estimato: meritū: q: nō p̄cise p̄miat ſm merita: ſ; ex ſua liberalitate ſupaddit. Unde vt dictū eſt: ſemꝑ p̄miat vltra meritū: ⁊ punit citra condignū. Nō ergo negat estimationē meriti ſimpliciter: ſed estimationē ad p̄miū merito p̄cise cōdignū. Ita ꝙ nec excedat in p̄miādo: nec deficiat in puniēdo: ⁊ hoc sufficit ad veritatē text⁹ nostri.

¶ L Uerū q: autoritates ille vident innuere ꝙ opib⁹ nostris mereamur p̄miū eternū: nō inutiliter queri pōt. Utrū opa nostra q̄ tpalia ſunt: mereant beatitudinē q̄ eſt eterna? Pro cui⁹ reſolutione. Aduertendū p̄mo ꝙ opa nostra dupliciter poſſunt conſiderari. Uno mō ſm ſe: vt a nobis opata virtute nostra actiua naturali: quā accepim⁹ in p̄ma nostra cōſtitutione. In qua facultatē accepim⁹ libere operandi: ſiue opa bona ſiue mala: ſm qđ dixit p̄o

Psal. xviij. pheta. Anima mea in manib⁹ meis ſemꝑ. In manib⁹ meis idest in ptāte mea. ſemꝑ: vt ꝑ ipſam faciam ſiue bonū ſiue malū. ⁊ Eccī. xv. Deus a p̄incipio cōſtituit hoīem: ⁊ reliquit illū in manu cōſilij ſui. Adiecit mādata ⁊ p̄cepta ſua. Si volueris mandata cōſeruare: cōſeruabūt te. Appoſuit tibi aquā ⁊ ignē: ad qđ volueris porrige manū tuā. Ante hoīes vita ⁊ mors: bonū ⁊ malū: qđ placuerit ei dabit illi.

¶ Alio mō cōſiderari poſſunt opa nostra vt nō ſolū ſunt a nr̄a v̄tute actiue: ſ; ad eoꝝ ꝓductionē cōcurrit cū nr̄a volūtate ſingulare donū dei: qđ gratiā appellam⁹. de quo loquit aplš. j. Coꝛ. xv. Gratia dei ſum id qđ ſum: ⁊ gr̄a ei⁹ in me vacua nō fuit: ſed abūdantius illis oīb⁹ laboraui: non ego: ſed gr̄a dei mecū. Et bea. Aug. in de libe. arbi. Gratia ſe habet ad liberū arbitriū ſicut ſeſſor ad equū. Seſſor autem actiue regit ⁊ mouet equū. Ita ⁊ gr̄a mouet volūtatem ad aliquē actū eliciendū vel operandū.

¶ M Est etiā aduertendū ꝙ ad actus meritorij rōnem duo requirunt in genere. P̄mū eſt libera ei⁹ electio. Scd̄m eius ad p̄mij retributionē acceptatio. P̄mū requirit ex parte eliciētis: ei⁹ ſcz qui meret. Scd̄m ex parte ei⁹ a quo p̄miū reddit. Propter p̄mū actus naturali neceſſitate ꝓduct⁹ nō eſt meritorius: ſicut curſus ſolis ⁊ aſtroꝝ. Inuoluntarijs eīm neq; laudamur neq; vituperamur. iij. Eth. Meritum aūt vt diſtinguit cōtra demeritū: eſt actus imputabilis ad laudē. Propter ſcd̄m actus bonus bonitate morali tm̄ nō gratuita: nō eſt meritori⁹ ad vitā ſeu reſpectu beatitudinis. Talis eīm nō acceptat a deo ad beatitudinē cōferendā: qm̄ actui moraliter bono facto extra gratiā nullus btitudinis gradus correſpondet in p̄mio: cū dicat aplš Gratia dei vita eterna. ad Rom̄. vj. ⁊ ad Ephe. ij. Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidē: ⁊ hoc nō ex vobis. Dei eīm donū eſt: nō ex operib⁹: vt ne q̄s glorief. Unde pōt actus meritori⁹ ſic notificari in genere. Actus meritori⁹ eſt actus a volūtate

Act⁹ meritorius quid. libere ꝓcedens: ſiue elicit⁹. ſiue imꝑatus ad retributionē alicui⁹ p̄mij acceptat⁹. Acceptat aūt actus ad p̄mij retributionē qn̄ aliq̄s bonū aliqđ ſeu p̄miū retribuit operanti: vel alteri pro quo operat intuitu talis operationis. Ita ꝙ tale bonū nō retribueret niſi actus p̄ceſſiſſet. Ex quo pꝫ ꝙ homo iuſtus operib⁹ iuſticie nō meret illuminationem a ſole: q: eque facit deus ſolem ſuū oriri ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Matthei. v.

¶ N Diuidit aūt cōiter meritū ſm doctores in meritū cōgrui ⁊ meritū cōdigni. Meritū cōdigni ſuꝑ rōnem meriti addit debitū reddendi p̄miū ſm iuſticiā. Un̄ meritū cōdigni eſt actus a volūtate libere ꝓcedens ad retributio

meritū cōdigni. nem p̄mij ſm debitū iuſticie acceptatus. Dicit ſm debitum iuſticie: q: ſi p̄miū quantū ad valorē aut dignitatē deficeret vel excederet dignitatē vel valorē meriti: et hoc ſiue ſm proportionē geometricā ſiue arithmeticā. hoc eſt ſm iuſticiā diſtributiuā vel ↄmutatiuā: nō ſeruaret iuſticia in p̄miando. Hoc eſt: ꝙ talis p̄miatio: nō fieret p̄ciſe ſm iuſticiā: ſed vel ſm liberalitatē ſi p̄miū excederet: vel citra iuſticiā ſi deficeret. ¶ Requirit itaq; ad meritum de cōdigno: quedā equalitas p̄mij ad meritū ſm alteram duarū proportionū. Hec aūt equalitas attendit vel ex natura actus: vel ex ordinatione pacto ſeu conuētione: ſiue etiā ꝓmiſſione acceptātis. Exemplū p̄mi vt duꝫ merces cōmenſurat operi. Ita ꝙ opus ſm ſe tantū valet p̄miāti: quantū p̄miū reſeruatū: Ita ꝙ p̄miās tantā vtilitatem cōſequi pōt ex opere merētis: quantā ex p̄mio. Exēplum ſecūdi: vt qn̄ ex libera ꝓmiſſione ⁊ cōuentione p̄nititur tantū ꝓ tali. Sic dicit in parabola euāgelica. Nōne ex denario cōueniſti mecū? Amice nō facio tibi iniuriā: ſcꝫ dando ſm ↄuentionē factā: tolle qđ tuū eſt ⁊ vade. Mat. xx. Ubi iuſticia ſeruata fundat in cōuentione: nō in natura actus. Et ſiue ſic: ſiue ſic attēdat cōdignitas ſiue equalitas exigit opus meritoriū aliquid in operāte: aliquid in oꝑe: ⁊ aliq̄d in p̄miante. In operāte: ꝙ ſit amicus: inimicus eīm ſm beatū Aug. nō eſt dign⁹ p̄mio: ſed pena. Et allegat magr̄ in ſcd̄o diſt. xxvj. Ex quo ſequit ꝙ peccō: nihil meret de cōdigno apud deū: q: nō eſt amicus: ſ; inimicus dei. Siſr eīm odio ſunt deo impius ⁊ impietas eius. Sap. xiiij. Et ibidem. iiij. c. Fructus impioꝝ inutiles. In oꝑe requirit ꝙ ordinet ad vtilitatē vel honorē p̄miantē. Ideo opus exiſtētis in gr̄a nō ordinatū finaliter in deū: non eſt meritū de cōdigno. Si eīm ad opus eſſe meritoriū ſufficeret ſola coexiſtentia gratie aut charitatis: tunc opus indifferens a tali operatū eſſet meritoriū de ↄdigno: qđ implicat. tunc eīm nō eſſet indifferens. In p̄miāte requirit acceptatio ſiue ordinatio actus ad p̄miū tale. Hec aūt ordinatio in deo: nō eſt niſi diuina volūtas: q̄ voluit ab eterno actū ſic elicitū vel imꝑatū eſſe meritū cōdignū tali p̄mio: vel ex natura actus: vel ex ſua pactione ac ꝓmiſſione qua voluit eſſe debitor talis p̄mij ſic operātis. Quo durātat mō actio tpalis eſſe pōt meritū cōdignū p̄mij eterni. Semꝑ eīm p̄miū eternū eſt maius bonū merito tpali Et iuſticia ſtricta nō reddit melius bonū ꝓ minore bono ſm ſe cōſiderato: ⁊ naturalem ei⁹ ⁊ intrinſecā bonitatē: ꝙ ideo eſt cōdignū: tantū eſt ex gratuita acceptatione diuina ſic ſe obligare volente operāti.

Meritū de congruo eſt act⁹ libere elicitus acceptat⁹ ad aliqđ bonū retribuendū: non ex debito iuſticie. Et hec nō requirit dictas cōditiones in operante, in oꝑe ⁊ p̄miāte. Hoc mō opus bonū de genere factū ab inimico, ſic acceptat ad aliqđ bonū retribuendum: vt bonus motus naturalis aīe peccōris quo facit qđ in ſe eſt: ſine quo nō daret gr̄a iuſtificans: eſt meritū gratie de cōgruo. Siſr ſi aliquis bonū aliqđ retribuit facienti opus bonū de genere: nō tm̄ ad honorē vel vtilitatē retribuentis: bonū illud factū eſt meritū de cōgruo boni retributi. Sic etiā ſi q̄s bonū excedens actū operātis nō ex debito p̄cedentis pacti: ſed nuda liberalitate donet: nō dat⁹ illud niſi operatio illa p̄ceſſiſſet in p̄miādo: talis operatio eſſet meritū de cōgruo: nō de ↄdigno.

meritū de congruo.

¶ O Per hec reſpōdet ad q. motā ꝑ ꝓpoſitiōes. Prima: Opus noſtrū cōſideratū ſm intrinſecā ſuā bonitatem quā habet p̄ciſe ex ſe ⁊ volūtate eliciente gratia circūſcripta: nō eſt meritū beatitudinis: nec de cōgruo: nec de cōdigno. Probat: q: nulli cōfert beatitudo ꝓpter opus elicitū ex naturali aut morali virtute hoīs gratia circūſcripta. Statuit ſiquidē deus ſm ordinē ſue ſapientie: nullū fore glorificandū in patria niſi fuerit prius gratificatus in via. Sed nec actus aliquē p̄miat in patria beatitudine: cui⁹ nō fuit principiū gratia vie. Unde ⁊ oportet paruulos qui nullū peccm̄ cōmiſerūt: baptizari vt gratiā recipiant ſi gloriā ⁊ beatitudinem debeant adipiſci. Quapropter dixit aplš. Si linguis hoīm loquar ⁊ angeloꝝ ⁊c. Et ſi tradidero corpus meū vt ardeā: charitatem aūt q̄ eſt gratia: nō habuero nihil mihi ꝓdeſt: ad vitā eternā ſcꝫ. j. Coꝛ. xiij. Et bea. Aug Gratia ſola eſt q̄ diuidit inter filios regni ⁊ ꝑditionis. Patet hoc idem ex. s. allegatis. Et ſic intelligi pōt illud beati Bern̄. in ſer. de annūciatiōe dn̄ica di. Credere oportet ꝙ vitā eternā nullus ꝓmereri poterit bonis opib⁹ ſuis. Sic loquit glo. ſuꝑ illud Rom̄. vj. Gratia dei vita eterna: vt intelligerem⁹ nos deū ad vitā: nō noſtris meritis ſed ſua miſeratiōe ꝑducere. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Opus bonū de genere vel etiā morale elicitū a volūtate gr̄a nō exiſtente:

nihil meretur: neq₃ tpale: nec eternũ de cõdigno. Patet q: deficit scđa cõditio supra posita: sc₃ dignitas ex parte operãtis. Meritũ em̃ de cõdigno: vt dicit Alex. de ales vbi. s. est seruitiũ deo digne debito mõ impensum. Existẽs autẽ in mortali pctõ/non põt digne exhibere seruitiũ deo: q: in eo est indignitas pcti p qđ est in odio dei. Operib⁹ aũt im pij nõ premiũ₃ debetur: sed pena tanq̃ operibus inimici.

¶ P Tertia ppositio: Opus bonũ moraliter extra gratiã factũ de ɔgruo merek aliqđ bonũ spũale vel tpale. Patet q: apud largissimũ retributorẽ nullũ bonũ manet irremuneratũ. Itẽ multa bona dank pctõrib⁹: nõ ex debito iusticie ppter aliqua opa precedẽtia: quib⁹ nõ precedẽtib⁹ illa bona nõ darenk: ergo illoꝝ bonoꝝ opa precedẽtia sunt merita. Tenet ɔña ex q̊d nois meriti. s. posită: q: talis opatio est libere elicita: ꝛ a deo ad opus bonũ retribuẽdũ acceptata. Sũt ergo merita ꝛ nõ cõdigna vt patuit ex ppositione scđa: ḡ sunt merita de ɔgruo. Preterea multa bona cõcessa legim⁹ infidelib⁹: ꝛ etiã idolatris intuitu quorũdã bonoꝝ operũ. Sic em̃ legik de achab impio rege israel. iij. Reg. xxj. Nõne vidisti humiliatũ regẽ₃ achab corã me? q: igik humiliat⁹ est mei cã: nõ inducã malũ in dieb⁹ ei⁹. Itẽ₃ de rege nabuchodonosor idolatra filia habenk in Daniele. Preterea pctõri faciẽti qđ in se est/dat dñs gr̃as: quã nõ daret nisi qđ in se est faceret: fm illud Zach. j. Cõuertimini ad me ꝛ ego cõuertar ad vos. Et Jac. iiij. Appropiate deo/ꝛ appropinquabit vobis. Merek ergo pctõr gratiã de cõgruo/faciendo qđ in se est: q̄ est bonũ spũale. ¶ Forte queris: Quid est facere qđ in se est? Rñdet Alex. par. iij. q. lxix. art. iij. Ad videdũ inq̃t/q̊d est facere qđ in se est: est notãdũ ꝙ in quolibet hoie p naturã est recta rõ: ꝛ hec rectitudo boni est notio indita a creatore: qua q̄libȝ aĩa põt cognoscere suũ principiũ. s. deũ: fm illud ps. Scitote qm̃ dñs ipse est de⁹: ipe fecit nos ꝛ nõ ipsi nos. Per hoc em̃ ꝙ q̄libet naturalr̃ scit se nõ semp fuisse: scit se factũ esse: ꝛ ita scit se hr̃e principiũ: ꝛ scit ꝙ ab illo p̊ncipio habet q̃cquid habet ꝛ nõ a se. Scit etiã ꝙ ab illo petere bonũ: ꝙq₃ p illũ debent suppleri oẽs sui defect⁹. Si ergo fm istã notionẽ₃ operek ho/suo arbitrio recurrẽdo ad illũ quẽ scit suũ esse principiũ: ꝛ quẽ scit esse adorandũ: ꝛ petit ab eo lumen cognitionis fidei/ꝛ boni/facit qđ in se est: ꝛ hoc est facere qđ in se est gñaliter in quolibet hoie. Plus aũt est i fideli existente in pctõ mortali de lumine: q: ipe habet fidem informem: q: sine charitate. Hec autẽ fides informis radiat ad duo: sc₃ ad diuinã iusticiã/dãnantẽ reprobos: ꝛ ad diuinã miam saluantẽ iustos. Ex primo creabik timor in eo: ꝛ ex scđo spes: ꝛ hoc est facere qđ in se est. Hec Alex. Ex quo h̄ elicik/ꝙ iste facit qđ in se est: q̄ illuminat⁹ lumine rõnis naturalis/aut fidei/vel vtroq₃: cognoscit pcti turpitudinẽ: ꝛ pponẽs ab ipo resurgere: desiderat diuinũ adiutoriũ quo possit a pctõ mũdari: ꝛ deo suo creatori adherere. Hec faciẽti de⁹ gr̃a₃ suã tribuit necessario/necessitate nõ coactionis/s₃ imutabilitatis: vt ibidẽ declarat Alex. Statuit em̃ de⁹ hec faciẽti infundere gr̃a₃ p quã a criminib⁹ emũdak. Inde dicit apl's ad Eph. v. Surge qui dormis ꝛ exurge a mortuis. i. opib⁹ mortis/faciẽdo qđ in te est: ꝛ illuminabit te christus.

¶ Q Quarta ppõ: Cõparando opa fm se ꝛ intrinsecã bonitatẽ quã habẽt ex volũtate eliciẽte ad premiũ btificũ: bona opa ex gr̃a facta: p̄mij btifici nullaten⁹ merita sunt cõdigna. Ista ppõ pt₃ p illđ apli ad Ro. viij. Nõ sunt ɔdigne passiões hui⁹ tpis ad futurã gliã₃: q̄ reuelabik in nobis. Itẽ Esa. lxiiij. Quasi pann⁹ mẽstruate vniuerse iusticie nr̃e. Itẽ Lu. xvij. Cũ feceritis oia q̄ precepta sunt vobis: dicite serui inutiles sum⁹: qđ facere debuim⁹ fecim⁹. Ex quib⁹ pt₃ ꝙ opa nr̃a impfecta: etiã q: alr̃s debita: ꝛ ppter creationẽ₃ nostrã de nõ esse ad esse: ꝛ ppter redemptionẽ a dãnatiõe: ꝛ ppter iustificationẽ ab impietate ꝛc. nõ sunt ɔdigna premio futuro in btitudine. Probak etiã rõne: q: inter meritũ de condigno ꝛ premiũ/est quedã cõmensuratio ꝛ equalitas valoris. Sed inter opa nr̃a ꝛ premiũ btificũ nulla est pportio aut equalitas/cõsiderando opa fm intrinsecã bonitatẽ: ꝛ vt sunt a voluntate nr̃a. Nã opa nr̃a sunt tpalia/ꝛ quasi momẽtanea: premiũ ṽo ppetuũ. Deniq₃ visio btifica ꝛ fruitio q̄ dank in p̄mio/sine cõparatiõe pfectiora sunt quocũq₃ actu viatoris in deũ relato. Vñ dicit doc. subtilis/ꝙ si de⁹ p vnicũ instans dũtaxat cõferret hoi btitudinẽ clarã sc₃ dei visionẽ ꝛ cõcomitantẽ fruitionẽ sufficiẽter remunerasset oia opa bona q̄ hõ toto tpe vite sue pfecit: ppter magnã pfectionẽ₃ btitudinis: ꝛ imoderatũ ei⁹ excessum sup oia opa nr̃a.

¶ R Quinta ppõ: Cõsiderãdo dignitatẽ opis meritorij ex gr̃a coefficiẽte cũ libero arbitrio: ꝛ ex spũscõ mouẽte: atq₃ ex diuina pmissione ꝛ ordinatione ei⁹ ad premiũ btificum: opa nr̃a ex gr̃a elicita sunt meritoria premij btifici de condigno. Pt₃ p autoritates in p̊ncipio hui⁹ dubij adductas: q̄ innuũt ꝙ beatitudo sit premiũ ac merces nostrorũ operũ: ꝛ ita opa nr̃a merita: sed dign⁹ est mercẽnarius mercede sua. Luc. x. Ideo apl's ait: Reposita est mihi corona iusticie: quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. ij. ad Ti. iiij. Qđ aũt reddik fm iustũ iudiciũ: videk esse merces cõdigna. Itẽ glo. sup illud ps. Misericors ꝛ miserator ꝛ iust⁹ dñs: dicit: Misericors est cũ expectat: miserator dũ iustificat: iustus dũ remunerat. Itẽ Act. v. Ibãt apli gaudẽtes a cõspectu cõcilij: qm̃ digni habiti sunt pro noĩe iesu cõtumeliã pati. Itẽ₃ Aug. li. v. cõtra iulianũ. c. v. De⁹ primo eligit indignũ: sed eligẽdo facit dignũ. Itẽ Gre. xix. moral. Gratia veniẽs facit vt digni sim⁹ ascẽdere ad celestia. Et Ans. in monologio: Si creatura rõnalis q̄ eminet oib⁹ creaturis/amet deũ: nihil põt esse pciũ hui⁹ nisi de⁹. Multa ad idẽ adduci possunt. Itẽ Beda in hom. de filijs zebedei dicit: Ita igik premia pollicetur electis: vt ꝛ digna premijs merita premonstret. Ecce aperte dicit digna merita premijs: ꝛ loquik de premio eterne beatitudinis. Probak etiã rõne: q: meritũ cõdigni requirit equalitatẽ quandã cũ premio fm iusticiã₃. Hoc aũt est in pposito cũ ceteris reqͥsitis supra positis. Nã equalitas est ex mouẽte primo qđ est spũsscũs: q̄ p gr̃am mouet volũtatẽ. Hic aũt est bonũ infinitũ: rõne cui⁹ opus meritoriũ equak premio obiectiuo qđ est de⁹ trinitas: de quo Gen. xv. Ego merces tua magna nimis. Vñ ꝛ spũsscũs est pign⁹ hereditatis nostre. ij. ad Cor. j. Est etiã equalitas ex parte mouentis secũdi: qđ est gr̃a respectu premij formalis: qđ est visio ꝛ fruitio: ꝛ hoc in virtute etsi nõ actu sicut semen arboris in quo est virtus ad totã arborẽ. Per gr̃am etiã fit opus velut deiforme: ꝛ opus consors diuine nature. Adoptamur em̃ per gratiã in filium: cui debek hereditas ex ipso iure adoptionis: fm illud ad Ro. viij. Si filij ꝛ heredes. Ex parte dei pmittentis est iusticia in reddendo. Iustũ em̃ est vt seruek pmissũ₃. Hinc đ: mercẽnario. Tolle qđ tuũ est. Mat. xx. Nõ reddere aũt suũ/iniustũ esset. Hec aũt iusticia nõ est ex natura actus: s₃ ex liberalissima dei pmissione: qui volens se debitorem cõstituit: ꝛ sua voluntate se obligauit tali operi tantũ reddere premiũ: ꝛ ita surgit ibi cõdignitas ex veritate pollicentis: q: stante illa dñi pollicitatiõe: iustũ est reddere ꝛ iniustũ nõ reddere: licet illa iusticia ex sola liberalissima volũtate dei pẽdeat tãta premia pollicẽtis. Et iste ppositiões cõcorditer sunt de mente Alex. par. ij. q. lxix. scti Tho. j. ij. q. vlt. scti Bonauẽ. dist. xxvj. secũdi. ꝛ doctoris subtilis ꝛ alioꝝ.

¶ S Ex per hoc facile exponunk autoritates hicinde allegate. Quarum alique loquunk de opere nostro considerato quantũ ad substantiã actus: prout elicitur ex libero arbitrio. Alie ṽo de eis fm ꝙ sunt a spũsancto ꝛ a gratia. Unde breuiter vtrũq₃ cõprehẽdens sctũs Bonauẽ. dicit: Opus meritoriũ consideratũ in cõparatione ad volũtatis seu arbitrij libertatem: ꝛ dispensatoris liberalitatẽ: ꝛ tpis opportunitatem/est opus meritoriũ merito cõdigni. Cõparatũ ṽo ad gratie dignitatem ex qua fit opus mouẽte spũsancto ad pollicentis veritatem: ꝛ operis difficultatẽ/sic est meritũ cõdigni. Nam in hoc opus arduũ est: q: est supra vires volũtatis eliciẽtis in eo ꝙ homo eleuak supra seipm ꝛ bono pprio preponit bonũ eternũ: hinc tale genus ope

Facere qđ in se est. ps. pdf.

ris eterna remuneratione dignū est. Hec scđs Bonauē. Gratia etiā p quā sic voluntas eleuat: eo mō quo premiū est infinitū: ipsa est infinita: q: grā vie nō distinguit realiter a charitate patrie: nisi forte sicut ps a toto. Nā grā est charitas q̄ manet in patria fide ⁊ spe euacuatꝫ. Nunq̄ eñ excidit charitas: vt dicit aplš. j. Cor. xiij. Et gloria ipsa est
j.Cor.ij. grā cōsummata. Et ita sicut nec oculus vidit nec auris audiuit ⁊c. q̄ preparauit deus diligentib⁹ se: Ita nec intellectus viatoris cōprehendit pfectionē grē virtualem: q: nō pōt pfecte ⁊ comprehēsiue cognosci grā: nisi ⁊ premiū cognoscat: qđ est effect⁹ eius tanq̄ cause meritorie. Sic etiā licet ex natura rei de⁹ nullius creature pōt esse debitor: tñ ex natura sue imutabilis veritatis ⁊ liberalis a voluntarie pollicitatiōis se pōt facere debitorē sue creature. Ita etiā q̄ stante sua pmissione qua pollicitus est dare vitā eternā seruantib⁹ sua mādata: nō posset sine iniusticia subtrahere eis premia repromissa. Licet eñ simpl'r nullius est debitor: ⁊ posset nō dare premiū eternū creature sue: sicut pōt differre: etiā creaturā annihilare: tñ stante pmissione ⁊ ordinatione ei⁹ ad vitā: nec pōt annihilare: nec nō dare vitā eternā pmissaꝫ. Nā hec ordinatio ⁊ pmissio nihil aliud est nisi actus diuine voluntatis: quo vult illi q̄nq̄ dare vitā. Illa ergo volūtas: cū sit imutabilis: nō pōt stare cū volūtate nō reddendi. Eadē igit necessitate qua nō pōt solui scriptura. Jo. x. Nec iota vnū perire. Mat. v. ⁊ Lu. xvj. etiā
Joh.xij. nō pōt non reddere pmissa. Scriptū aūt est: Ubi suꝫ ego:
⁊.xvij. illic ⁊ minister me⁹ erit. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego: ⁊ illi sint mecū: vt videāt claritateꝫ meā quā dedisti mihi q: dilexisti me: ante cōstitutionem mūdi. Hec aūt visio beatitudo est ⁊ vita eterna. Ibideꝫ. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū deū verū: ⁊ queꝫ misisti iesum christū. Et licet pmissio ipsa sit cōtingens: sicut ⁊ predestinatio: ⁊ q̄ promisit pōt nō pmisisse: ⁊ predestinatū pōt nō saluare in sensu diuiso: q: pōt nō predestinasse: tñ nō pōt pmissum nō seruare in sensu cōposito. Hinc. ij. ad Tim. ij. dicit. Nō pōt negare seipm. Glo. interli. Non pōt negare seipm qui est veritas: qđ faceret si dicta sua nō impleret: ⁊ si p impossibile pmissum nō seruaret: verax nō esset: ita si premiū pmissum mādata eius seruātib⁹ nō daret: iniustus esset. Sicut in humanis: omē pmissum: licet sponte ⁊ volūtate cadit in debitū. Sic ergo debitor noster est de⁹ sua misericordi volūtate: nō rei necessitate. ℭ Z Sꝫ cōtra pōt opponi. Eadeꝫ rōne sequit q̄ grā prima caderet sub merito de cōdigno: qđ est ꝯtra oēs doctores: ⁊ aplm ad Ro. xj. Si ex meritis: iam grā nō est grā. Uñ sicut implicat gratiā nō esse gratiā posita cōstantia subiecti ita implicat gratiā esse ex meritis: ⁊ tñ sequit qđ dictū est: q: sicut ordinauit de⁹ se datuꝝ premiū seruāti mādata ex grā: ita ab eterno ordinauit dare gratiā faciēti qđ in se est. Sicut ergo seruans mandata meret gloriā de cōdigno: ita faciens quod in se est: meretur gratiam de condigno. Respondet q̄ faciendo qđ in se est: nō meret primā gratiā que est grā iustificans pctōrē de cōdigno: licet mereat de cōgruo. Nec est par ratio: q: preter ordinationē dei: qua vult dare premiū sic facienti: ad cōdignitatē meriti duo requirunt: q̄ in pposito deficiūt: ita q̄ condignitas opis ex trib⁹ pendet: scꝫ ex dignitate operātis: ex cōmensuratione operis: ex acceptatione premiantis. Ex dignitate operātis: vt scꝫ operās sit psona digna. hoc est non sit indigna: nō inimica. Uñ pctōr q: inimicus dei est: nihil mereri pōt de cōdigno vt. s̄. Commēsuratio opis: ⁊ hoc vel ex natura opis: vel ex principio operādi. Mō opus meritoriū: vt dictū est pter gratiam ex qua elicit: ⁊ spm sanctū inhabitantem p gratiā mouentem: cōmensurat premio tam obiectiuo q̄ formali. Nihil tale est in pctōre: qui nec habet spm sanctū inhabitantem: nec donū supnaturale gratie cōmensurabile. Nullum eñ donū gratie gratis date cōmensurabile est gratie gratuꝫ facienti. Et ideo licet de⁹ acceptet opus faciēdi qđ in se est ad gratiā infundendā: quā alis nō infunderet: tñ deficiūt alia duo correquisita: ⁊ ita nō est eadem ratio hic ⁊ ibi. Et illa tria includunt in hac particula descriptiōis meriti de cōdigno: qua dicit, Ad retributionem premij ſm debituꝫ iusticie acceptatus: vt ibidē est declaratū. Et tantū de illo dubio. ℭ Lectio. lx. A

Per christū dominū

nostrū. ℭ Hec est tertia particula partis secūde secte partis principalis canonis: in qua inducit psona per quā petimus patrem venie largitorem admitti ad cōsortiū beatoꝝ. Et subdiuidit in duas portiūculas. In prima facit qđ dictū est. In secūda cōcludendo totū canonem, reducit in eū qui circa confectionem corporis christi operat trinitas benedicta, ibi: Per queꝫ hec oia bona semp creas ⁊c. ℭ Circa primū dicit: Per christū dñm nostrū. qui veniā quā nobis pater celestis largitur: meruit: ⁊ celi ianuā primo aperuit. In quo sanctoꝝ consortiū qđ petimus celebrat: vbi ⁊ ipe christus oleo leticie pre participib⁹ suis vnctus ⁊ pfusus: prim⁹ patri equalis ad dexterā eius residet, forma pre filijs hoim speciosus. Et hic nō respondet, amen: sicut in prioribus orationib⁹ propter connexionem verboꝝ statim sequentiū: in quibus est relatiuū: cuius antecedens est qđ hic dicit: christū dñm nostrū. Sequit eñ: Per quem scꝫ christū. Habēt ergo cōdepēdentiā ad priora: sicut relatiuū dependet ad suū antecedens: que vt non soluat: nihil interponit. Uel secūdo q: sacerdos secrete hanc petitionem facit: ita vt ei⁹ verba a circūstantib⁹ ministris audiri nō possint: ⁊ nemo est circūstantiū qui respondeat amen. Uerū hec ratio nō paruum facit: q: sic cōcluderet q̄ etiā in priorib⁹ orationib⁹ dici nō deberet: in quib⁹ tamen sacerdos celebrans ſm romane ecclesie ordinem, dicit amen: ergo ⁊ hic dicere posset secrete. Ideo tertio dicūt quidā, q̄ ideo omittit amen q: angeli sancti qui huic ministerio adesse creduntur: affectantes q̄ nos petim⁹ suo cōsortio adiuuari: respondeant amen. Hec clausula quantū ad singulas dictiones ei⁹ frequenter exposita est. Ideo hec sufficiant. B

Per queꝫ hec oia domine

semp bona creas: sanctificas: viuificas: bñdicis ⁊ prestas nobis. ℭ Hec est secūda portiūcula: in qua ea q̄ circa corporis christi cōfectionē acta sunt: reducit in christū patris filiū dñm nostrū. Et primo ea q̄ sunt ex parte sacramenti. Secūdo ea q̄ sunt ex parte psonarū in sacramento operātiū, ibi: Per ipsum: ⁊ in ipso. ℭ Circa primū pōt litera tripliciter exponi ſm triplicem huius pnominis hec demōstrationem. Pōt eñ demōstrare panis ⁊ vini substantiaꝫ demōstratione simplici ſm Alex. q: que demōstrat modo nō sunt: sed fuerūt presentia. Est ergo simplex pnominis demōstratio: sicut verbis verbi cōfusio. Pōt ergo demonstrare panis ⁊ vini substantiā: q̄ fuerūt materia sacramēti: ⁊ quarū species presentes sunt sacrm. Pōt etiā rem sacramēti presentē demōstrare carnē scꝫ christi ⁊ sanguineꝫ. Pōt etiā demōstrare eos qui simul offerunt in hoc sacro: qui membra sunt christi: constituentes corpus ei⁹ mysticū ibi significatū: nō aūt cōtentū. Secūdū primā expositionem dicit: Per quem scꝫ dñm nostrū christū mediatorem. qui se fecit rem huius sacramenti. Hec oia scꝫ panis vini ⁊ aque: que ibi fuerant: substantias Semp bona. Uidit eñ deus cuncta q̄ fecerat ⁊ erant valde bona. Gen. j. Creas cōdendo naturā. Sctificas, cōsecrādo materiā. Uiuificas transsubstantiando creaturā in viuā scilꝫ christi carnem ⁊ sanguinē. Bñdicis, acumulādo grām: q̄ plus in hoc ope relucet q̄ in ceteris. Creas inquā ſm causas pmordiales: hoc est ſm rōnes ideales ſm quas rōnabil'r facis quicq̄d operis: vt dic̄ Aug. Sctificas, ſm causas sacramētales: q̄ sunt verboꝝ forma: cōsecrantis pctās ⁊ intētio. Uiuificas, ſm causas effectiuas principales: que sunt tua volūtas ⁊ beneplacitū: qua ipsas trāssubstātias ac cōuertis in alias viuas substātias. Bñdicis ſm causas salutares. Et prestas nobis: ſm causas liberales. ℭ Uel ſm Alb. Hec sen

per bona creas ꝑ nature cōstitutionem. Sācificas ꝑ ver-
bum ⁊ orationē. Viuificas ꝑ vitalē cōuersionē. Bndicis
ꝑ grē exuberationes. Et prestas nobis ꝑ liberalissimā lar-
gitionem. ¶ E Scđo mō exponit̄: vt hec demōstrat rem
cōtentā: sic. Per quē hec oia bona/carnem scʒ ⁊ sanguinē:
semꝑ bona: quātū ad oēm speciē boni. Sūt q̄ppe bona vti-
lia ad reformationē vite laberꝭ spūalis. Honesta ad reme-
morādū opa salutis. Delectabilia/ad ꝓmotionē sumine ⁊
intime deuotionis. Creas ipa in sacrm adducēdo. Scifi-
cas/sacris velamētis obtegendo. Viuificas/increatē vite
vniendo. Bndicis spūalib⁹ donis ⁊ bñficiis implēdo. Et
prestas nobis/misericorditer largiendo. ¶ Tertio modo
prout hec demōstrat signatū ⁊ nō contentū: pōt sic exponi
ſm Alex. Implorata em̄ admissiōe ꝑegrinātiū ad ꝯsortiū
sctōꝝ/subdit̄ cōmēdatio trinitatis: vt sic captata dei beni-
uolentia. facili⁹ impetret̄ qđ intendit̄. Cōmendat̄ igit̄ pa-
ter ex autoritate maiestatis/ibi: Per quē hec oia. Filius ex
imensitate virtutis/ibi: Semꝑ bona creas. Spūsscūs/ex
cōnexiōe vnitatis/ibi: In vnitate spūsscti/in ꝑticula sequē
ti. Virt⁹ ḡ filij cōmendat̄ in eo ꝙ pōt oia ex nihilo creare/
ibi: Per quē hec oia: semꝑ bona creas. ⁊ a pctis purgare
ibi: Scificas. ⁊ grā ⁊ virtutib⁹ viuificare/ibi: Viuificas. ⁊
viuificatos ⁊ purgatos glīa remunerare/ibi: Benedicis.
Vt sic insinuet̄/ꝙ est de⁹ nature: largitor: venie: autor vite
⁊ rex glīe. ¶ Dicit̄ ergo: Per quem scʒ christū. Dñe scē pa
ter cui⁹ est autoritas maiestatis. Hec oia bona. i. oēs hoc
sacro significatos: nos scʒ in multitudine tuarū miseratio
nū sperātes: vt nobis partē cū scīs tuis dones/in glīa sta
bilitatis. Creas/in natura bona ꝯstituendo. Dic em̄ Aug.
i. de doctri. chri. q: bon⁹ est/sum⁹: ⁊ inquantū sum⁹/boni su
mus. Scificas/in ipo a pctis purgādo. ipo petente Joh.
xvij. Pater scē scifica eos in veritate. Per quem: Viuifi-
cas/grā ⁊ virtutib⁹ ad vitā preparādo. Nā ⁊ ipe obtulit ꝑ
vita mūdi. Per quē Bndicis/viuificatos glīa coronādo.
Ipe est q̄ in iudicio dicet: Venite bndicti patris mei/possi
dete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi. Math. xxv.
Per quē ⁊ olim patrib⁹ veteris testamēti bndixisti ꝓpter
ipm qui ab eis ſm carnē fuerat descēsur⁹. Per quē Et pre-
stas nobis/bona grē ⁊ glīe: sine quib⁹ nemo attingit cōsor
tium btōꝝ. ¶ D Sed hic q̄s dubitaret circa hunc textum
Cū pater celestis causa est imediata ois eē/⁊ creature: au
tor etiā scitatis/⁊ principiū vite/oisq̄ bndictionis origo:
quō hic dicit̄ creare/scificare/viuificare/⁊ bndicere per fi
lium. ¶ Rñdetur ex quo pater est agens rōnale recogno
scens oia opa sua antequā fiāt: necesse est ꝙ apud se habeat
rōnes ideales ⁊ exemplares rerū fiēdarū. Habeat inquā
apud se in esse cognito: ſm has ꝓducit quecūq̄ ꝓducit: vt
cognoscēs ⁊ rōnabiliter operet̄. quēadmodū dic phs. vij.
metaph. Dom⁹ extra in re: fit a domo intra in mente: q: do
mificator antequā cōstruat domū realem: precōcipit in mē
te qualiter partes dom⁹ cōponat ⁊ ordinet vt artificiose cō
struat̄. Cūʒ aūt filius ꝓcedit a patre ꝑ modū intellect⁹: q:
vt verbū patris: in quo tanq̄ in imagine ꝑfectissima relu-
cet: nedū ois paterna ꝑfectio: sʒ oīne creabile a deo: ꝓpter
qđ ſm Aug. xv. de tri. c. xiiij. verbū generari dicit̄ de scientia
Joh. i. patris: vocatur q̄ ars patris oipotentis. Ars plena rōnū
oim viuentiū/ſm illud. Qđ factū est in ipo vita erat. Cuʒ
igit̄ pater summ⁹ artifex ꝓducit aliq̄d extra se: q: ꝓcōcipit
ꝑ artem dicit̄ opari: ⁊ sic ꝑ filiū qui ars est patris. Et ita dr̄
creare ꝑ filiū. Nō th̄ vt prepositio ꝑ/sit nota ꝓncipij forma
lis ꝓducendi: quō ignis calefacit ꝑ calorem ⁊ creat⁹ artifex
operat̄ ꝑ artem. Nā fili⁹ nō est ars patris formaliter: sicut
nec est sapiētia patris formaliter. Nō em̄ pater sapit sapiē
tia genita: sʒ formaliter sua essentia: q̄ est essentialis cogni
tio sapientie ⁊ ars patris. Siquidē nihil pater recipit a fi
lio: sed oia habʒ a semetipo. Nec creat ꝑ filiū: vt ꝑ/sit nota
cause istrumētalis: sicut sector lignoꝝ secat ꝑ securim sicut
ꝑ instrumētū: qm̄ fili⁹ nō est instrumentū patris: q: nō mi-
nor patre. Sed creat ꝑ filiū/vt ꝑ/dicit principij idētitatem
cōsubstātialē: vt tātū sit dicere: Pater creat ꝑ filiū tanq̄ ꝑ
vnū secū cōsubstātiale principiū. Vn̄ nihil aliud est patrē
creare ꝑ filiū: q̄ patrē ⁊ filiū a se ꝓductū vnū esse creature
effectiuū pricipiū: vnū scʒ creatorē. Et lʒ verissime dicat̄ ⁊
pater creare ꝑ spm̄sanctū: q: pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūsscūs sunt
vnus dñs: oipotens creator: ⁊ oim rerū finis ⁊ principiū:
tamē ea q̄ ordinē habēt ad intellectū/specialiter attribuū-
tur filio: sicut que habēt ordinem ad volūtatē attribuunt̄
spirituisancto: q: sicut fili⁹ a patre ꝓcedit ꝑ modū intelle-
ctus vt v̄bū: ita spūsscūs ꝓcedit ab vtroq̄ ꝑ modū volū-
tatis vt donū. ¶ E Sed diceres: ex illo sequeret̄ ꝙ licet
cōuenienter diceret̄ pater creare ꝑ filiū: nō tamen sancti-
ficare: viuificare ⁊ benedicere: q: cū illa sint dona habentia
ordinem ad volūtatē: q: gratiose ⁊ liberaliter donata at-
tribui debent spūisancto. ⁊ sicut dicit̄ creare ꝑ filiuʒ: dicat̄
sanctificare ꝑ spm̄sanctū. Ad hoc respōdet̄ ꝙ ꝓprie ⁊ ve-
re dicit̄ pater scificare/viuificare spūaliter et bndicere ꝑ
spm̄sanctū: tamē nihilomin⁹ ꝓprie ⁊ ex alia causa id attri
buitur filio. Nā q: filius solus est incarnat⁹ passus ⁊ mor-
tuus: vt humanū genus in adā ꝑditū patri reconciliaret:
factus est causa meritoria toti⁹ boni spūalis: qđ homini cō-
fertur ad salutē. Neq̄ vnq̄ post lapsum ade: alicui hoi col
lata est grā: nisi ꝓpter christi passionē exhibitā vel exhibē-
dam: quā vt sic acceptauit tota trinitas tanq̄ merituʒ grē
cōferēde. ſm hoc igit̄: q: christ⁹ in assumpta humana natu
ra meruit: vt nobis a patre gratia/scitas/spūalis vita et
benedictio cōferat̄: cōuenienter dicit̄ pater per filiū sancti-
ficare: viuificare: ⁊ bndicere: ⁊ illo mō intelligendo ꝑ/nō
dicit identitatē principij cōsubstātialem: sed circūstantiā
cause meritorie. Quō etiā dicim⁹ patrē aliq̄d dare ꝑ sctōs
idest ꝑ merita sctōꝝ: nō ꝙ meritū sit causa vel ratio prebēs
patri facultatem operādi: sicut calor igni prebet facultatē
calefaciēdi: sed q: est aliqđ acceptum a patre in ordine ad
collationem talis boni. Et illo modo ptʒ ꝙ pater nō san-
ctificat per spiritūsanctum: q: spiritussanctus nō est causa
meritoria sanctificationis nostre: sicut nec filius ſm natu
ram diuinā: sed tm̄ ſm eā in qua satisfecit pro nobis: idest
ſm naturam mortalem assumptam. ff

Per ipsum et cū ipso et in

ipso/est tibi deo patri oipotenti in vnitate spūsscti/ois
honor ⁊ glīa. Per oia secula seculoꝝ Amen. ¶ Hec est vl-
tima porciūcula ⁊ cōclusio canonis: in qua reducit ea q̄ cir
ca corporis christi cōsecrationē acta sunt: in christū ex pre
ꝑsonarū in sacro operātiū/ꝑsonarū sanctissime trinitatis
vn̄ dicit̄ Per ipm. christū scʒ filiū tuū: ꝑ quē hec oia q̄ offe
rim⁹: creas: imo ⁊ totū mūdū: ⁊ oia q̄ in eo sunt. Ipse em̄ Joh. i.
est v̄bū ꝑ qđ iohāne testāte oia facta sunt. ⁊ aplo ad Heb.
i. per quē fecit ⁊ secula. ꝑ quē opus humane redēptiōis ꝑ-
fecisti: ⁊ ruinā angelicā restaurasti. Per quē hec oia bona:
panē vinū ⁊ aquā creata sanctificas: viuificas: bndicis. i.
das virtutē purgādi: viuificādi: glorificādi: ⁊ prestas no-
bis scificata ⁊ trāssubstantiata: vt sint nobis in subsidiū
purgationis: viuificationis ⁊ glorificationis. Per hunc
quasi ꝑ mediatorem. i. Tim. ij. Mediator dei ⁊ hoim ho-
mo christus iesus. tibi honor ⁊ glīa. Oēs quidem rōnales
creature ⁊ intellectuales: hoies scʒ ⁊ angeli tibi canūt glo
riā: te honorificāt: q: tuū istū vnigenitū dignat⁹ es mitte-
re: ⁊ opa tā gl̄iosa: tā magnifica exercere. Vn̄. s. in ꝑfatiōe
dicit̄: Per quē christū dnm nostrū/maiestatē tuā laudant
angeli: adorāt dñatiōes ⁊c. Et paulus ad Eph. iij. In chri
sto iesu dño nro fiduciā habet ⁊ accessum ad patrē ad quē
flectit genua: vt ibi dr̄. Rursus ꝑ ipm̄ met filiū tuuʒ christū
tibi honor ⁊ glīa: in miraculoꝝ suoꝝ opatione in quib⁹ ꝑ fi
liū glorificat⁹ est pater: vt expresse habet̄ Joh. ix. in illumi
natione ceci nati. ⁊ Joh. xi. in resuscitatione lazari: cui⁹ in-
firmitas nō esse ad mortē: sed ad gloriā dei: christus ipse
asseruit. Idipm̄ de cecitate illuminati discipulisquerētib⁹
q̄s peccauerit vt cecus nasceret̄: Rñdit. Nec mirū qm̄ ipe
in suis operib⁹ gloriā suā nō querit: sed honorificat patrē.
¶ B Sequit̄. Et cū ipso. ois scʒ honor ⁊ gloria: q: cum

ipo est tibi patri vnũ esse diuinũ:p qd tecũ vnus est deus: ipso dicente: Ego ⁊ pater vnũ sum⁹. scz in essentia/quã p generationẽ te cõicãte accepit. Pater inqt qd dedit mihi maius est oib⁹. hoc est diuina essentia/qua maius nihil cogitari põt. Est em̃ fm Dam̃. pelagus infinite substantie: q̃ q: indiuisa est in filio: merito cũ ipso est tibi honor ⁊ glia:
Phil. ij. q: tibi est coequalis maiestate ⁊ potẽtia. Hinc aplus: Qui cũ in forma dei esset: nõ rapinã arbitrat⁹ est se esse equalez deo. Est ⁊ coequalis duratione: q: coetern⁹. Sicut dicit in symbolo athanasij: vna est diuinitas: equalis glia: coeterna maiestas. Qd etiã pphã innuit i psona patris loquẽs. Ego hodie genui te. Hodie. i. in eternitate: vbi nihil futurum: nihil preteritũ: sed hodie cõtinuũ. Vñ blasphemãtibus iudeis rñdens dñs ait Joh. viij. Anteq̃ abraã fieret: ego sum. semp est q: imutabiliter est. Est ⁊ coequalis beatificatione sui ⁊ oim electoz. Sui: q: ex se naturaliter beatus: lz nõ a se cadẽ beatitudine qua ⁊ pater. Jo. v. Sicut pater habet vitã in semetipso: sic dedit ⁊ filio habere vitã in semetipso. Vna siquidẽ necessaria cognitio cõprehẽsiua summe diuine nature: vna eiusdẽ eterna fruitio patris ⁊ filij. Oim electoz: q: in ei⁹ faciẽ oẽs desiderant pspicere angeli ⁊ hoies. Vñ ⁊ ipe ait. Hec est vita eterna: vt videãt te patrẽ: ⁊ quẽ misisti iesum christũ solũ verũ deũ. Jo. xvij. Jdcirco tibi patri cũ ipo ois honor ⁊ glia: cũ quo opatis oia: cũ ipso disponẽdo ⁊ regẽdo p spiritũ creata. vñ Jo. v. Pater me⁹ vsq3 mõ operat ⁊ ego operor. Et sequit. Quecũq3 ille facit: hec ⁊ filius silr facit. ❡ H Sequit: Et in ipso. est tibi honor ⁊ glia: in quo tanq̃ in imagine ⁊ imenso exemplari tuo reluces pfectissime. Ipse em̃ imago est dei inuisibilis: primogenit⁹ ois creature: qm̃ in ipo cõdita sunt vniuersa in celis: ⁊ in terra/visibilia ⁊ inuisibilia: siue throni: siue dñationes: siue principatus: siue ptãtes: oia p ipm ⁊ in ipso creata sunt: ⁊ ipse est ante oẽs: ⁊ oia in ipso cõstant. ad Col. j. Ipse est splendor glie ⁊ figura sube patris/portans oia verbo virtutis sue. ad Heb. j. In ipso pfectissime representaris. Vñ ⁊ philippo petenti. Ostẽde nobis patrẽ/rñdit. Philippe qui videt me: videt ⁊ patrem. Joh. xiiij. Nec solũ tu pater in ipso reluces: sed ⁊ oia que sunt i tua sciẽtia. Nã ⁊ verbũ est: ⁊ noticia oim q̃ in paterna memoria sunt declaratiua: vt btũs Augu. In ipso em̃ tanq̃ in speculo lympidissimo te ipm ⁊ oim creaturarũ rões intueris. Est em̃ emanatio virtutis ⁊ claritatis oipotentis dei sincera. Candor lucis eterne: ⁊ speculũ sine macula dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illi⁹. Sap. vij. In quo ⁊ beati oim quoz voluerint: facies contemplant. In ipso q̃ est tibi pater honor ⁊ glia tanq̃ in eo in quo semp ⁊ substãtialiter existis. Tu em̃ in ipo/⁊ ipse in te p circũincessionẽ admirabilem semp existis: ipso docẽte: Nõ credis inqt philippo: q: ego in patre ⁊ pater in me est: tã singulari q̃ incõprehensibili inexistẽtie mõ. A te em̃ genit⁹ in idẽtitate nature: nõ mõ specifico sicut in ceteris generantib⁹ que generãt sibi sile in specie: sed in idẽtitate numerali et cõsubstãtiali: p quã ipse tecũ vn⁹ est deus simplex ⁊ verus: cui totã tuã subam ⁊ naturã oẽmq3 pfectionẽ cõicasti: nec ab eo nisi paternitatis relatione disiũgeris. Vñ ⁊ ait. Tu pater in me ⁊ ego in te: adhuc autẽ in ipo est tibi honor ⁊ glia: ⁊ vnũ sum⁹. Joh xvij. In illo igit in quo semp es: in quo tibi bñ cõplacuit: est tibi honor ⁊ glia: tanq̃ in fine in quo oia cõsummas. fm Alex. Vñ Apoc. j. Ego sum alpha ⁊ o: principiũ ⁊ finis. Per ipm ergo p quẽ oia creas: ⁊ cum ipso cũ quo creata gubernas: ⁊ in ipo in q̃ oia cõsummas est tibi ois honor ⁊ glia/cũ tradiderit regnũ deo patri. j. Coz. xv. Et subiect⁹ erit illi q̃ sibi subiecit oia: vt sit de⁹ oia in oib⁹. Tũc p filiũ erit patri ois honor ⁊ glia: nũc quidez est patri honor ⁊ glia p filiũ: sed nõ ois donec post cõsummationẽ: sicut a patre ad filiũ: sic a filio hereditas reuertatur ad patrẽ: pter qd dicit: in ipo est ois honor ⁊ glia: q: tũc reuelabit a filio pater: q: qd mõ credit. tũc per spẽm ⁊ manifestationem clarescet: vt habet in glo. loco allegato. ❡ J Sequit: Est tibi deo: nõ participatiue aut nũcupatiue aut vsurpatiue quõ hoies ⁊ demones dij appellant: vt ibi. Oẽs dij gẽtiũ demonia. Et iterum. quos excecauit deus hui⁹ seculi. ij. Coz. iiij. Itez. ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi oẽs. ps. lxxxj. Sed tibi deo viuo ⁊ vero per naturã et essentiã simpliciter infinitã. Patri. nõ tantũ honore cura ⁊ venerabilitate: qualiter hoies maiores ⁊ prestantiores patres appellam⁹: sed tibi patri p naturã ⁊ originẽ: quã tibi vere ⁊ ppriissime cõuenit generatio. Vnde dixisti. Nũquid ego qui generationem alijs tribuo sterilis remanebo? Abs te inquã patre: a quo ois paternitas in celo ⁊ in terra nominat. ad Ephe. iij. Tu em̃ vnica ⁊ vera es omniũ origo ⁊ principiũ. Omnipotenti. ⁊ fm virtutis ⁊ vigoris infinitatem ⁊ fm autoritatis liberã ⁊ vniuersalem potestatem: fm quã singulis ad nutum dñaris/oia habens in tua ditione. Hester. xiij. cui subest cũ volueris posse. Sap. xij. Nã oia quecũq3 voluisti fecisti in celo ⁊ in terra ⁊ in oibus abyssis. ps. cxxxiiij. Solus potens rex regũ ⁊ dñs dominantiũ. j. Tim. vj. Oia em̃ quecũq3 voluerit faciet: ⁊ sermo illius ptãte plenus est. Nec dicere ei quisq̃ põt: quare ita facis? Eccs. viij. Nã ptãs ei⁹ ptãs sempiterna: ⁊ regnuz eius a gñatione in gñationẽ. Dañ. iiij. Tibi ois honor: q: prestantissime es virtutis: imo essentialiter virt⁹. Tibi ois glia: q: claritas tue virtutis sup oẽs emicuit: pter qd merito ois tibi glia exhibet: ⁊ clara tui cũ laude noticia oib⁹ predicat. In vnitate spũssancti. i. cõione spũsscti: q̃ amor est ⁊ nexus patris ⁊ filij: in quo cõicãt tanq̃ in vno cõi dono ab vtroq3 pcedente. Procedit nãq3 spũsscũs a patre ⁊ filio/tanq̃ amor infinit⁹ ex infinita ⁊ fecũda vtriusq3 patris ⁊ filij volũtate. Et vere q: est vna oib⁹ modis in patre ⁊ filio: spũsscũs tanq̃ amor cõis ab vtroq3 pcedit tanq̃ ab vno spiratore ⁊ principio. In ipso igit cõicant tanq̃ in cõmuni pducto. Vel in vnitate spũssancti. i. in idẽtitate essentiali spũssancti. Quis em̃ spũsscũs psonaliter sit a patre filioq3 distinctus: est tñ idem sibi essentialiter. Vna quidẽ est eis cõis essentia: qua pater filius ⁊ spũsscũs vn⁹ sunt de⁹. In hac ergo vnitate essentie ⁊ idẽtitate cũ spũ sancto: est tibi patri: cũ ipso: in ipso ⁊ p ipsum filiũ/Ois honor ⁊ glia: q: i hac vnitate essentie es de⁹ vn⁹: cui soli vt ait apls ij. ad Tim. vlt. Glia ⁊ honor in secula seculoz. Hic de⁹ vt Aug. ait: est de⁹ trinitas q̃ hic exprimit in verbis expositis. Cũ dicit: Tibi deo patri/in quo noiat prima psona scz pater q̃ toti⁹ diuinitatis vt Diony. dicit/est principiũ: p ipsuz ⁊ cũ ipso ⁊ in ipso: scda psona a solo patre genita: patri oimode equalis ⁊ cõsubstãtialis. In vnitate spũsscti/exprimit tertia psona a solo patre ⁊ filio spirata. In idẽtitate essentie cõsubstãtialis ambob⁹ patri ⁊ filio. Tibi igit deo patri/cũ ipso scz filio: in vnitate spũsscti. i. vna cũ spũscto honor ⁊ glia. Cõtra oẽs hereticos filio ⁊ spũiscto detrahentes. Cõtra quos btũs Hiero. vt in singulis psalmis diceret: Glia patri ⁊ filio ⁊ spũiscto: sicut erat in pncipio et nũc ⁊ semp et ⁊ in secula seculoz amẽ apostolicã autoritatem interpellauit. vñ ad Damasum papã scribẽs epla. iiij. ita ait. Istud carmen laudis: haud dubiũ quin glia patri ⁊c. vsq3 amen. oi psalmo ɔiũgi precipias: vt fides. cxviij. episcopoz niceni cõcilij ⁊ nro ore pari cõsortio declaretur vbi deus ⁊ hõ honorabili voce pdicat. ❡ L Concludit ofo: Per oia secula seculoz. i. p oẽs mũdi etates: q̃ secula possunt appellari. Nam seculũ et sedũ p syncopã: qd libet tps accipit aliquãtulum longũ: a sequor dictũ eo q tps tempus sequat. Licet fm quosdã spaciũ. c. annorũ importet: vt dicit Januẽsis: vñ secula seculoz. i. oi tpe vel eternaliter. Siquidẽ in omni tpe fuit honor ⁊ gloria deo. In exordio quidem mũdi deum laudabant ⁊ glorificabant astra matutina. angelice scz virtutes: ⁊ per descensum seculoz sanctoz patres patriarche ⁊ pphete: apostoli/martyres/cõfessores/virgines: ⁊ oẽs dei athlete: quib⁹ suam presentiam pollicitus est christus dei filius vsq3 ad cõsummationem seculoz: quibus oibus vsq3 tunc glorificabit ⁊ laudabitur deus trinitas. Vnde dixit propheta. In secula seculoz laudabunt te: idest eternaliter. Siquidem ante mun Esa. lxvj

di cōstitutionē: ⁊ cuiuscūq; creature: honor fuit ⁊ gloria in
personis summa parilitate sibijnuicē cōgaudētib⁹. Fuitq;
eternaliter ante oēm creaturā summe glorificāda ⁊ hono
randa altissima dei maiestas. In illa sup benedicta trinita
te: vbi est summe clara cū laude: infinita ⁊ cōprehēsiua sue
pfectionis noticia. Unde ibi est deo in se ⁊ a se summa ho
noris gloria. Glorificat em̄ patrē filius: glorificat vtrūq;
spūssanct⁹: ⁊ viceuersa q̄libet diuina persona reliquā: q: q̄
libet clarissimā pfectionis cuilibet infinite infinitā habet
cū laude noticiā. Fuit em̄ (veri⁹ est ⁊ semp est) ante omnē
creaturā summe honorificāda ⁊ laudāda ⁊ glorificāda il
la infinita maiestas: nec ab alia cōdigna q̄ a seipsa: cū nul
lius creature noticia cōmensurabilis sit substātie infinite.
Nihil quidē isti summe et beatifice societati defuit. Un̄ p
creature cōstitutionē magis reddet honorāda: nec aliqd
glie ex creatura accreuit. Ipsa sola est sibiipsi sufficiēs ho
nor ⁊ gloria ab eterno ⁊ in secula seculorū. ¶ L Respō
det chorus vel minister / Amen. qđ in pposito aduerbium
est affirmādi. i. certē: seu verū est. Non verbū defectiuū / va
lens tantū. i. fiat. Nihil em̄ hic fieri petit vel optat: qđ nō
dū est: sed honorē ⁊ gloriā q̄ eternaliter est trinitati sacer
dos sacrificās fideliter cōfitet: cui circūstans fideliū turba
cōsonās ⁊ ipam cōfessionē ac gratiarū actionē approbans
respōdet. amen. i. verū est: q̄ p ipsum christū tibi oipotenti
patri in vnitate spūssancti / est ois honor et gloria: p oia secu
la seculorū. Sic itaq; pfectis omnib⁹ q̄ ad sacramenti sup
celestis ⁊ diuinissimi cōsecrationē: ⁊ ad sacrificiū per sacer
dotē q̄dē ministerialiter. p patrē aūt cū filio in vnitate spi
ritussancti operantē principaliter ptinēt: canonis institu
tori in hac grarū actione: ⁊ pro hoc immenso dei beneficio
nobis pctorib⁹ indignissimis exhibito: sed ⁊ pro essentia
li sua gloria a creaturis omnib⁹ magnificāda et perpetuo
collaudāda canonē dūxerat cōcludendū. Cui ⁊ nos p q̄lis
cūq; eiusdē canonis expositione: p me deficiēter forte exhi
bita grās possibiles ⁊ deuotissimas referam⁹: agnoscētes
fideliter quicq̄d verum: quicq̄d dignū: quicq̄d salutare so
nuit: nō meū sed illius esse / a quo oē verū: omne scm̄: ⁊ oē
bonū atq; datū optimū est. Si q̄d vero erroneū: si minus
clarū: si tāto incōprehēsibili ⁊ admirabili sacramēto indi
gnū psonuit: meū esse palā cōfiteor: cui⁹ remissionē vt apō
misericordē dūm se nobis ex nimia indebitaq; charitate
in hoc sacramēto cōmunicantē: ac iterū atq; iterū p nobis
misericordi patri offerentē / obtinere merear: vestrarū ora
tionū patres ⁊ magistri ⁊ fratres suffragia imploro suppli
citer ⁊ regro. ¶ M Nūc addenda est expositio mysterio
rum in gestis signis ⁊ ritib⁹ sacerdotis p̄lata in altari pse
rentis latentiū. In pmis cū post suffragia defunctis peri
ta / ad viuos rediēs dicat: Nobis quoq; pctorib⁹: vocē exal
tat: ⁊ pect⁹ tūdit quo aliud significat ſm allegoriā: aliud
ſm tropologiā. Scdm allegoriā vocē exaltat silētiū inter
rūpens ſm Innocē. ⁊ Alex. quo repsentat cōfessionē ⁊ cō
tritionē latronis in illo dñice passiōis articulo increpātis
alterū ⁊ dicētis. Nos quidē digna factis recipim⁹: hic vero
nihil mali gessit. Desiderantiq; cōsortiū beatorū p quo sa
cerdos petit in ipsa oratione: dicebat ad iesum. Dñe me
mento mei dū veneris in regnū tuū. Luc. xxiij. Uel ſm eos
dem p exaltatione vocis ⁊ tūsionē pectoris exprimit q̄ cē
turio: ⁊ q̄ cū ipso erant: visis his que fiebāt christo in cruce
pendēte / timuerūt valde dicentes: Uere fili⁹ dei erat iste.
Math. xxvij. ⁊ Luc. xxiij. dicit. Uidēs aūt cēturio qđ factū
fuerat: glorificauit deum dicens: Uere hic hō iustus erat.
Et ois turba eorū q̄ simul aderāt ad spectaculū istud / ⁊ vide
bāt q̄ fiebāt: pcutiētes pectora sua reuertebant. Scdm Al
bertū vero p tropologiā: Tūsio pectoris p hoc q̄ est ict⁹ af
flictionē inferēs: significat satisfactionis laborē: qui neces
sarius est ad obtinēdū participationē cū sanctis que peti
tur. Per hoc aūt q̄ sonus tunsionis est cum sono vocis: si
gnificat cōfessionē eorū que in pectore latēt: per hoc q̄ fit
cum gemitu: significat cōtritionis compunctionem q̄ etiā
necessaria est / vt consortium cum sanctis impetret. Nihil

enim inquinatū in hoc sanctū ⁊ diuinū cōsortiū potest in
troire. Apoc. xxi. Fit autem hec tunsio tribus digitis vltī
mis: quia pollex ⁊ index separari nō debēt ppter reueren
tiam sacramēti post cōtactū eius vsq; ad cōmunionem: ne
forte si q̄d de hostia digitis adhereret: per cōtactū alteri⁹
corporis a digitis decideret: et ita irreuerētia fieret sacra
mēto: vt sic se tripliciter peccasse exprimat: corde ore ⁊ ope
re. ¶ N Dū vero sacerdos pfert hec verba Scificas / vi
uificas / benedicis: tres format cruces cōiunctim super ho
stiā ⁊ calicē. Deinde quinq; cruces in verbis Per ipm̄ ⁊c.
que a diuersis diuersimode exponunt. Nec mirū: q: in hoc
sacratissimo mysterio / mysteria multiplicia includunt. Se
quendo tñ in pmis btm̄ Tho. in parte. iij. q. lxxxiij. arti. v.
cōformiter ad p̄dicta. lec. xxi. et. liiij. vbi dictum est: q̄ p cru
ces importat passio christi: ⁊ per eas que precedūt cōsecra
tionē / ea significant q̄ passus est ante ligni affixionem: per
cruces que postea fiunt: ea que passus est ante egit in ligno
crucis ⁊ post depositionē. Et ſm hoc dictū est q̄ q̄nq; cru
ces facte in verbis Hostiā purā ⁊c. designāt quinq; vulne
ra christi in sua affixione ⁊ lanceatione passa: ⁊ in trib⁹ cru
cib⁹ in his verbis: Corpus et sanguinem / representat cor
poris extensio: sanguinis effusio: ⁊ passionis fructificatio.
Hunc ordinē psequendo fit hic in verbis: Sanctificas ⁊c.
sexta crucis signatio: qua fiūt tres cruces sup calicem ⁊ ho
stiā cōiunctim in verbis Sanctificas viuificas / benedicis:
per q̄ significat triplex oratio quam christus fecit in cruce.
Prima quā fecit pro suis psecutorib⁹ / cū dixit. Pater igno
sce illis: q: nesciūt q̄d faciūt. Secunda quā fecit pro libera
tione a morte / cū dixit. Deus me⁹ de⁹ me⁹: vt q̄d dereliquis
sti me? Tertia pertinet ad adeptionē glorie / cū ait. Pater
in manus tuas cōmēdo spiritū meum. Rursus septima si
gnatio fit ſm eundē tribus crucibus cū hostia super cali
cem discoopertū cū his verbis / Per ipm̄ / cum ipso ⁊ in ip
so: ad repsentandū tres horas quib⁹ pependit in cruce / sci
licet a sexta hora vsq; ad nonam. Octaua signatio cōtinue
subsequitur septimā: cum sacramento panis extra calicem
vel in latere calicis factam cum duab⁹ crucibus in verbis:
Et tibi deo patri omnipotenti: in vnitate spiritussancti. Qui
bus signatur separatio anime a corpore in morte dñi. Li
cet enim in christo tres sint substantie: scilicet diuinitatis /
anime / ⁊ corporis: tamē solū due fuerūt in morte ab inui
cem separate: scilicet aia a corpore. Diuinitas vero a neu
tra fuit separata: sed vnita fuit carni in sepulcro: etiā aie in
inferno. Istū tamē ordinē nō p oia seruāt Innocen. ⁊ post
eum Alexander. vnde ſm eos: q: sexta feria passus est do
minus: ⁊ crucifixus hora tertia linguis iudeorū. Mar. xv.
Hora sexta manibus gentilium. Joh. xix. Et circa horam
nonam inclinato capite emisit spiritum. Ibidem. Ad signi
ficandum primam crucifixionem: linguis iudeorū in hora
tertia clamantium: Crucifige crucifige: fiūt tres cruces in
sexta signatione. Secunda que est post interuallum hora
rum trium / facta est militum gentilium manibus: designa
tur in septima signatione: que iterum fit tribus crucibus.
Diuisio vero corporis ⁊ anime facta in hora nona mortis
christi / significatur octaua signatione sicut supradictū est.
Et illas duas cruces ſm Alexan. facit sacerdos cum cor
pore christi manu ad se conuersa: quo significatur q̄ mor
tē quā christ⁹ sustinuit: que per illas duas cruces significa
tur: sustinuit p nobis. i. Pe. iij. Christus semel p peccatis
mortu⁹ est: iust⁹ pro iniustis. ¶ O Uel aliter / tres cruces
septime signationis / significāt tres christi cruciat⁹: q̄s ipse
in cruce sustinuit: passionē / ppassionē ⁊ cōpassionē. passio
nē in corpore: ppassionē in uētre: cōpassionē in corde. De
passione in corpore dicit pphera Thren. i. O vos oēs qui
trāsitis per viā: attēdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor me
us. Itē foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauē
rūt oia ossa mea. Ps. xxi. De ppassiōe mētis Math. xxvi.
Cepit iesus cōtristari ⁊ mestus esse dicens. Tristis est aia
mea vsq; ad mortē. De compassione cordis orauit pro
crucifixoribus suis. Pater inquit ignosce illis ⁊c. De pas

sione ꝛ propassione loquit Hieronym⁹ super illud Mat.
Cepit iesus contristari et mestus esse: Ut veritatem inq̃t/
probaret assumpti hominis: vere contristatus est: sed nõ
passio eius dominatur animo: verum propassio est. Que
tractans magister li. iij. sniarum dis. xv. dicit. Afficitur quis
interdũ timore vel tristicia: ita vt mẽtis intellect⁹ nõ inde
moueat a rectitudine vel dei cõtẽplatione: et tũc ꝓpassio
est: aliqñ vero mouet ꝛ turbat: ꝛ tunc passio est. Hec mgr̃.
Passio ergo ꝛ propassio vt distinguunt: affectiones men
tis sunt nõ corporis. Nõ ergo fuit passio illa q̃ cõtra ꝓpas
sionẽ cõdiuidit. hoc est affectio mentẽ deordinãs: sed fuit
in eo passio q̃ est dolor corpis: ꝛ ꝓpassio q̃ est tristicia men
tis: nõ tñ deordinãs mentẽ. Et ideo nõ habuit mẽtis pas
sionẽ. ¶ Facit aũt tres cruces illas cũ corpore christi sup
calicẽ: qꝛ christ⁹ sustinuit hmõi cruciat⁹: q̃ p calicẽ significa
tur: volũtarie. Esa. liij. Oblat⁹ est qꝛ ipse voluit. Qȯ vero
hostia superfert calici: significat q̄ christ⁹ nõ fuit deiectus
inuolũtaria passiõe: sȝ mẽtis cõplacẽtia superferebat. Uel si
gnificat p hoc sublimatio christi p passionis obedientiam
ad Phil. ij. Fact⁹ est obediẽs vsq̄ ad mortẽ: mortẽ aũt cru
cis: ꝓpter qȯ ꝛ de⁹ exaltauit illũ ꝛc. Due ꝟo cruces/ q̃ fiũt
in latere: significãt duo sacramẽta: q̃ de latere christi flure
rũt: scȝ aq̃ regenerationis: ꝛ sanguis redẽptiõis. Joh. xix.
Un⁹ militũ lãcea lat⁹ ei⁹ aperuit: ꝛ cõtinuo exiuit sanguis
ꝛ aqua. Uñ q̃dã in hoꝝ duoꝝ signoꝝ fine/ tangũt calicẽ cũ
hostia: p qȯ passio lateris christi cũ lãcea designat. Scḋm
dñm Albertũ fiunt tres cruces in sexta signatiõe/ ad signi
ficandũ q̄ oia creata ꝛ recreata sanctificant/ viuificant et
bñdicunt in ꝟtute crucifixionis ꝛ passionis christi. ¶ P
Sed q̃rit hic Alex. Cur in platione hui⁹ ꝟbi/ creas/ nõ fit
crucis signatio: sicut in platione sequẽtiũ ꝟborũ. Sãctifi
cas/ viuificas/ benedicis. Respõdet: Signatio crucis/ in
diciũ est dñice passiõis. Creatio aũt hois nõ est causa pas
sionis dñi: sed lapsus hois reparãdus: ꝛ ideo in ꝟbo/ cre
as/ nõ fit signatio crucis. Preterea licet hõ ex prima cõdi
tione naturali ratione polleret: ꝛ gauderet arbitrij liber
tate: nõ tñ habebat vñ poterat merẽdo pficere. Posse aũt
merẽdo pficere habet hõ ex gratia sacramẽtali: et virtute
crucis siue passionis dñi. In signũ ergo hui⁹ defect⁹ nõ effi
ciat crux a sacerdote cũ dicit: Oia bona creas. Adhuc di
cit Alex. de vltimis q̃nq̄ crucib⁹ in ꝟbis/ Per ipm ꝛc. Licȝ
fm vsum romane ecclesie tres cruces cũ hostia primo fiãt
supra calicẽ: deducẽdo hostiã a labio calicis ad labium: et
due vltime iuxta lat⁹ calicis. i. inter calicẽ ꝛ sacerdotẽ: aliter
tñ fiunt fm vsum quarumdã ecclesiarũ/ fm quẽ pma crux
ex oi parte vltra calicẽ ptendit: scḋa calici coequat: tertia
inter calicẽ coarctat: quarta eadẽ est cũ pma: quinta ante
calicẽ ptrahit. Per primã crucẽ significat passionis christi
diuturnitas: p scḋam integritas: p tertiã acerbitas siue in
timitas. Diuturna eñ fuit passio christi. Nõ eñ incepit die
mortis ei⁹: sȝ i circũcisione qñ arrã dedit redẽptiõis nostre
Luc. ij. Et post cõtinue in paupertate ꝛ labore vitã ducebat.
Ps. Paup sum ego/ ꝛ i laborib⁹ a iuuẽtute mea. Integra
fuit: qꝛ totũ corp⁹ circũquaq̄ patiebat. Job. xvi. Circũde
dit me lãceis suis: cõuulnerauit lũbos meos. Nõ pepercit
ꝛ effudit in terra viscera mea. Cõscidit me vulnere sup vul
nus. Acerba fuit pringẽs vsq̄ ad interiora aie et spiritus.
Ps. Intrauerũt aque vsq̄ ad aiam meã. Aque inundatio
nes penetrã sunt. Per quartã crucẽ q̃ est eiusdẽ dimẽsiõis
cũ pma: significat sufficiẽtia efficacie passionis. Per quin
tam significat pfect⁹ sufficiẽtie. Sufficiẽs eñ fuit redem
ptioni oim: nõ tñ pfuit nisi redẽptis fidelib⁹: vt dicit Ber.
¶ Q Itẽ dũ he cruces formãde sunt: sacerdos corpora
le vel custodiã desup calicez remouet: in signũ q̄ illud qȯ
de christo fuit significatũ/ sȝ clausum: erat in passione reue
latũ. Tũc verificatũ fuit illud Hiere. xxxi. Cognoscent me
oẽs a minimo vsq̄ ad maximũ. in cui⁹ rei signũ velũ tẽpli
scissum est a summo vsq̄ deorsum. Matth. xxvij. Deinde
sacerdos tenet corp⁹ dñi sup calicẽ: ꝛ parũ eleuato calice
cũ ambab⁹ manib⁹ dicit/ Per oia secula seculoꝝ. Et dicẽdo
Oremꝰ/ reponit eũ in loco suo super corporale. Et dicẽdo
Per oia secula seculoꝝ/ exaltat vocẽ interrũpẽdo silentiũ
Ad literã vt chor⁹/ ppls vel minister audiẽs/ rñdeat Amẽ.
Quo p mysteriũ designat q̄ christ⁹ clamans voce magna
emisit spiritũ. Uel fm alios. q̄ cẽturio magna voce pnun
ciauit: Uere fili⁹ dei erat iste. q̄ chor⁹ rñdet amẽ/ signũ est
lamẽtationis mulierũ/ q̃ christũ seq̃bant flẽtes dñm. De
positio ꝟo hostie sup pallã corporalis/ signũ est inuolutio
nis corporis dñi de cruce depositi in sindone mũda/ facte
p nicodemũ ꝛ ioseph de arimathia/ sepeliẽtes dñm in mo
numẽto nouo: in q̃ nondũ q̃sq̄ posit⁹ fuerat. Deinde tegit
calicẽ corporali vel custodia: in signũ occultatiõis verita
tis q̃ futura est maxime tẽpore antichristi: qȯ ꝛ Esa. vi. figu
ratũ est: vbi legit/ q̄ duab⁹ alis seraphin velabãt caput: ꝛ
duab⁹ velabãt pedes: ꝛ duab⁹ volabãt. In capite pncipiũ
in pedib⁹ finis intelligit. In pncipio igit ecclie ante chri
sti aduẽtũ/ velata fuerũt q̃ de eo fuerãt reuelata. Ale velã
tes caput/ fuerũt figure legis nature/ pariter legis scripte
idest moysi. Ale velãtes pedes/ signãt/ q̄ i fine tẽpore an
tichristi erit occultatio credẽdoꝝ ꝛ agendoꝝ: qñ regnabit
error falsitatis ꝛ libido iprobitatis. Duab⁹ alis volabãt. In
volatu ale extẽdunt: ꝛ elõgant a corpe: nec corp⁹ tegunt.
Uñ volatu seraphin/ significat pcessus ad manifestatio
nẽ: q̃ significat manifestatio veritatis significatoꝝ de chri
sto tẽpore medio. i. tpe passiõis. Et tãtũ de his mysterijs.
¶ Explicit canon.

¶ Eucharistie cõmunio: ꝛ pars secũda expositiõis cano
nis incipit. ¶ Lectio. lxi. A



Nperscrutabilis di

uine charitatis altitudo: q̃ etsi se nobis pec
catorib⁹ manifestare dignata est filij summi
patris incarnatione: qua ad nostra descen
dit infima: vt nos ad sua sublimia exaltaret. Nam et su
pra modũ benigna ineffabilis trinitas in vna personarũ
suarũ (ait Dionysius. c. j. diui. no.) infirma nostra integre
verissimeq̄ suscepit: ad seipsam reuocans ꝛ astringens in
firmitatẽ nostram: simplex iesus eternusq̄ tẽporales su
biit metas: atq̄ itra nature nostre terminos venit: q̃ oẽm
totius nature ordinem excedit. Nam qui origini humane
multũ dedit: q̄ nos ad imaginẽ suã fecit: reparationi no
stre lõge ampli⁹ tribuit: cũ seruili forme ipse se dñs coap
tauit. Sic eñ ait Leo. In christo ipa ad pctõres misericor
dia: ipsa ad errãtes veritas: ipsa ad mortuos vita descen
dit. Nec mõ descẽdit: sed et morte sua quã p nobis subijt:
eterne mortis vincula q̃b⁹ tenebamur: dirupit. Siq̃dẽ post
illã hũane puaricationis primã ꝛ vniuersalẽ ruinã: ex qua Rom. v
p vnũ hoiem pctm̃ intrauit in hũc mũdũ: ꝛ p pctm̃ mors
ꝛ ita in oẽs hoies ptrãsijt. nã in eo oẽs peccauerũt: nemo
diaboli dñationẽ: nemo vincula dire captiuitatis euade
ret. Nec cuiq̄ aut recõciliatio ad veniã: aut redit⁹ pateret
ad vitã: nisi coetern⁹ patri deo fili⁹: etiã hois esse dignare
tur fili⁹: veniẽs q̃rere ꝛ saluare qȯ perierat: vt sicut mors
p adã: ita p dñm nostrũ iesum christũ esset resurrectio mor
tuorũ: qȯ manifestissimũ nimie dilectionis noscitur esse si
gnũ. Maiorẽ charitatẽ nemo habet: inquit ipse saluator
q̄ vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Joh. xv. Sed
maiorem ipe habuit. Cõmẽdauit enim charitatẽ suam de⁹
in nobis: ait apostolus: qꝛ cũ adhuc inimici essem⁹: recon
ciliati sumus deo per mortem filij eius. ad Roma. v. Ecce
apertissimã summe charitatis exhibitionẽ. Nec tamẽ satis
visum est inexhausto pietatis fonti: vt nostra assumẽs fra
ter noster fieret excelsus omnium creator: lapsorum suffi
cientissim⁹ reparator: nisi etiã nostra vt ita loq̃r fieret fa
ctura: dum in hoc mirabili sacramento sacerdotũ ministe
rio/ suam nobis exhibet presentiã sub sacramẽtis speciebus
symbolis: panis viniq̄ substãtia: in corp⁹ suũ et sanguinẽ
cõuersa ꝛ substãtialiter transformata. ¶ O Uiuificũ et
admirabile sacramẽtũ: q̃ corporali dei pñtia fruimur: q̃
celi ambitũ excedentẽ: luceq̄ inaccessibilẽ inhabitantẽ bre

uissima specierũ formula cohibitũ oculis corporeis contẽ
plamur. O perfectũ ⁊ ꝑmagnificũ donũ/qd ṗncipalẽ con
decuit munificẽtiã: quo sic se totũ nobis effudit: vt nil sibi
retineret in corpore aĩa deitate. Vere eleuata est magnifi
centia tua sup celos. Nam quicqd in celo fuit grẽ ⁊ glie/li
beralitate ineffabili cõtulisti. Et hoc quidẽ donũ verbis sa
cri canonis q̄ deo duce vtcũqȝ expoſuim⁹: cõsecram⁹/cõfici
m⁹ ꝯtrectam⁹: vt liceat dicere illđ. j. ioh. j. Qđ fuit ab initio:
qđ audiuim⁹: qđ vidim⁹ oculis nr̄is: qđ ꝑspexim⁹: et man⁹
nr̄e cõtrectauerũt de verbo vite: ⁊ vita manifesta est: ⁊ vi
dimus ⁊ testamur ⁊ annunciam⁹ vobis vitã eternã: q̄ erat
apud patrẽ: ⁊ apparuit nobis. Qđ vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ an
nũciam⁹ vobis: vt ⁊ vos societatẽ habeatis nobiscũ: et vt
societas nostra sit cũ patre ⁊ filio ei⁹ iesu christo. Quis fra
tres tãte charitatis magnificẽtiã nõ miret? Quis nõ toto
hilaritatis affectu suscipiat? Quis ad tãte societatis prĩs
⁊ filij cõsortium nõ aspiret? Reuera admirãda/stupẽdaqȝ
sunt hec excellẽtissima dei dona. ¶ B Sedsi qđ superest
attẽti⁹ cõspexerim⁹: quo nos ꝑducet incõprehensibilis ex
cellẽtioris modi donationis admiratio: quo inqȝ q̄so? Nõ
suffecit summe liberalitati se nobis dedisse in peregrina
tionis comitẽ: ⁊ sociũ nobiscũ in hoc eucharistie sacramen
to ſm nomẽ suũ oẽm in se gratiã cõtinẽte: nisi in eo se tra
Uerūtamē non qđ ego volo:sed qđ tu vis pater.¶ Dicit̄
etiā nisi reuelatio aut preceptū dei ꝛc.q2 posset deus reue-
lare petro ꝙ non vellet eū velle mori patrē:quē tñ de⁹ ipe
vellet mori.In quo casu teneret̄ petrus velle patrē suum
non mori:licet sciret deū ipsum velle mori.¶ Dicit̄ notan
ter in particulari cognite:q2 vt.s̄.dictū est:pōt bon⁹ fili⁹ pa
trē suū velle viuere quē de⁹ vult mori:dū ignorat hanc dei
volūtatem.Un̄ licet pater grauissima laboret ac despera-
ta infirmitate:adhuc fili⁹ pōt velle patrē viuere. Pōt etiā
vite remedia q̄rere medicorꝫ opere ꝛ aliis licitis viis:tum
q2 nulla infirmitas est euidens signū ꝙ de⁹ velit patrē mo
Ro.iiij. ri:qui pōt etiā mortuos resuscitare:ꝛ vocat ea q̄ non sunt
sicut ea q̄ sunt.Semper em̄ dubitare pōt fili⁹.an de⁹ velit
patrē suū mori.ad minus pro illo.vel isto instāti.Ideo do
nec mortu⁹ non fuerit:remedia longioris vite licite q̄rere
pōt.Et sic suo mō in aliis pōt quilibet q̄rere defensionē ac
refugiū cōtra insidiātes.oppugnātes.opprimentes:licet
deus velit eū sic tētari.ꝛ damnificari.q̄diu ignorat vtrum
deus hoc velit:aut q̄diu ꝛ vsq3quo hec velit:semꝑ tñ ma-
nere debet habitualis illa cōformitas voluntatis media-
ta:de qua loquit̄ propositio tertia:vt semꝑ sit paratus aio
patiēter ferre.si nosset deū hoc simpliciter velle.¶ P Sꝫ
hic q̄ri pōt:ꝑ quid nobis innotescere pōt voluntas dei be
neplaciti ꝛ cōsequēs.Rñdet̄ ꝙ duob⁹ modis possumus
certe cognoscere deū aliquid velle nunc esse vel fuisse vel
futurū fore.Unus est diuina reuelatio.Sic certe prophe-
te nouerūt preterita presentia ꝛ futura.Sic moyses nouit
mundi creationē:quā posteris descripsit:q̄ longe fuit p̄te-
Actuū.v rita.Sic petrus nouit preciū qđ fraudauit ananias cōsen

tiente saphyra.Sic heliseus propheta nouit giezi tenere
vestes quas naamā dederat et munera.iiij. Regū.v. Sic
nos certe credimus futurū iudiciū:antichristi persecutio-
nem:ꝛ mortuorū resurrectionē.Alio modo cognoscit̄ hec
diuina voluntas ipso facto aut operatione.Cū em̄ diuina
volūtas oim rerū existentium est autor:et nihil oīno fieri
pōt ea nolente:eoipso ꝙ aliq̄d fit.vel factū est:certe nosci
mus deū hoc fieri:vel factū esse voluisse.Et hec noticia tm̄
extendit se ad preterita ꝛ existentia:non ad futura.Unde
certi sumus ꝙ quecūq3 circa nos fiunt:siue prospera.siue
aduersa:vt abundantia temporaliū in frumento et vino:
diuitiarum affluentia:corporū sanitates:honorū sublima
tiones.Siliter ꝛ hoim clades.guerre.pestes.terrarum de
populationes.paupertates.erūne.amicorū interitus ꝛ si
milia:omnia deo volēte ꝛ faciēte hec fiūt:vt.s̄.tactum est.
¶ Q Ex quo sequitur ꝙ in oibus supra dictis ita tene-
mur nostrā voluntatē diuine cōformare volūtati:vt oia h̄
dū fiunt:seu accidūt nobis placeāt: eaq3 sic fieri velimus
tanq̄ volita a deo sua rectissima et iustissima voluntate.
Hoc etiā docemur Eccli.xxxix.Bñdicite dñm in operibus
suis.Et dicetis in confessione.Opera dñi vniuersa bona
valde.Opera em̄ dñi exquisita sunt in oēs volūtates ei⁹.
Et iterū in ps̄. Bñdicā dñm in omni tpe:semꝑ laus ei⁹ in
ore meo.Suꝑ quo Aug.Nunq̄d solū qñ tibi bñfacit:quā-
do abūdant tēporalia:multū frumenti vini ꝛ olei:auri et
argēti:pecorꝫ:domorꝫ:tūc bñdicere? Nō:sed in omni tpe:er-
go ꝛ tūc qñ illa ſm tēpus ꝛ ſm flagellū dei turbant̄.aufe-
runt̄:ꝛ minus nascuntur:ꝛ iā nata dilabunt̄:ꝛ exinde seq̄-
tur egestas.labor.ꝛ dolor:ac tribulatio:tunc qui cantas:
bñdicam dño in omni tpe:bñdic ꝛ qñ illa dat:ꝛ qñ illa tol
lit:q2 ille dat.ꝛ ille tollit:sed seipsum a bñdicēte nō tollit.
De illis vero q̄ se nō cōformāt diuine volūtati dicit ꝓphe- ps̄.xlviij
ta.Confitebit̄ tibi cū bñfeceris ei.super quo glo.i. lauda-
bit te o de⁹ cū benefeceris ei:ꝛ solū in prosperis:ꝛ blasphe
mat in aduersis.Nō dicit q̄ talis est:vt sanct⁹ Iob.Si bo-
na suscepim⁹ de manu dñi:mala cur non sustineamus?Et
iterū.Dñs dedit:dñs abstulit:sicut dño placuit ita factum
est:sit nomen dñi bñdictū.¶ R Sed dicis ergo place-
re debet incendiū:ꝛ ita nō erit extinguēdū:dū in domo vel
in eccl̄ia orit̄:nec muniēdus est loc⁹ cōtra hostiū insultus:
nec defendenda patria:sed nec instituende ꝓcessiones:ac
orationes publice ad deum fundēde sunt tpe pestilētie ꝛ
guerrarū:qđ est cōtra vsum eccl̄ie.Si em̄ tenemur illa vel
le:nō sunt nolēda:ꝛ ita nec etiā ne fint orādū est aut agen
dū.Itē sic deberēt nobis placere peccā:homicidia:adulte-
ria:furta:comesatiōes:ebrietates:ipudicitie:ꝛ cetera ma-
leficia ꝛ peccā.Om̄ illa sicut cetera supradicta non nisi deo
volēte fiūt:si em̄ fieri nollet:fieri nō possent.Ad primū dr̄
ꝙ supradicta penalia ꝛ aduersa dū fiūt aut facta sunt:pla
cere debēt tanq̄ a deo iusta volūtate facta.Sed q2 dubiū
nobis est q̄diu dñs velit vt maneant:possum⁹ velle vt ces-
sent.Uult em̄ q̄ñq3 dñs incēdiū oriri:ꝛ nō ꝯtinuari. Uult
etiā q̄ñq3 hostes insurgere:ꝛ conari aduersum iustos ꝛ nō
nocere:sꝫ ab eis q̄b⁹ nocere moliunt̄:repelli. Et iō muniē-
da sunt loca:instituēde ꝓcessiōes:extinguēda incēdia.non
vt non fint orta.frustra em̄ hec fierent cū p̄teritū reuocari
nō possit:vt nō fuerit: nec qđ est.caueri vt non sit:cū om-
ne qđ est:qñ est:necesse sit esse.in sensu cōposito.Sed agē-
dū est ꝛ orādū:vt ea tollant̄:vt nō ꝑmaneāt:h̄ em̄ an deus
velit q2 nobis incognitū est:orandus est vt velit: q2 forte
ideo oriri voluit:vt ad orōnē nos excitaret:ꝛ nos exaudi-
endo nobis suā charitatē ostēderet:et ꝑ hoc dilectionē in
nobis ad se habendam excitaret.Qđ eū fecisse innumere
scripture testant̄.Sic indurauit pharaonē:vt potētiā suā
ꝓpplo liberando ostēderet:ꝛ eos ꝑseq̄ ꝑmisit vsq3 ad mare
rubrum:vt eos mirabiliter liberatos.ad sui cognitionē ꝛ
amorē erudiret:vt habet̄ in Exo. Et ꝑ hoc patet ꝙ si orit̄
incēdiū:laborādū est ad extinctionē:ne permanendo ab-
sumat:licet nō sit volendū vt non sit ortū:quia hocipsum
ꝙ ortū est:certū est deū voluisse:nō autē certū ꝙ de⁹ ipm

velit permanere: augeri: vel ad nondũ incensa protendi. Si autẽ certũ foret per reuelationẽ aliquã/deũ velle totã ciuitatẽ incinerari: aut ab hostib⁹ capi: neq̃ resistendũ foret nec laborãdũ ad ignis extinctionẽ: aut hostiũ repulsionem aut orandũ pro pestilẽtie ablatione ꝛc. Sic peccauerunt iudei nolentes ciuitatẽ hierusalẽ ꝛ seipsos tradere regi nabuchodonosor ad denũciationẽ hieremie: vt habet̃ Hier. xxviij. ¶ S Ad secũdũ rñdebit̃ infra: cũ docebitur de voluntate signi qđ est permissio. Sed diceres q̃d si de⁹ reuelaret alicui p̃scito/q̃ dãnandus esset: nunquid talis p̃scitus velle deberet suã perpetuã dãnationẽ? Hoc enim esset cõtra legẽ dilectionis/qua tenet̃ seipsum diligere ad salutem. Ad hoc rñdet Greg. de arimino. q. vlti. j. sniarũ. Supposito inq̃t/q̃ talis reuelatio a deo possit fieri (qđ est satis dubium.) Dicendũ videret̃ q̃ nisi deus vellet h̃mõi hominem nõ velle suã dãnationẽ ꝛ hoc sibi cõstaret: ipse sciens dei voluntatẽ/deberet cõtentari: et velle q̃ eũ deus dãnaret: et quo sic esset placitum deo: ꝛ hic actus procederet ex maxima dilectione dei: nec esset culpabilis: sed laudabilis Et vlterius videtur dicendum/q̃ in tali casu non esset sibi licitum pro finali salute sua orare: sed simpliciter de diuino iudicio deberet contentari. Et huic fauet dictum beati Aug. xxj. de ciuitate dei. c. xxiiij. Ubi ei⁹ snĩa est: q̃ pro nullo viuente finaliter reprobato ecclĩa oraret vt saluaretur: si de eius reprobatione esset certa. Ait enim: Si de aliquibus ita eccĩa certa esset: vt q̃ sint illi etiã nosset: q̃ licet adhuc in hac vita sint constituti: tñ predestinati sunt in eternum ignẽ ire cũ diabolo: tã pro ipsis non oraret q̃ nec pro seipso. ꝛ hoc late declarat ibidẽ. Et intelligendũ est qđ dictum est: in casu in quo q̃s esset cert⁹ deum sic absolute et nõ solũ conditionaliter velle. ¶ T Illa autẽ propositio quarta quibusdã videtur dura. Unñ arguũt cõtra eã. Uoluntas nõ tenet̃ oĩa velle q̃ de⁹ vult. etiã q̃ nouit deũ velle ergo ppositio illa est moderãda: ꝛ nõ sicut iacet est vera. Antecedens pbat̃: q: si teneret̃ oĩa velle q̃ nouit deũ velle: aut hoc est ex natura volitoꝝ a deo: aut ex p̃cepto. sicut em̃ nihil est malũ nisi s̃m se: vel ex phibitione superioris: ꝛ per consequẽs ex se cauẽdũ: vel ex phibitione: sic nihil est necessario volendũ: nisi ex se vel ex pcepto superioris in pposito vel ex p̃cepto dei: sed rem volitã a deo non semp tenemur velle ex natura rei: puta dãnationem patris: q: sic teneremur eã velle/etiã si deus eã per impossibile vellet non tanq̃ rem per se bonã: qđ est absurdũ: neq̃ ex p̃cepto id tenemur: q: nusq̃ legimus tale preceptum. Preterea si tenemur cõformare voluntatẽ nostram voluntati diuine: sic subditus teneret̃ volũtatẽ suam cõformare volũtati sui prelati/in his in quibus est sibi subdit⁹: sed ille nõ tenet̃ facere vel velle id quod p̃lat⁹ vult fieri ex eo solo q̃ prelat⁹ vult hoc fieri: sed ex hoc q̃ p̃latus vult subditum hoc velle vel facere. Ita videtur in proposito. Illud tñ tenetur voluntas hominis velle: quod deus vult eum velle: ꝛ nõ vniuersaliter quicquid de⁹ vult. ¶ Hui⁹ sententie est Durandus circa primũ sniarũ: ꝛ videt̃ cõsentire beat⁹ Tho. j. ij. q. xix. arti. x. Et allegat̃ ad idẽ Ansel. lib. de similitudinibus dicens nõ debere nos velle semp qđ de⁹ vult: sed velle qđ deus vult nos velle. Itẽ Aug. in enchi. Deũ cõgruit aliq̃d velle/qđ nõ cõgruit hoĩs voluntati velle. Et allegat idem magister dist. vlti. primi. Et s̃m hoc dicũr/q̃ si de⁹ alicui absolute reuelaret suam dãnationẽ: nõ teneret̃ talis velle suam dãnationẽ. Quia licet sibi innotesceret/q̃ deus vellet suã dãnationẽ: non tñ ex hoc innotesceret deũ velle q̃ dãnandus vellet suã dãnationẽ. Et s̃m illos loco ppositiõis quarte suprapositeponit̃ hec ppositio q̃ etiã apud priorẽ opinionẽ vera est. ¶ U Uolũtas hoĩs viatoris ita tenet̃ se cõformare diuine volũtati in volito/q̃ nõ debet remurmurare oppositum volẽdo simpliciter ꝛ deliberate ei: qđ scit deum velle: secus ex conditione. Probatur conclusio: quia volũtas viatoris volendo scienter iniustum/peccat: ꝛ est iniusta. Sed voluntas volens oppositum ei quod iniustum est/scienter vult iniustũ; ergo est iniusta. Ultra. Ois voluntas volens oppositum ei quod vult de⁹: vult quod scit vel scire debet esse iniustũ: ergo est iniusta. Antecedẽs patet: quia omne quod deus vult: eo q̃ vult/iustum est: ergo eius oppositum iniustum. Item quilibet viator tenetur deum super omnia diligere: ergo tenetur velle que nouit dominum deum velle: ꝛ ita non remurmurare. Consequentia tenet: quia s̃m Tullium/Amicitia est idem velle ꝛ idem nolle in rebus honestis. Omnia autẽ que deus vult iusta sunt ꝛ honesta. Et hec ratio etiã probat priorem propositionem. Item volens cõtrarium ei quod deus vult scienter ꝛ deliberate/repugnat diuine iusticie. hoc autẽ non licet: ergo antecedens pro prima parte patet. Uolens contra diuinam voluntatem/vult cõtra legem eternam: ꝛ ita repugnat diuine iusticie que est s̃m legẽ eternã: ꝛ per consequẽs peccat. Cõsequentia illa simul cũ antecedente/patet per beatũ Augustinũ lib. xxij. contra Faustũ: qui diffiniens peccatũ/ait. Peccatũ est dictum/factum/vel concupitum cõtra eternã legem. Et declarando subdit: Eterna lex ratio est vel voluntas dei. Itẽ volens aliquid non esse quod deus vult esse: videtur quantum in se est a deo tollere omnipotẽtiam. In eo enim q̃ vult oppositum/vult diuinam voluntatem nõ esse efficacem: ꝛ ita nõ esse omnipotentem. ¶ Dicitur notãter simpliciter: quia ex conditione posset oppositũ velle. vt potest velle nõ pati certos aduersitatem/si non demeruissent talẽ vel talem tribulationem q̃ eam nõ paterent̃. Sic ꝛ virgo gloriosa/et sancti noluerunt passionem christi sub cõditione/si nõ peccasset homo quã tamen voluerũt propter humani generis redemptionem. Cetere cõditiones patent. ¶ X Uerum volẽs seruare primã opinionem que est sancti Bonauẽt. Gregorij de ari. Ockam ꝛ alioꝝ plurium: facile responderet ad rationes in contrarium factas. Ad primã diceret/q̃ voluntas viatoris tenet̃ velle quicq̃d nouit deũ velle ex precepto dei: quo p̃ceptũ est diligere deũ super omnia. In hoc precipit̃ etiã velle omnia que deus vult: cũ diligẽtium sit idem velle ꝛ nolle. ¶ Ad secundã diceret/q̃ nõ est simile de subdito respectu sui prelati/ꝛ subdito dei: quia non tenetur subditus suũ prelatum plus seipso diligere/sicut tenemur deũ diligere. Etiã prelatus habet superioritatẽ in corpus tñ/non in animã: ideo sufficit ibi exterior ꝛ corporalis obediẽtia. Sed deus habet plenum dominiũ in animas ꝛ corpora: qui magis requirit interiora mentis obsequia/q̃ corporis exteriora. Hec autem maxime consistunt in conformitate voluntatis viatoris cum diuina in volito vt idem velit ꝛ nolit. De secunda conformitate in volendi actu. hoc est q̃ velit quicquid deus vult eum velle. Dicendum est sicut de voluntate signi: quia non aliter põt hoc nobis innotescere quid de⁹ velit nos velle/nisi per signa: scilicet precepta/prohibitiones/aut consilia. Ideo simul tractabitur cum voluntate signi lectione sequenti. De voluntate antecedente dicitur breuiter/q̃ viator nõ tenetur se conformare illi nisi esset preceptũ de volendo illud qđ deus tali voluntate dicitur velle. Gratia exempli: Uoluntate antecedente vult omnes saluos fieri: vult et omnes homines perfectos esse: quia ad vtrũq̃ dat antecedentia arbitrium liberum et gratiã: Sed primo addit preceptũ: secundo consilium. Ideo primũ tenemur velle: non secundum: sicut infra dicetur de voluntate signi.

¶ Lectio. lxix. A



Ostenso vtcũq̃ quẽ

admodũ voluntatẽ nostram cõformari oportet diuine volũtati beneplaciti cõsequẽter: qđ est se cõformare voluntati dei in volito: cõsequenter videndũ quomodo nostra voluntas debet cõformari voluntati signi. Quo etiam patebit quomodo debemus nos conformare volũtati diuine beneplaciti in actu idest in eo qđ vult nos velle. Nã cõformando nos p̃ceptis ꝛ consiliis/hoc volum⁹ qđ ipse vult nos velle: Quicq̃d eñ vult nos velle: per ei⁹ p̃cepta ꝛ consilia/nobis innotescit,

Similiter qđ vult nos nolle seu nō velle: per eius prohibitio-
nes manifestat. ¶ Sed hic statim oritur dubium: Unde nobis
innotescant dei pcepta phibitiones et cōsilia. Ad qđ rnde-
tur q multis modis hec nobis insinuantur. Primo p natura-
lis rōnis dictamē et iudiciū. Hec enim est lex naturalis et re-
gula nostre volūtatis: nunq discordās a regula diuine rō-
nis: quātū ad prima agēdorum et vitādorū pncipia practica.
Hāc enim deus cōtulit homini: vt semp ad optima deprecetur.
Unde et apls ad Rom. ij. Cū gētes q legē scȝ scriptā: nō ha-
bent: naturaliter ea q legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō
habentes ipsi sibi sunt lex: q ostēdūt opus legis scriptum
in cordibus suis. Huius enim legis naturalis pncipia sunt im-
mutabilis rectitudinis a deo: vt contra ipsa nulla alia lex
statuta ab hoie recta esse potest. Qđ vtiq verū non esset:
nisi esset cōformis rectitudini diuine volūtatis. Recta itaq
ratio a deo nobis indita suo dictamine et iudicio nobis in-
sinuat diuina precepta et cōsilia. Cōcordat enim p oia diuine
voluntati et rationi. Vult enim deus nos illi obtēperare. Eter-
na enim lex naturalē ordinē seruare iubet: perturbari vetat:
vt dicit Aug. xxij. lib. cōtra faustū. Hic ordo est vt oēs actio-
nes moresq hois sint rōni subiecte. Unde et Aug. lib. j. de li-
be. arbi. Nō ordo rectus vel oino ordo appellandus est: vbi
deterioribus meliora subijciuntur. Et sequitur. Ratio cū irratio-
nabiles aie motus regit: id scȝ dnatur in hoie cui dnatio le-
ge debetur: eāq eternā legē cōperimus. Dictamen igitur re-
cte rōnis manifestatio est legis diuine. ¶ B Scđo no-
bis notificatur diuina lex pcepta cōtinēs, phibitionē et cōsi-
lia: per scripturā sacram. Hec enim pandit q deus pcipit: p-
hibet et cōsulit. Unde Hiero. in epla ad demetriadē virginē.
Diuinas scripturas sepius lege: imo nunq de manibus tuis
sacra lectio deponatur. Scio in sacris scripturis per quas so-
las poteris plane dei volūtatē intelligere: quedā prohibe-
ri: quedā precipi: quedā cōcedi: aliqua suaderi. Et beatus
Grego. in moral. Fideliū mētes p scripturā sacram os dei
inueniunt: qr deus p eas loquitur: qđ vult ab ore eius fieri mani-
festum. Et Chrys. super Math. In sacra scriptura inue-
nit ignorās qđ discat: cōtumax qđ timeat. ¶ Tertio inno-
tescit dei volūtas per cōsuetudines rōnabiles: institutio-
nes et traditiones vniuersalis eccie: cui scȝ eccie in aplis
missus est spūssanctus: vt ipsam doceret oēm veritatē: qua-
propter in his q credēda pponit et agenda pcipit: nō cre-
ditur a diuina lege errare. Rursum non solū ex traditionibus
vniuersalis eccie: sed ex pceptis et cōstitutionibus etiam pa-
trū et eccie platorū: quorum est diuinorum hre scientiā et volūta-
tem et legē explicare. Unde et dns de lege sua hesitātes remi-
sit ad sacerdotes dei. Si aliqđ ambiguū fuerit in lege aut
difficile: venies ad sacerdotes leuitici generis: queres ab
eis: qui indicabūt tibi iudicij veritatē: et facies quecūq di-
xerint q presunt loco quē elegerit dns et docuerit te iuxta le-
gem eius. Sequerisq sniam eorum: nec declinabis ad dexterā:
Mala- neq ad sinistram. Deut. xvij. Et alibi. Labia sacerdotis cu-
chie. ij. stodiunt scientiā: et legē requirēt ex ore eius. Unde et christus sal-
uator iussit audire illos qui cathedras tenent: et ceteris p-
Mat. sunt. Omnia (inquit) quecunq dixerint vobis: seruate et facite
xxiij. quasi scȝ ipsi doceāt et sciāt dei volūtatē. ¶ Quarto etiam
qnq cognoscitur dei volūtas et lex p effectus dei: qr per hoc q
deus punit aliqs actus hoim: arguitur q hoiem sic agere
sibi displicet. Et p hoc q aliquos tales pmiat bona confe-
rendo: cognoscitur q actus illi deo placuerūt. Ita displicuit
deo numeratio populi facta p dauid: pro quo grauiter pu-
nitus legitur. ij. Regum. xxiiij. Placuit dno zelus phinees
propter qđ sibi contulit sacerdotiū sempiternū: et toti po-
pulo repropitiatus est: vt habetur Numeri. xxv. ¶ C Qui-
bus pmissis sequūtur alique ppositiones ostendētes quō
nostra volūtas tenetur esse cōformis volūtati diuine signi.
Et hec est ppositio prima: Voluntati signi cognite: q est
preceptio et phibitio: tenetur viator suā volūtatē conforma-
Mat. re: vt velit iussa modis quibus precepta sunt pficere et phi-
xix. bita cauere. Patet ppositio p illud. Si vis ad vitā ingre-
di serua mandata. Itē qlibet viator tenetur deū diligere ex

toto corde et super oia. Sed hec est charitas dei vt manda-
ta eius custodiamus. Et qui habet mandata mea et seruat j. Joh. v.
ea: ille est q diligit me. Dicitur cognite: qr si inuincibili igno- Joh. xiiij.
rantia laboraret excusari posset. Dicitur etiam modis qui-
bus precepta sunt: qr aliter pcepta sunt affirmatiua: aliter
negatiua. Nā affirmatiua precipiuntur p loco et tēpore. Ne-
gatiua prohibentur pro semp. hoc est ita tenetur viator se con-
formare volūtati signi precepti: vt velit que precepta sunt
perficere oia: pro illo tm tēpore et loco et modo quo prece-
pta sunt. Sed ea que prohibentur simpliciter pro omni lo-
co et tempore cauere. ¶ Sed di. hic aliquis. Deus pcepit
aliqua que tamē nō vult fieri neq antecedenter neq con-
sequenter. Similiter qnq phibet aliqua que vult fieri er-
go videtur q non teneamur illa facere q precipit: nec ea
vitare que prohibet. Primū patet de abraā: cui pcepit q fi-
liū suū immolaret: quod tm fieri noluit vt docuit effectus. Gen. xxij.
Scđm patet: qr christus curans surdū et mutū: pcepit astan-
tibus ne cui dicerent: et quāto plus pcipiebat: tāto magis Marci.
illi predicabāt: in quo prohibuit publicationē miraculi: et vij.
tm ipsam voluit: vt factū docuit: cum miraculū publicātes
non arguantur vt precepti trāsgressores. Rndetur cōceden-
do q res a deo precepta non est semp volita volūtate be-
neplaciti: et res phibita nō est semper ab ipso nolita volun-
tate beneplaciti: et res nolita: vt dictum est lectione prece-
dēte. Sed nihilominus tenetur hō velle qđ precipit: et nol-
le quod prohibet: qr qmuis non semper velit sua precepta
adimpleri voluntate consequente: tm vult nos semper ad
precepta obligari. hoc est vult nos obligari ad volendum
ea que precepit. Et hoc presertim dū nō constat de volūta-
te beneplaciti consequēte opposita. ¶ D Et si iterū re-
plicatur. tunc illa precepta que vult non obseruari essent si-
gna falsa. Sicut signa intellectus non sunt vera: nisi sic sit
in re sicut ipsa significāt. Ex eo enim q res est vel non est:
oratio vera vel falsa dr. Sic et videtur de signis volūtatis,
q illa precepta ficta sunt, q precipiēs nō vult obseruari seu
impleri. Qui enim indicat se velle qđ non vult: fictus videtur:
qđ deo non cōuenit. Ad hoc rndetur sm aliquos, q prece-
pta dei etiam illa que generaliter oibus data sunt: vt pre-
cepta decalogi: non sic sunt signa volūtatis diuine, q res
precepta sit simpliciter volita voluntate cōsequente. Sic
enim oia precepta ab oibus seruarentur: sicut generaliter
voluntas beneplaciti cōsequēs semp adimpleretur. Sed suf-
ficit q res pcepta sit volita volūtate antecedente. Sic enim
dedit mandatū de dilectione sui: quam vult volūtate ān-
cedente: qr oibus dedit naturalia dona et auxilia quibus
ferri possunt in deū dilectione quam precepit. Et ita in p-
posito dicitur de mandato abrae spāliter facto: q deus nō vo-
luit imolationē filij eius volūtate cōsequēte: qmuis ipsam vo-
luit volūtate antecedente. Et ex hoc secluditur fictio a prece-
pto et pcipiēte: qr vtiq vult qđ pcipit: etsi nō semp executi-
ue: tm antecedēter. Sed tenēdo sm supradicta q deus nolu-
it imolationē isaac volūtate antecedēte: Dicēdū q adhuc
nō est pceptū fictū: nec pceptor fictus: qr hoc pceptū non est
signū volūtatis dei, q si deus velit rē quā pceptū significat:
sed est signū obligatiōis, q vult obligari subditū ad faciē-
dū illud qđ pcipit. Et sm hoc abraā exhibuit suā obedien-
tiā volēdo filiū suū imolare. ¶ E Hoc planius pōt sic exp-
mi. In precepto dato abrae est attēdere verba pcipiētis: et
intētionē precipiētis. Preceptū illud sm mentē pcipiētis
pretēdebat obedientiā abrae fieri notā ceteris in exemplū
et nō imolationē filij quā pcepti verba significabāt. Quē-
admodū et prelatus religiosus qnq pcipit fratri suo aliqđ ar-
duū qđ tm p ipm nō vult adimpleri: vt experiatur obediētiā
fratris. vn cū viderit fratrē velle pceptū adimplere: reuo-
cat preceptū. Nec tm in hoc prelatus precipiēs est fictus: qr qđ
intēdit per pceptū, scȝ pbationē et meritū fratris: vere exe-
cutus est: nec preceptū fictum et inutile est. qr ppter fratris
obedientiā cedit fratri in meritū: licet reuocatus non exe-
quatur. Et si tam large acciperetur fingere. i. valeret tantum
dare signū q aliqs aliquid velit fieri (qđ tm dans signum

nō vult fieri)in vtilitatē ꝛ ꝑfectū eius:cui sit signū:nō re/
pugnat diuine sapientie ac iusticie fingere:immo sic finge
re sepius bonū est ꝛ vtile. Et in ꝓposito hec fictio multum
Luc. vlt. profuit abrae quantū ad obediētiā quā ostendit: quā ꝑ h
preceptū dn̄s ꝓuocauit. Sic ꝛ christ⁹ finxit se longius ire:
ad excitandū charitatē ꝛ opus misericordie discipulorum
quib⁹ loquebaṫ. De scḋo qḋ inductū est de surdo et muto
cui⁹ curationē miraculosam /ne ꝓmulgareṫ precepit: ali/
ter dicendū. Nā illos quib⁹ precepit ne cui dicerēt:noluit
obligari ad nō faciendū qḋ ꝓhibuerat seu ad volendū nō
facere sicut voluit obligare abraā per preceptū sibi datū.
Tunc eñ fuissent hi:q̄ tāto ampli⁹ clamabāt: bn̄ oia fecit
surdos fecit audire ꝛ mutos loqui:quanto christ⁹ p̄cipie/
bat ne dicerent:trāsgressores. Sed vt dicit Durādus illud
proponebaṫ magis vt documentū/ꝙ̄ vt p̄ceptū : vt patet
per glo. Augu. Vn̄ per hoc instruunṫ benefacientes:vt ex
beneficētia nō querāt gloriā mūdi. Instruunṫ ꝛ bn̄ficiati:
vt nō sint ingrati. Et hoc christ⁹ figurabat in se/ꝛ in alijs q̄
bus loquebaṫ:vt scꝫ fuga sit ꝓprie glorie in bn̄factoribus
ꝛ fuga ingratitudinis in bn̄ficiatis. Et sic sermo verus est
sine fictione:ꝛ hoc modo figuratiuo. Etsi diceres:Cū fiho
sit ꝓlatio verborū quib⁹ hic precepit ne cui dicerēt: ꝛ eorū
per q̄ discipulis corā q̄b⁹ transfiguratꝰ est in mōte precepe
rat/ne visionē quā viderāt:cuiq̄ʒ dicerēt/donec filius hois
a mortuis resurgeret:per quid illi intellexerunt verba pre
ceptiua nō esse preceptū:isti ficta susciperent vt preceptum
Potest dici/ꝙ dn̄s qui loquebaṫ foris : illuminabat men/
tes vtrorūq̄ʒ ad intelligendū qua intētione ac quo intelle
ctu hec ꝛ illa protulerit. Hoc quoad tūc presentes christo
loquenti. Quoad nos ꝓpter quos scriptū est:intellectum
colligimus ex his q̄ circūstant scripturā:sicut dicit Augu.
lib. lxxxiij. q. lxix. Solent circūstantes scripturarum illumi
nare sniam ꝛc. vt. s̄. allegatū est lec. xxxix. Cum eñ illi ad
verbū christi ꝓhibētis ampli⁹ laudabāt dn̄m:isti preceptū
ad literā seruabant:ꝛ vterq̄ʒ cōmendaṫ:colligim⁹ vtrosq̄ʒ
intellexisse intentionē dn̄i p̄cipientis. ¶ F Scḋa ꝓposi/
tio: Volūtati signi qḋ consiliū đr:volūtas viatoris confor
mare se teneṫ:nō vt perficiat:sed ne cōtēnat. Primū patet
Mat. xix. q: de his dicit dn̄s: Qui pōt capere capiat. q. d. non obligo
ad perficiendum:sed consulo vt qui pōt seipsum vincere:
faciat. Nō eñ cōsilia euāgelica obligāt:alioq̄n ꝛ ipsa p̄ce/
Ibidem pta essent:sed viā perfectionis tanq̄ʒ magis expeditā ostē
dunt. Vn̄ ait dn̄s: Si vis ꝑfectus esse:vade ꝛ vende oia q̄
habes ꝛ da pauperib⁹:ꝛ habebis thesaurum in celo ꝛ ve
ni sequere me. Quod verum est:nisi q̄s voto se astrinxisset
sicut clerici in sacris:ꝛ religiosi ad continentiā:quib⁹ pro/
pter votū sponte emissum/cōsiliū factū est preceptū:ꝭm il
lud. Vouete ꝛ reddite. primū consilij:scḋm est p̄cepti. Se/
cundū patet:q: tenemur non spernere:sed amplecti tanq̄ʒ
vtilia ꝛ expedientia ad beatitudinis cōsecutionē. Quiem
spernit consiliū:spernit cōsulentē. Et q̄ iudicat aliqḋ consi
liū inutile ꝛ vanū:aut reputat cōsulentē maliciosum:aut
insipientē:que nefas est cogitare. ¶ Tertia ꝓpositio: Eis
dē modis quib⁹ tenemur nos cōformare volūtati cōsequē
ti diuini beneplaciti:tenemur nostrā voluntatē cōforma/
re diuine operationi:que đr volūtas signi. Patet:q: oꝑa
tio diuina certū signū est voluntatis diuini beneplaciti:vt
s̄. habitū est. Quicq̄d eñ deus operaṫ:illud est ab eo voli
tum/volūtate beneplaciti cōsequente. Siquidē nihil ope
raṫ nolens aut ignorās. ¶ Quarta ꝓpositio: Voluntati
signi q̄ est ꝑmissio:cōformari non debem⁹ vt eadē faciam⁹
aut in alijs similia ꝑmittamus. Patet hec propositio:q: il
la q̄ deus ꝑmittit(vt ꝑmissio est signū distinctum ab alijs
diuine voluntatis signi)mala sunt que de⁹ non impedit.
Mala aūt nec facere debemus:nec ꝑmittere in alijs/sal/
tem oia vniuersaliter. Alioq̄n deberem⁹ velle pctā ꝛ diui/
nam offensam. Hec eñ permittit de⁹. Vn̄ Hugo lib. j. de sa
cramentis parte. iiij. Deus ꝑmittit mala:ꝛ malus non est
q: malū ad bonū ꝛ decorē vniuersi/nouit optime reforma
re. Rex autem ꝛ prelatus malus cēsendus est/si sine peri/
culo maioris mali malum fieri nō prohibet ꝛ impedit:sed
permittit. Tenemur tñ ꝛ obligamur cōtra dei permissionē
nō murmurare:q: iustissime et sapientissime ꝑmittit iuxta
sua occultissima iudicia/et abyssum sue sapientie infinite.
In signū cuius ꝛ filijs israel cōtra ꝓhm murmurantib⁹ pe
na grauis nūciatur. Vn̄ Numeri. xiiij. Oēs qui numerati
estis a vigesimo anno ꝛ supra:ꝛ murmurastis contra me:
non intrabitis terram super quā leuaui manum meam:vt
habitare vos facerē. Vn̄ ꝛ aplūs hortaṫ. Neq̄ʒ murmuraue i. Cor. x.
ritis sicut quidā eorū murmurauerūt:ꝛ perierūt ab exter/
minatore. Et tantum de primis modis conformandi se di/
uine volūtati. scꝫ in volito ꝛ in volēdi actu:qḋ est in eo qḋ
vult nos velle:q̄ sua voluntas nobis innotescit per signa
sue voluntatis. ¶ G De tertia vero cōformatione/q̄ est
in modo volendi:vt scꝫ ea q̄ volum⁹ ex sūi charitate:ꝛ pro
pter eundē finē velimus:ex qua ꝛ ꝓpter quē de⁹ vult. hoc
est ex charitate ꝛ principaliter ꝛ finaliter ꝓpter deū: lon/
giorē tractatū req̄rit: Sed hoc sufficit ꝓnunc/ꝙ quotiēs
aliq̄d meritorie volendū est:necesse est vt nostrā volūtatē
diuine cōformemus/modis supradictis:ꝛ vltra hec etiam
in modo volendi:ita vt hec ex charitate velim⁹ ꝛ p̄ncipa/
liter ꝛ finaliter ꝓpter deū. Et q: nō semꝑ tenemur mereri
nō tenemur nos semꝑ cōformare diuine voluntati in mō
volēdi:ꝙuis nihil vtili⁹ sit viatori:nihil iocūdi⁹ cōprehen
sori:ꝙ̄ sic se cōformare summe volūtati. In hoc eñ cōsistit
omne meritū viatoris:ꝛ fruitio cōprehensoris. Vn̄ breui/
ter ad illā cōformitatē tenemur:q̄ncūq̄ʒ deū sup oia dilige
re actualiter obligamur. Et hec de ista cōformitate suffici/
ant. Et per hoc ad rōnes in principio hui⁹ q̄stionis p̄cedē
ti lectione adductas:rn̄detur. Ad primā:que arguit ꝙ nō
tenemur nos cōformare diuino intellectui intelligēdo:er
go nec volūtati volēdo: Diciṫ ꝙ nō peccam⁹ assentiendo
falso difformiter diuino intellectui vniuersaliter aut sem/
per:q: defect⁹ ille quo intellectus noster assentit falso non
est semꝑ ex his q̄ sunt in nostra ptāte. Cogiṫ eñ q̄nq̄ʒ fal/
sis ꝛ sophisticis rōnib⁹ quas intellect⁹ soluere depꝛehēdē
do defectū earū non pōt. vn̄ in his nullū pctm̄ cōmittitur:
sed tantū intellect⁹ ligaṫ. Et ita nō est in ptāte intellectus
semꝑ se conformare diuino intellectui. Defect⁹ aūt volūta
tis quo minus nostra voluntas se cōformat volūtati diui/
ne/est in nostra ptāte:q: in nullo nostra voluntas cogitur
ad volendū siue nolendū quodcūq̄ʒ ꝓpter sui libertatem.
Ea ꝓpter dū se nō conformat diuine volūtati:dū ꝛ ibi te
neṫ ꝭm p̄missa iuste ad pctm̄ sibi imputaṫ. Hinc ꝛ de intel/
lectu quantū ad ea q̄ fidei sunt/ꝛ necessaria ad salutem:si
se difformauerit diuino intellectui : pctm̄ in foribus est:q:
hec credere est in nostra ptāte : Nō eñ credit nisi volens:
ait beat⁹ Aug. Ad scḋm ad oppositū patuit q̄ et quō diui/
na voluntas est regula nostre volūtatis:ꝛ ꝑ hoc ꝙ in his
in quib⁹ est regula volūtas nostra se cōformare obligaṫ.
¶ H Scḋm oēs itaq̄ʒ hos modos/quib⁹ nostra volun/
tas diuine debet cōformari volūtati:petimus vt fiat volū
tas dei in nobis: dicētes: Fiat volūtas tua. Petimus eñ
hec dicentes gratiā dei:per quā sua volūtas:nedū bn̄pla/
citi de quo supra:sed ꝛ signi in nobis fiat vt ꝑ gratiā tuam
vniuersa p̄cepta tua intelligam⁹ sine errore:memoriter te
neamus sine obliuione:oꝑe exeq̄mur sine torpore. Sed et
prohibita diligēter caueamus:ac consilia non spernentes
feruenter amplectamur:vniuersa eius oꝑa collaudemus
ꝛ in donis suis ac ꝓsperitatib⁹ grās agam⁹. In aduersis ij. Co. vi.
patientiā seruem⁹. In oibus nosmetipsos exhibētes sicut
dei ministros:ꝑ arma iusticie a dextris et sinistris. Vt q̄ʒ
in tuis ꝓmissionib⁹ non presumam⁹ nosipsos atq̄ʒ nobis
cōmissos negligentes:ac tua patientia abutētes/thesauri Rom. ij.
zem⁹ nobis irā in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicij dei. Sꝫ
nec tibi in malorū ꝓsperitatib⁹ quōlibet remurmuremus
Sed in oibus tue volūtatis signis/ꝭm sanctissimā volun
tatē tuā ꝛ iustissimā conuersemur. Fiat volūtas tua in no/
bis:ꝛ in modo volendi:vt quecūq̄ʒ volumus ꝭm te ꝛ pro
pter te:et in te qui dn̄s noster es et pater; principaliter et
finaliter

j. Cor. x. finaliter ordinemus: s̄m apl̄i tui sententiā. Siue mandu-
cem⁹ siue bibam⁹: siue aliqd aliud faciam⁹: oīa in glīaʒ tuā
faciam⁹. Et sic tua in nobis volūtas fiat: vt tibi viuentes ꝛ
morientes illis iūgamur in celis: in quib⁹ volūtas tua sem-
per ꝛ feliciter adimplet̄. Uel s̄m dn̄m Alb. petim⁹ qd̄ in ps̄
dicit̄. Magna opa dn̄i exquisita in oēs volūtates ei⁹. Dū
preceptū implem⁹: phibitionē cauem⁹: consiliū amplecti-
mur: operationem tanq̄ exemplū sequimur: ꝛ in pmissione
bonū nobis fieri pmittitur. In pmissione em̄ q̄uis nō ve-
lit peccatū qd̄ pmittit: tn̄ vult bonū qd̄ ex ordinatione illi⁹
mali i alio puenit. Sicut nō voluit crudelitatē deciȷ ꝛ alio-
rum tyrānoꝝ: tn̄ voluit ex hoc elucescere cūctis in exemplū
patientiā laurentiȷ ꝛ alioꝝ cōstantiā martyrū. Hec dū no-
bis fieri oram⁹: corde ore ꝛ ope conemur pficere: pbantes
Ro. xij. s̄m apl̄i exhortationem: Que sit voluntas dei bona bene-
placens ꝛ pfecta. Bona quidē in preceptis ꝛ phibitioni-
bus. Beneplacens in cōsiliȷs: ꝛ exemplarib⁹ operationi-
bus. Perfecta aūt in bono: qd̄ in nobis de pmissis in aliīs
malis elicit̄. Hec est volūtas dei de qua dicit̄. Hec est volū-
j. Thes. iiij. tas dei sanctificatio vestra. Scificamur dū sic quintuplici-
t̄ dei volūtati cōformamur. Tunc em̄ benigne nobiscū fa-
cit deus pater noster qui est in celis: qn̄ nostrā volūtatem
sue volūtati cōformat: vt edificent̄ muri hierusalem: qui
de viuis ꝛ volūtatem dei facientibus lapidibus instaurā-
tur. Hec Albertus. ¶ Sequitur I

Sicut in celo et in terra.

¶ Proposita petitione simpliciter: Fiat volūtas tua: ei⁹
pfectio specificat̄ cū additur. Sicut in celo ꝛ in terra. Res
em̄ pfecta ꝛ magna petit̄: cū ita volūtas fieri optat̄ in ter-
ra sicut in celo pficit̄. Uñ Cassian⁹ ait col. ix. Nō pōt maior
esse oratio q̄ optare vt terrena mereant̄ celestib⁹ coequa-
ri. ¶ Exponit̄ aūt hec particula plurib⁹ modis s̄m diuer-
sas celi ꝛ terre acceptiones. Accipit̄ em̄ celū vel p celestis
patrie incolis: pro supiori portione rōnis: p sanctis hoib⁹
ꝛ iustis: p superiorib⁹ mūdi spheris. De quib⁹ etiā .s. dictū
est lec. lxv. Primo mō exponit̄. Fiat voluntas tua sicut in
celo ꝛ in terra. Fiat volūtas tua: vt sint hoies siles ange-
lis: ꝛ sicut volūtas dei ab illis implet̄ in celo: ita etiā hi q̄
sunt in terris: nō suā sed ei⁹ vniuersi faciāt volūtatē. Huic
expositioni cōsonat btūs Aug. Petit̄ inq̄t vt sicut dei vo-
lūtas fit in angelis: q̄ celi sunt: qui ipso pfruunt̄: nullo er-
rore obnubilante ipsoꝝ sapiētiā: nulla miseria impediēte
eoꝝ btitudinē: ita etiā fiat in terra in scis. i. hoib⁹ iustis q̄
sunt in terra: ꝛ de terra quātū ad corpus facti. Sicut tn̄ nō
dicit oimodā silitudinē s̄m pportionabilem equalitatem
s̄m q̄ cōuenit viatorib⁹ ꝛ peregrinis. Hinc scūs Tho. Pe-
timus vt sicut celi ciues cōformāt voluntatē suā volūtati
diuine: ita ꝛ faciāt hoies in habitatione terrestri. ¶ Scdo
mō s̄m glo. Matth. vi. exponit̄ de spū ꝛ carne: siue supio-
ri ꝛ inferiori portione. Sic ergo petim⁹ obedientiā carnis
ad spm̄: vt caro spūi non rebellet: sed pfecte obediat. Uñ
dicit: s̄m spm̄ celū sum⁹: s̄m carnem terra. Oram⁹ igit̄ vt
sicut in celo. i. in spū: sic in terra. i. in carne: fiat volūtas tua
vt sic caro ꝛ spūs sint vnus homo spūalis: ꝛ simul ferant̄
in deū. quō pph̄a se totū dicit in deo iubilasse. Cor meū in-
quit ꝛ caro mea exultauerūt in deū viuū. Petim⁹ igit̄ s̄m
hoc qd̄ spūs siue ratio: q̄ est superior pars hois (ꝛ pp̄ter
hoc celū dicit̄) suadet: ꝛ dictat s̄m illud quo ad optima de-
precat̄: illi ꝛ caro. i. sensualitas: q̄ est pars inferior hois: et
ideo terra nūcupata: ꝛ q̄ aduersus spm̄ cōcupiscit: consen-
tiat: vt sic sublata dissentione rixa ꝛ aduersitate q̄ est inter
carnem ꝛ spm̄: caro obediat spūi: ꝛ totus hō diuino bene-
placito cōformet̄. Sic exponit btūs Cypria. Fieri petim⁹
volūtatem dei sicut in celo ꝛ in terra: qd̄ vtrūq̄ ad ꝯsum-
mationē nostre volūtatis ptinet ꝛ salutis. Nā cū corpus
e terra: ꝛ spm̄ possideam⁹ e celo: ipsi terra ꝛ celū sum⁹: ꝛ in
vtroq̄. i. in corpore ꝛ spū: vt dei volūtas fiat oramus. Est
em̄ inter carnem ꝛ spiritū colluctatio ꝛ discordātib⁹ aduer-
sus se inuicem quotidiana cōgressio: vt nō que volumus

ipsa faciamus: dum spūs celestia ꝛ diuina querit: caro ter-
rena ꝛ secularia cōcupiscit: ideo petim⁹ impense inter ista
duo ope ꝛ auxilio dei concordiā fieri: vt dum ꝛ spiritu ꝛ
carne volūtas geritur: q̄ per eum renata est aīa seruet̄. Et
sequitur. quotidianis immo cōtinuis orationib⁹ hoc pre-
camur: sicut in celo ꝛ in terra volūtateꝫ dei circa nos fieri:
qr hec est volūtas dei: vt terrena celestib⁹ cedant: spūalia
ꝛ diuina preualeāt. Hec Cypria. ¶ Z. Tertio mō expo-
nitur de hoib⁹ iustis ꝛ pctōrib⁹: ita q̄ p celū intelligat̄ eccle-
sia iustoꝝ seu fideliū s̄m legem celi viuentiū: ꝛ p terrā cō-
gregatio pctōꝝ terrena querentiū: pro quoꝝ cōuersione ꝛ
iustificatione orare debem⁹ ex charitate: vt ad dei fidē cul-
tum ꝛ agnitionē veniant: ꝛ ita celi fiant. De hoc be. Aug.
in ser. de orone dn̄ica dicit: Hui⁹ petitiōis est alius sensus
pius valde. Moniti em̄ sum⁹ orare pro inimicis nr̄is qui
terra sunt: quasi dicam⁹. Credāt inimici nostri sicut ꝛ nos
in te credim⁹. Terra sunt: ideo nobis aduersant̄. Celi fiāt
ꝛ nobiscū erūt. Hunc etiā intellectū tangit bea. Cyprian⁹
vt recitat btūs Aug. in lib. de dono pseuerantie di. Uidit
ꝛ aliū in his verbis sensum btūs martyr Cyprian⁹. vt scilꝫ
pro infidelib⁹ qui sunt adhuc in terra: terrenū tn̄ hoiem
portantes: orare intelligant̄ fideles: qui celesti hoie indu-
ti: nō immerito celi noie intelligunt̄. vn̄ sensus est s̄m eū.
Fiat voluntas tua in infidelib⁹ sicut in fidelibus. Et post
subdit. Nō tn̄ pro fidelib⁹ vt augeat̄ in eis vel pseueret fi-
des: verūetiā p infidelib⁹: vt hr̄e incipiant: scā ecclia orat
vt qui adhuc sunt prima natiuitate terreni: incipiant esse
celestes ex aqua ꝛ spū nati. Huic cōcordat etiā be. Chrys.
sup Matth. di. Hinc dn̄s pro orbe terrarū orōnē cuilibet
nostrū iniūxit. Neq̄ em̄ dixit: Fiat volūtas tua in me vel
in nobis: sed vbicūq̄ terrarū: vt soluat̄ error: plantet̄ veri-
tas: ꝛ expellat̄ nequicia vniuersa: ꝛ reuertat̄ virtus: vt in
nullo iam differat celū a terra. Si em̄ hoc fiat nihil dista-
būt que inferius sunt ab his q̄ superius: etsi natura diffe-
rant angelos alteros terra nobis ostēdente. Hec dicit: qr
hoies sic celestē in terris vitā agentes siles erunt angelis
nō natura terrestri: sed conuersatione celesti. ¶ Quarto
mō exponit̄: intelligendo p celū hoc materiale celū: ꝛ per
terrā hoies in terra constitutos: vt sit sensus. Fiat vo. tua
sicut in ce. ꝛ in terra. i. sicut illa q̄ in celo materiali sunt pa-
rent volūtati: ita ꝛ hoies hoc ipm̄ ostendant. Illa em̄ q̄
ibi in celestib⁹ spheris sunt: dei ordinationē nequaq̄ trāś-
grediunt̄. Sol em̄ iuxta dei constitutū cōtinue mouet̄ de
oriente in occidentē: ꝛ ad dei nutū cōtra cursum naturalē
diuino beneplacito obedit: stando tp̄e iosue: retroceden-
do tp̄e ezechie. Cetere quoq̄ stelle sphere ꝛ planete dei or-
dinationi in suo cursu obediūt. Ita ꝛ in nobis petim⁹: vt
nihil dei preceptis cōtrariū inueniat̄: sed vt pfecte illi obe-
diam⁹. Nūc currēdo de virtute in virtutē: nūc stādo pseue-
ranter ac fortiter cōtra oēs christi inimicos in bono: nunc
retrocedendo p cōuersionē a vita pu̇ersa ꝛ pditis morib⁹.
Uel sic. Fiat vo. tua sicut in ce. ꝛ in ter. i. si in celo est fertili-
tas s̄m diuinū beneplacitū ꝛ institutū causaliter scꝫ: ꝛ in
terra idipm̄ ab hoib⁹ accepteī: vt cōtra puidentiā diuinā
nō remurmurent: neq̄ cōtra ipsi⁹ sapiētissimā ordinatio-
nem. ¶ L. Est tn̄ in hac clausula notandū q̄ s̄m Chrys.
hec particula Sicut in celo ꝛ in terra: referri debet ad oēs
predictas petitiones: scꝫ Scificet̄ nomē tuū. Adue. reg.
tuū. Fiat vo. tua. Et sic erit sensus. Pater noster qui es in
ce. sanctificet̄ no. tnū. sicut in ce. ꝛ in terra. i. sicut sancti in
celo te pfecte sanctificant: qr vidētes clare ꝛ facialiter tuā
maiestatem ꝛ immensam pfectionem te diligūt: honorāt
ꝛ laudant sine intermissiōe ꝛ fastidio eternaliter. Ita da
nobis vt adhuc in terra manentes sanctificem⁹ nomē tuū
s̄m nostre fragilitatis possibilitatem: vt vite huius cursus
finit ac pmittit. Rursus. Pater noster qui es in celis. Ad-
ueniat regnū tuū sicut in celo ꝛ in terra. i. sicut in celo exi-
stentibus regnū glorie tue iam aduenit eterna scꝫ beati-
tudo: ita cōcede ꝛ nobis in terra morantib⁹: vt post huius
vite cursuꝫ eterna beatitudo cōferat̄. Demū pater noster

qui es in celis: fiat vo. tua sicut in ce. ꝛ in terra. i. sicut celi
ciues cōformes sunt tue volūtati: pfecte scꝫ sine qualibꝫ
declinatione: Ita dona nobis terrigenis: vt nō nostrā: sed
tuā volūtatem pficiam⁹. Et velim⁹ vniuersa q̄ te nos vel-
le cognoscim⁹: impleam⁹ que pcepisti: fugiam⁹ que pbi-
buisti: affectem⁹ que pmisisti: amplectamur que cōsuluisti:
opa tua magnificem⁹: ac te in oībus benedicam⁹. Et sicut
celi ciues in tue volūtatis cōformitate sunt stabiliti: vt ab
illa declinare nequeāt: ita ꝛ nostra in ea cōformitate q̄ est
dicta: fortiter pseueret. ¶ M Sed circa hanc particulā
dubitaꝰ: Utrū beati in celo possint se diuine volūtati dif-
formare? Et q̄ sic arguiꝰ p illud Iob. iiij. Ecce qui seruiūt
ei nō sunt stabiles: ꝛ in angelis suis repperit prauitatem.
Prauitas aūt nō est sine recessu a diuina volūtate: q̄ si se-
mel facta est in celis: nō videꝰ in futurū impossibilis. In
oppositum videꝰ: qꝛ in illo regno btitudinis nihil pōt esse
inquinatum. Declinare aūt a diuina volūtate magna est
iniquitas: q̄ si ibi pōt cōmitti: ꝛ cōmittētes a regno illo ex-
pelli: quō diceret scriptura: Et q̄ bona egerūt ibūt in vitā
eternā? Nō eñ est illa vita eterna a qua ppter pcm̄ expel-
litur. Primo respondebiꝰ de facto. Scdo de possibilitate.
Quoad primū dicendū q̄ beati in celo pfecte cōformant
se diuine volūtati: nec vnq̄ se illi diffoꝛmabūt volendo cō-
trariū ei⁹ qd deus vult. Quid eñ magnū christus iussisset
viatores orare vt fiat in eis volūtas dei sicut in beatis in
celis: si illi sicut nos a bono ad malū possent declinare: et
difformes fieri diuine volūtati? parū prestār: ꝛ esset ipsoꝝ
cōditio: si illā quā adepti sunt beatitudinē p prauā volun
tatem possent amittere: cū nil infelicius: nihil sit miserius
q̄ meminisse se fuisse felicem. Minor est cruciat⁹ bonū im-
pfecte cognitū nō adipisci: q̄ a possesso cū gaudio ꝛ exul-
tatione exulare. Sic igiꝰ adepti sunt btitudinē: ꝛ in eter-
nū illa nō priuabunꝰ. Priuarenꝰ aūt si se diuine volūtati
difformarent. Siquidē hui⁹ tpis hoīes indigni fiūt dei grā
cū dei volūtati aduersanꝰ: nō obstante ipsoꝝ fragilitate: ꝛ
multipliciter ad peccandū impellunꝰ: nūc a carne ppria:
nūc a demonib⁹: nūc a falsis fratrib⁹: quāto magis iā glori-
ficatos necesse foret a btitudine excidere: si nullo impetu
perurgēte diuine volūtati conarenꝰ repugnare? hoc ergo
pcul est a ciuib⁹ ꝛ incolis regni celoꝝ: q̄ ad btitudinem nō
momētaneā ꝛ trāsitoriā: sed stabilem ꝛ ppetuā sunt inuita
Math. xxv. ti dicēte christo: Uenite bñdicti patris mei: possidete para
tum vobis regnū a cōstitutione mūdi. Et sequiꝰ. Ibūt hi
in suppliciū eternū: Iusti aūt in vitā eternā. Eterna autē
hec vita ꝛ btitudo non esset si p pcm̄ ꝛ difformitatē a dei
volūtate interrūpereꝰ. Un̄ sicut dānati nō cōformabūt se
Psal. lxxiij. diuine volūtati: qꝛ ipa volūtas mala ꝛ supba ascēdit semp
vt dicit pphā: ita econuerso bti nō difformāt se diuino bene
placito: sed neq̄ vnq̄ se illi difformabūt: ppter qd idē de
Psalm. lxxxiij. ipsis ait. In secula seculoꝝ laudabūt te. Hinc Aug. li. xiij.
de tri. c. vij. Nullus volet male viuere in illa felicitate: aut
volet aliquid qd deerit: aut deerit qd voluerit. quicquid
amabiꝰ aderit: nec desiderabiꝰ qd nō aderit. Omne qd ibi
erit: bonū erit: ꝛ summ⁹ de⁹ summū bonū erit: atq̄ ad fruē
dum amātib⁹ presto erit. Et sequiꝰ ad ppositum. Et qd est
omnino beatissimū: ita semp fore certū erit. Ecce dicit bea
tus Aug. q̄ certū erit beatis q̄ ab illa btitudine nunq̄ se-
gregabunꝰ: sed felices eternaliter pmanebūt: eapropter
suas volūtates diuine volūtati nō difformabūt: qꝛ hoc si-
ne peccato fieri nō posset. Peccatū aūt in eis locū nō ha-
bet. Un̄ idem dicit in ench. Sicut nūc aīa nostra nō habet
nolle infelicitatē: sic ꝛ nolle iniquitatē semp habitura est
in vita scꝫ beata: ppter qd ꝛ describēs beatitudinē vbi. s.
de tri. li. xiij. c. v. dicit. Beatus est qui habet quicqd vult: ꝛ nihil male vult.
Difformare aūt se diuine volūtati malū est etiā in viatori-
bus: quare in beatis minime reperiꝰ: qꝛ p hoc beatitudine
priuarenꝰ. Si eñ peccatū ante adeptā beatitudinē hoīes
repellit a beatitudine: qꝛ malis dicet saluator. Ibūt hi in
suppliciū eternū: quanto magis si beatus peccaret: a bea
titudine pelleretur? ꝛ ita beatus fieret miser: ꝛ sic beatitu
do nō esset ppetua: qd est cōtra statim allegata. Et idem
Aug. xiij. de tri. c. viij. Nullo mō igitur esse poterit vita ve-
raciter btā: nisi fuerit sempiterna. ¶ N Quoad scdm scꝫ
possibilitatē, Utrū scꝫ beati possint se diuine volūtati dif-
formare? Accipiendo illā ppositionem in sensu diuiso: si-
cut de rigore verboꝝ accipiꝰ: pōt tripliciter intelligi. Pri-
mo vtrū beati ex naturali cōditione sue nature possint pec
care: aut potentiā habeāt ad difformandū se diuine volū-
tati? Scdo vtrū p aliquid sibi inexistens tollaꝰ ab eis posse
peccare: qualiter in igne caliditas tollit potentiā frigefa-
ciendi? Tertio an aliqua causa extrinseca impediat btōs:
ne se difformare possint diuine voluntati. ¶ Quantū ad
primū intellectū, dicendū q̄ cōsiderādo naturas beatoꝝ
scdm se ꝛ naturales potestates, nō videꝰ ipsis deesse poten-
tia ad peccādū. Nulla eñ creatura ex natura ppria est sim-
pliciter impeccabilis: sed quelibet deficere pōt a rectitudi
ne diuine volūtatis. vn̄ Ans. in lib. cur de⁹ homo. Rn̄dēs
discipulo querenti ab eo: cur nō potuit de⁹ facere creaturā
rōnalem impeccabilē? Rn̄det: qꝛ non potuit ipsam facere
deū. Item btūs Aug. cōtra maximū. Cuicūq̄ rōnali crea-
ture prestaꝰ vt peccare nō possit: nō est hoc nature pprie:
sed diuine gratie. Ex quib⁹ cōcludiꝰ beatos ex ppria natu-
ra: nō esse impeccabiles. Et pro illo arguitur a posteriori.
Nā angeli beati ante adeptionē btitudinis fuerūt in via:
siue in statu vie in quo poterant bene ꝛ male agere: quod
ostendit effectus: qm̄ aliqui peccauerūt ꝛ dānati sunt: alij
stando meruerūt beatitudinē: ꝛ cōfirmati sunt. Cum ergo
in vtrisq̄ naturalia manserūt integra: neq̄ substātialiter
fuerūt mutata: igiꝰ quantū est ex parte nature, remansit
in eis potētia ad oē id ad qd prius potētes extiterūt. Et
scdm hoc accipi debet dictū bti Hiero. in trac. de filio pdigo
Solus deus est in quē pcm̄ cadere nō pōt. scilꝫ ppter sue
nature pfectione. ¶ O Quantū ad secūdū intellectū
videꝰ posse cōcedi btōs peccare nō posse. Habent eñ in-
tra actū beatificū ꝛ gratiā: que miseriā culpe secū nō cōpa-
tiunꝰ. Habēt aūt nō sicut nos in hac mortali vita habem⁹
gratiā: a qua frequenter p pcm̄ excidim⁹: ꝛ iterū p penitē-
tiam recuperam⁹: sed habēt inamissibiliter: nec est in eorū
potestate se ab illis nudare. Beatitudo eñ sicut ꝛ gratia
a solo deo est: ita vt btūs btitudinem nō eliciat: sed dūta-
xat eam a deo recipiat: quapropter nō est in sua potestate
vt eam a se remoueat. Quis eñ possibile est beatū cessa-
re ab oī actu quem causat ex sua libertate: nō tamen est
possibile vt destruat qd in se habet p actionem superioris
agentis maxime dei: qui prestantior est in cōseruando suū
effectū: q̄ sit creatura ipm abijciendo. Uerū qꝛ beatitudo
ꝛ gratia accidens est p accidens. i. cōtingenter inexistens
btō: nec btūs has naturaliter sibi determinat: sicut ignis
calorem a quo naturaliter separari non pōt: sed tota inse-
parabilitas est ex beneplacito diuine volūtatis: Idcirco
melius reduciꝰ impeccabilitas beatoꝝ in deū tanq̄ in cau
sam extrinsecam: scdm tertiū intellectū premissum: q̄ in cau
sam formalem scdm intellectū secūdū. Un̄ scdm hoc dicendū
q̄ beati se nō possunt diuine volūtati difformare: quia ita
sunt in bono cōfirmati: q̄ ad malū declinare nō possunt.
Cōsistit aūt hec cōfirmatio in vno positiuo, ꝛ in vno qua-
si priuatiuo seu negatiuo. Positiuū est q̄ de⁹ cōseruat sine
interruptione actū beatificū in btō: qui est maximū bonū
cui⁹ natura intellectualis capax est: ꝛ ideo eā creatura re-
mouere nō pōt. Dei eñ volūtati qs resistit? Negatiuū est: Ro. ix.
qꝛ statuit deus nō velle coagere beato ad actū beatitudi-
ni formaliter vel virtualiter repugnantē: quapropter bea
tus ex virtute sua actiua, nullū talem pōt elicere: quo de-
mereꝰ beatitudinem perdere: qꝛ causalitas dei requiritur
ad pductionem cuiuslibet effectus positiui: qua suspensa
nulla creatura pōt quicq̄ efficere. ¶ P Ex his duobus
simul beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati: scꝫ ex
eo q̄ deus ppetuo cōseruat in eis actū, scꝫ clare visionis, ꝛ
perfecte fruitionis: in quib⁹ est essentialis beatitudo. Ex
secūdo sunt indefectibiles: qꝛ ppter subtractionem diui-

ne causalitatis habere nō possunt volubiles cogitationes
circa beatitudinem: nec elicere possunt actus beatitudini
qualitercunq̄ cōtrarios: sed nec omittere actū ad quem te-
nentur: actū scꝫ diuine ac fruitiue dilectionis: quo intensis-
sime ꝛ sup oīa diligūt deū: q2 illic cōseruatꝰ a deo: cui repu-
gnat oīs inordinatus actus ꝛ omissio inordinata. Et fm
hoc intelligi pōt dictū beati Aug. s̄. allegatū: scꝫ nō posse
peccare nō cōpetit illis ex natura: sꝫ grā. i. gratiosa dei vo-
luntate. Et ex reuelatione horū duoꝝ beati sunt securi de
sua btitudine: q2 deus reuelauit eis ꝙ vult semꝑ btitudi-
nem in ipsis cōseruare: ꝛ ipsis nō coagere ad actū maliū si-
bi displicentē: ꝛ sic patet intellectꝰ alterius qđ addit Aug.
scꝫ ꝙ btissimū est ita semꝑ fore certū erit: scꝫ ꝑ reuelationē
dei. ¶ Ad argumentū in oppositū: Rñdetꝰ ꝙ in ange-
lis reperta est prauitas ante btificationem eoꝝ dū adhuc
erant viatores. Sed post adeptā beatitudinē nullus ce-
cidit de statu beatitudinis: q2 in ipsa cōfirmati: btitudinē
in ipsis deo ꝑpetuo cōseruante. Et tantum de illo dubio.
¶ Q Sūmando igitꝰ q̄ dicta sunt: deuotus orator hāc
petitionem ꝓferens ita meditationis sue attentionē ver-
bis accōmodet vt dicens: Fiat vo. tua: cū affectu mentis
credat deū: vt abbas ysaac ait: oīa q̄ videntꝰ vel aduersa
vel ꝓspera pro nostris vtilitatibꝰ dispensare. Magisq̄ cū
pro suoꝝ salute ꝛ cōmodis ꝓuidū atq̄ sollicitū: ꝙ nosipos
esse pro nobis. Hoc credens affectuose petat: Fiat vo. tua
sicut in ce. ꝛ in terra. Da pater noster qui es in ce. spm̄ bo-
niꝰ cōsilij: quo misericordes effecti: tuā volūtatem in terris
impleamꝰ ꝓ modulo vie: sicut iplētꝰ in celo ꝓ modulo pr̄ie
auaricia religata. Dona pater noster gratiā tuā: ꝑ quā no-
stra volūtas terrā despiciens esse incipiat deiformis. Hec
enī est volūtas tua. nam volūtas tua salus nostra est: qua
vis omnes hoīes saluos fieri: ꝛ ad veritatis agnitionem
venire. j. Tim. ij. Voluntas tua sanctificatio nostra est: vt
mundati ꝛ sanctificati in terra, illuc introire possimꝰ: quo
nihil coinquinatū poterit introire. Volūtas tua est: vt nō
moriatꝰ peccator: sed cōuertatꝰ ꝛ viuat. Volūtas tua est o
Ezech. xxxiij. pater noster: quā christus vnigenitus tuus de celo in ter-
ra missus ꝛ fecit ꝛ docuit. Hec est humilitas in cōuersatio-
ne: stabilitas in fide: verecūdia in verbis: in factis iusticia
in operibus misericordia: in moribꝰ disciplina. Iniuriā fa-
cere nō nosse: factam tolerare: posse cum fratribꝰ pacē te-
nere: deum toto corde diligere. Amare in illo qđ pater est
timere quod dñs est. Christo nihil omnino preponere: q2
nec nobis ille quicq̄ preposuit: charitati eius inseparabi-
liter adherere: cruci eiꝰ fortiter ac fidenter adsistere. Quā-
do de eius noīe ꝛ honore certamen est: exhibere in sermo-
ne cōstantiā qua cōfitemur: in questione fiduciā qua con-
gredimur: in morte patientiā qua coronamur. Hoc est co-
heredē christi velle esse: hoc est preceptū dei facere: hoc est
voluntatem patris adimplere. Fiat igitur o pater volun-
tas tua: in peccatorum cōuersione, per opus penitentie.
In conuersorum sanctificatione: per munus gratie. In
sanctificatorum saluatione per bonū perseuerantie. In
saluatorum perpetua clarificatione per donum glorie.
Fiat inquam sicut in celo ꝛ in terra: sicut in angelis, sic in
hominibus: sicut in iustis, sic in peccatoribus et auersis.
Sicut in portione superiore mentis: sic in sensualitate car-
nis. Sicut in christo capite qui venit de celis: sic in eccle-
sia eius corpore que peregrinatꝰ in terris. Fiat vt perfecta
conformitate tue sanctissime voluntati consentiamꝰ: qua-
tenus omnia tibi placita approbemus: salutis anteceden-
tia apprehendamus: preceptis, prohibitionibus, cōsilijs
obtemperemus: in omnibus donis ꝛ operibus te benedi-
camus. In permissionibus tuam misericordem patientiā
agnoscamus. Nec aliud velle ꝛ nolle concupiscamus: ni-
si quod te patrem nostrum qui in celis es; nos velle no-
uimus ꝛ nolle. Sicq̄ nos perseuerantes in tua sola bona
semper ꝛ optima voluntate: ꝛ nūc in terris temporaliter:
ꝛ dehinc in celis viuere eternaliter valeamus.

¶ Lectio. lxx.

P Anem nostrū quo-
tidianū da nobis hodie. ¶ Premissis peti-
tionibꝰ quibꝰ ꝓ bonis maximis. s. grā regni
ac ꝓ medijs: scꝫ grā qua ad regnū ꝑuenitur:
deū patrē oramꝰ: sequitꝰ petitio quarta qua ꝓ bonis infi-
mis: bonis scꝫ corporis tꝑalibꝰ ac fortune patrē obsecramꝰ
Et licet ad literā petitio illa de bonis ad corporis sustēta-
tionē ꝑtinentibꝰ: ꝛ ꝑ panē quotidianū intellectis exponatꝰ
nihilominꝰ ꝑ sanctos ꝛ doctores eiꝰ expositio ad ea quibꝰ
nutritꝰ aīa: extenditꝰ fm multiplicē panis mysticā significa- Panis
tionem. Est enī panis naturalis sustētationis: pn̄ie ꝛ labo- multiplex
ris: intelligētie illuminātis: grē viuificātis: eucharistie cō-
fortantis: deuotionis sursum agentis: glorie cōsummātis.
Prius tñ ꝙ de mysticis tractetꝰ: ꝓsequamur ad literā de Ro. xiij.
pane corpꝰ sustentāte. Ubi in primis aduertendū, ꝙ licet
fm apli doctrinā ꝓhibeamur carnis curā agere in deside-
rijs: possumꝰ tñ curā eiꝰ gerere in his q̄ saluti eiꝰ sunt neces-
saria: ꝛ q̄ ad naturalē eiꝰ subsistētiā requiruntꝰ. Pro hisce
obtinēdis docuit nos christꝰ orare ꝛ dicere. Panē nostrū
quoti. da no. ho. Voluit aūt christus nos, q̄ filij sumꝰ dei:
quoꝝ pater celestis ꝓuidētiā gerit specialē: ab eodē patre
quotidianū panē ꝛ victū requirere: vt ipm patrem nostrū
recognosceremꝰ: ꝓfiteremurq̄ nos ipsius ꝓuidentia indi-
gere. Qđ maxime humili prece ostendimꝰ. Nā qui ab alio
petit: in se indigētiā: ꝛ in alio beniuolentiā attestatꝰ. Petē-
do itaq̄ nostrā indigētiā cōfitemur. Sumꝰ enī cōpositi ex
duabꝰ substātijs: corpore scꝫ ꝛ aīa: quarū quelibꝫ iuxta na-
ture sue ꝯditionē, indiget refectiōe, defensiōe, ꝯseruatiōe
varijs q̄ adiutorijs ꝛ sustētamētis: ꝓ quibꝰ habemus deū
iugiter implorare. Petimꝰ aūt ea q̄ ad salutē aīe ꝑtinēt duꝫ
oramꝰ vt in nobis dei nomen sanctificetꝰ: vt nobis regnū
glorie adueniat: vt ꝑ gratiā nostrā volūtatē diuine volū-
tati ꝯformemꝰ. Cōsequēter nūc requirimꝰ iuuamēta quibꝰ
corpus reficiamꝰ dicētes: Panē no. quoti. da no. ho. Noīe
aūt panis oīa intelligēda sunt: quibꝰ humani corporis fra-
gilitas ad sui sanitatē ꝛ cōseruationē indiget: vt sunt con-
ueniens cibus ꝛ potꝰ: vestitꝰ: habitatio ꝛc. vñ Gen. xxviij.
dixit iacob patriarcha. Si dñs dederit mihi panem ad ve-
scendū: ꝛ vestimētū ad induendū: erit mihi dñs in deum.
Ubi ꝑ panē (sicut in plerisq̄ alijs scripture locis) intelligi-
tur victus necessarius ad aīalis vite sustentationē. Et hoc
est qđ dicit bea. Aug. ad probā. Dicentes Panē no. quoti.
da no. hodie. sufficientiā vite illā noīe panis significamꝰ.
¶ B Fecit aūt dñs mentionē de solo pane ꝛ nō docuit
nos expresse petere carnes, pisces, vinū ꝛc. cum tñ hoīes
his indigeant pro cōpetenti ac salubri sua sustentatione:
vt ex mō loquēdi nobis insinuaret: vt quātū cōmode pos-
sumus paucis cōtenti simꝰ: ꝛ cōibꝰ ad victū necessarijs. vñ
dicit Chrys. Christus solū panē petendū docuit: vt habē-
tes alimenta: ꝛ quibꝰ tegamur: his cōtenti simus: innuēs
ꝙ solū petere habeamꝰ necessaria nō delicata nec sup̄flua
Ideo postulanda sunt nobis necessaria vite: nō ciboꝝ di-
uersitates ꝛ vina odorifera ꝛ cetera que delectant guttur
onerant ventrem: ꝛ mentem ꝑturbant: sed panis qui pōt
subām corporis sustentare. Vñ ꝛ sapiētissimꝰ salomon nō
pro superfluis: sed pro necessarijs orauit ad dñm dicens:
Mendicitatem ꝛ diuitias ne dederis mihi: sed tñ tribue
victui meo necessaria: ne forte saciatus illiciar ad negan-
dū ꝛ dicā: quis est dñs: aut egestate cōpulsus, furer ꝛ pie-
rem nomen dei mei. Prouer. xxx. Que aūt sunt necessaria
vite: exprimitur Eccli. xxix. Initiū vite hoīs aqua ꝛ panis
ꝛ vestimentū: ꝛ domus protegens turpitudinem. Idem
xxix. ¶ C Sūpsit aūt ex hac particula quorundā error
occasionem dicentiū: ꝙ fideles solum licite possunt pete-
re a dño ea que ad victum tenuissimū spectant panē scꝫ et
aquā: ꝙq̄ peccēt omnes qui se lautius ꝛ largius reficiūt,
q̄ victu tenuissimo: quo natura ne deficiat valeat sustēta-
ri. Sed huius erroris falsitas patet ꝑ apl̄m. j. ad Tim. iiij.
vbi contra quosdā erroneos doctores loquens dicit. Tā-

les prohibent nubere: quasi scꝫ malū sit: ⁊ precipiūt absti-
nere a cibis quos deus creauit ad ꝑcipiendū cū gratiaruꝫ
actione fidelibus: ⁊ his qui cognouerūt veritatem: q: ois
creatura dei bona est: ⁊ nihil reijciendū qḋ cum gratiarū
actione ꝑcipit. tanq̄ ꝓhibitū a cerimonijs ve. le. q̄ñ ceri-
monie ille cessauerūt: qḋ tamen sic docentes astruxerant.
Aut tanq̄ a deo tenebrarū creatū: aut legali obseruantia
cōe ⁊ inmūdū. Preterea christus apl'is quos docuit hāc
orationem: dū eos mitteret ad predicandū hoibus fidem
Luc. x. nō precepit comedere solū panem ⁊ bibere aquā. Sed in
quācūq; domū intraueritis ait: in eadem manete edētes
⁊ bibentes q̄ apud eos sunt. Nō est tñ verisimile quin se-
pius recepti sint ab his qui etiā lautos cibos preparaue-
Joh. ij. rūt. Preterea christus in cōuiuio nuptiali quo aquā cōuer-
tit in vinū: nec ipse tunc aquā bibisse legit: ⁊ alijs vinū mi-
Joh. vj. nistrasse. Jtem cū ipse dñs magnā multitudineꝫ refecit in
deserto: nō solū panem: sed ⁊ pisces multiplicauit. Et dñs
ipse q̄q̄ homo fuerit sobrius ac tēperatissim⁹ in nullo vir-
tutis mediū excedēs: tamen sic cū hoibus ⁊ vsitatis cibis
Mat. xj. vescebat: vt quidā phariseoꝝ polluto ore ipsum vorato-
rē carniū ⁊ potatoreꝫ vini appellauerint. Preterea christus
in euāgelio cōtra phariseos: q̄ cibos discernebant: ⁊ circa
ipsos cerimonias obseruabāt diuersas dicit. Audite ⁊ in-
telligite: nō qḋ intrat in os/coinquinat hoiem: sed qḋ pce-
Mat. xv. dit ex ore/hoc coinquinat hoiem: sequit. Omne qḋ intrat
in os ⁊ in ventrē vadit: ⁊ in secessum emittit: nō coinqui-
nat hoiem: que vo de ore pcedūt: de corde exeūt: ea sunt q̄
Gen. ix. coinquināt hoiem. Ad idem facit qḋ dixit dñs ad noe post
diluuiū: Oēs pisces maris manui vestre traditi sunt: ⁊ oē
qḋ mouet ⁊ viuit erit vobis in cibū. Quasi olera virentia
tradidi vobis oia: excepto q̄ carnem cū sanguine nō com-
ederis. Ex quib⁹ satis videt q̄ licitū est hoib⁹ alijs cibis q̄
aqua ⁊ pane siue tenuissimo victu vti: ex cōcessiōe beniuo-
lentie dei exēplo christi ⁊ aplo͛. Quapropter pro his pos-
sum⁹ licite orare. ❡ D Sed quid de tot salsamētis ac ci-
boꝝ varietatib⁹: exquisitissima cocoꝝ arte: aromaticis spe-
ciebus cōditis ⁊ multiplicatis: quib⁹ plurimi vtunt: Nun-
quid orantes: Panem no. quoti. da no. possunt hanc peti-
tionem referre ad hoꝝ ferculoꝝ multiplicū donationeꝫ:
❡ Rñdetur q̄ cibi preparati delicate ꝫm medicine aut
cocoꝝ artem/de se mali non sunt: sed res indifferentes ad
bonū ⁊ ad malū. Dicunt aūt boni ⁊ mali occasionaliter: ex
ipsoꝝ bono ⁊ malo vsu: qui ex ordinato aut peruerso hois
appetitu cibū sumentis pcedit. Vñ btūs Greg. iij. moral.
Nō cibus: sed appetitus est in vitio. Vñ lautiores cibos
quandoq; sine culpa sumim⁹: ⁊ abiectiores nō sine reatu
cōscientie degustam⁹. ⁊ exemplificat. Esau primatū ꝑ len-
ticulam ꝑdidit: ⁊ helias in eremo virtutem corporis car-
nem edendo seruauit. Vñ ⁊ antiquus hostis primum sibi
hoiem: nō carne/sed pomo subdidit: ⁊ secundū nō carne/
sed pane tentauit. ❡ Ex quo apparet: q̄ nec cibus cōis ⁊
grossus de se bon⁹ est: quin aliq̄s ipso possit abuti. Vñ pꝫ
q̄ cibi ⁊ pot⁹ delicati ⁊ cetere res tꝑales tales sunt/qua-
lis est anim⁹ vtentis. Vt si q̄s vtatur cibo ⁊ potu delicato
bono fine: tēperata sobrietate: ⁊ recta intētione: vt sanior
viuacior/ac robustior ad officiū suū exercēdū reddat: aut
cū gratiarū actione: q: cibi tales dati ⁊ cōcessi sunt huma-
no vsui: boni censent. Si vo q̄s grossiorib⁹ vtitur ex cupi-
ditate inanis glie: vt appareat sanctior: aut temperantior
aut vt ventris ingluuiē expleat: cibus grossus malus iu-
lib. de do- dicatur. Et hoc est qḋ dicit btūs Aug. Fieri pōt vt sine ali-
ctrina chri- quus vitio turpitudinis ⁊ voracitatis preciosissimo cibo
stiana. vtatur sapiens. Jnsipiens aūt fedissima gule flamma in
vilissimū cibū inardescat. ❡ E Verū pro particulariori
responsione sunt tria attendenda. Primū cōditio vtētis.
Vtrū scꝫ sit ꝑsona in dignitate cōstituta vel plebeia: igno-
bilis vel generosa: secularis aut religiosa: docta vel rusti-
ca: tenera aut robusta: sana aut infirma. Nos eñ nō simi-
libus cibis decet refici: sed alijs ⁊ alijs iuxta statuū condi-
tionū ⁊ officioꝝ atq; exercitioꝝ diuersitatem. Grossiorib⁹

siq̄dē indigent corporalib⁹ insudantes laborib⁹: melior ib⁹
vacātes studio aut exercitio rōnis. Sic nobiles presiden-
tes/diuites/infirmi/subtiliorib⁹ cibis indigēt. Meliores
siquidem cibi ⁊ potus sanguinem vt cōiter generant me-
liorem. Et ipso nāq; subtiliores spūs vitales sensitiui ge-
nerant: qui multū faciūt ad acumen ingenij ⁊ intelligibi-
lis iudicij: ad viuacitatem sensuū: que presidentib⁹ ac do-
centib⁹ multū fore vtilia iudicant. Quia deniq; tales plu-
ribus solicitudinib⁹ fatigant: spūalib⁹ marcescūt laborib⁹:
poterūt pre ceteris indulgentius cibis: ⁊ talib⁹ que ad cor-
poris sanitatem cōferunt: licentius vti. Etiā alio respectu
nobiles potentes ⁊ prelati magnificentiā facere possunt
sup alios: vt in ipsis dignitas coronet: potentia nō ledat:
⁊ reuerentia debita tribuat: que crebro his subtrahuntur
dum que ad exteriorē apparatū attinent/ab eisdem omit-
tuntur: que plus in experientia q̄ in codicib⁹ addiscuntur.
Hinc ⁊ btūs Aug. disponit in regula: vt aliter tractet deli-
catus ex mūdo ꝯfluens: aliter grossus ⁊ plebeius ante in-
troitū in paupertate degens. Et hui⁹ dicti rōnabilitas tra-
hi videt ex factis in primitiua ecclesia: vbi q̄uis fidelib⁹
oia erant cōia: tamen distribuebant singulis put vnicuiq;
opus erat. iuxta videlꝫ fideliū statū ⁊ cōditionem. Simi-
liter de infirmis qui delicatius nutriri debent: vt manife-
ste patrū regule docēt. De teneris ⁊ delicate nutritis scri-
bit btūs Aug. in de verbis dñi. Vtant diuites cōsuetudi-
ne infirmitatis sue: ⁊ doleant se aliter nō posse. Nō extolli-
tur paup de mendicitate: tu quare extolleris de infirmita-
te: Vtere cibis electis ⁊ preciosis sicut cōsueuisti: q: aliter
nō potes: q: si cōsuetudinem mutas: egrotas. Cōceditur
tibi vti necessarijs: da pauperib⁹ supflua: vtere preciosis:
da pauperib⁹ vilia. Sic igitur diuersa vtentiū cōditio ma-
gnā facit differētiā in cibis ⁊ potibus cōibus ⁊ delicatis.
❡ F Secundū considerandū est cōsuetudo regionū ⁊
mos cōuiuentiū. Habet quidē regio vna cibos delicatio-
res q̄ alia/etiam quantū ad substantiā edibiliū: habet et
mos hoim certarū terrarū cibos delicatius ⁊ exquisitius
q̄ alioꝝ preparare: cui cōsuetudini licite pōt quis se cōfor-
mare edendo ⁊ potando: absq; hoc q̄ mediū excedat virtu-
tis. Vñ dicit btūs Aug. Quid loco tꝑi ⁊ ꝑsonis cōueniat (in doct. christia.)
diligenter attendendū: ne timere flagitia vbi nō sunt de-
prehendamur: qui parcius cibo vtit q̄ mos habeat quib⁹
cōuiuit: aut intemperans est aut supstitiosus. Et qḋ min⁹
videt de bene olentib⁹ siue odoriferis bonisq; odorib⁹: q̄
licite quis vti his possit q̄ cibis delicatis: asserit idem de
se loquens. De illecebra inquit odoris non nimis satago:
dum desunt nō requiro: dū adsunt nō renuo: paratus suꝫ
carere eis. Et quid mirū si iuxta cōsuetudines regionū/⁊
hoim mores/liceat queꝫ lautius ⁊ delicatius refici q̄ suus
mos habeat: cum cōsuetudo patrie ⁊ hoim ritus alieni li-
centiā tribuat comedendi: vbi alias sibi fuerat ieiunandū
⁊ a cibis simpliciter abstinendū: Sic respōdet btūs Amb.
btō Aug. querenti: an sibi ⁊ matri cū mediolani existerent
ieiunandū foret sabbato/iuxta morē sue ciuitatis. an eccle-
sie mediolaneñ. more prandendū: Quid aliud ait Amb.
huic dicere possum: q̄ qḋ ipse facio: Et subdit. Quādo hic
sum tunc nō ieiuno sabbato: q̄ñ rome sum ieiuno. Et am-
plius eos instruens subdit. Ad quācūq; ecclesiā veneritis
eius morem seruate si pati scandalū nō vultis aut facere.
Hec Augu. in epistola de ieiuno sabbati. ❡ G Tertiū
est intentio vtentiū: quo scꝫ fine cibos exquisite sibi prepa-
rent. Vtrum propter iactantiā aut inanem gloriam: vt li-
berales predicentur: aut inordinatos in se motus excitēt:
vt potentes sint in malo: ⁊ ita nemini licet vti delicatis ci-
bis. Sed neq; sic licet vti cōmunib⁹ ad finem inordinatū.
Nam ois actus etiam de genere bonus ordinatus in finē
culpabilem ⁊ malū: culpabilis est ⁊ malus: q: a fine iustū
est singula denominari. Et in moralibus circūstantia fi-
nis est potissima: penes quā attenditur actus bonitas ma-
liciave. Aut huiusmodi delicata ciboꝝ preparatio fit in-
tentione delectationis gustū consequentis in ciborum et

potuum sumptione. Et tunc aut fit intra limites legis chri
stiane: puta q: sic delectari querens nullū preceptū violat
vere vel interpretatiue/parat⁹ omittere si de⁹ vel eccl'ia sic
delectari ꝓhiberet: ⁊ tunc aut nullum aut leue peccatū est
aut veniale: qđ aqua bñdicta abluit. Aut fit hmōi delica/
ta preparatio citra legem: puta q: ex tanta libidine querit
delectari in cibo ⁊ potu: vt postponat deū: nō curādo vtrū
ex hoc impediat in operationib⁹ spūalib⁹: ⁊ an ꝑ hoc p:e/
ceptū dei vel eccl'ie transgrediat. Nec₃ paratus est cessare
si ꝓhiberet: tūc nō est sine malicia ⁊ mortali pctō: si oia hec
adsunt. Huius sile ponit in delectatione actus cōiugalis:
que si querit intra leges matrimoniū: nullum aut veniale
est pctm̄. Si aūt citra siue extra limites cōiugij: parat⁹ hoc
idem facere si cōiunx nō esset: peccatū est mortale. Qui er/
go sic querūt cibos delicatos: sunt hi quorū deus vēter est
qui in preparandis cibis (vt Hugo ait in de claustro aie)
studiū adhibent: infinita decoctionū frixurarū ⁊ cōdimen
torū genera excogitantes: mō mollia: mō dura: mō calida
mō frigida: mō elixa: mō assa: mō pipere: mō allijs: mō sa/
le cōdita: ſm cōsuetudinem pregnantiū mulierū desiderā
tes. Horū etiā palatū ꝑ ferculorū multiplicationem ⁊ va/
riam preparationem seducit: qm̄ varietas fastidiū tollit: ⁊
cū iam stomachus crebris tactib⁹ repletū se indicat: non/
dum tamen curiositas satiat. ¶ Est ⁊ alia intētio/qua qs
cibū ⁊ potū delicatū querit: dum quis nō in eis finem sta/
tuit: querēs dūtaxat delectari: sed assumit ipsos tanq̄ ad/
minicula/quib⁹ ducit in finem altiorem ⁊ meliorē₃ vt in se
vires excitet: quaten⁹ in se corporis valitudo conseruet: ⁊
sensuū ꝓportionata viuacitas ad exercitiū spūaliū operū
aie: vt aptior inueniat in his q̄ ad salutem cōferunt: siue il
lud sit studiū literarū: siue modulatio psalmorū: siue medi
tatio diuinorū: aut instructio fideliū: siue qđcūq₃ aliud ha/
bens ordinem ad salutem. Ad hunc quippe finem nō mo/
do licet vti cibis subtilioribus: sed sepe meritoriū est: dū ta/
men modus seruet in quanto pariter ⁊ in quali: ſm exigē/
tiā ꝑsone/tpis/⁊ laborū ei incūbentiū ex officio aut ꝓpria
deuotione. ¶ H Et oia sic corporis nutrimenta necessa
ria ⁊ accōmoda panis noie sunt intelligenda in petitione
dñice orationis. Et licet panis ⁊ cibus tenuis sustentatio/
ni vite sufficiant: qm̄ modicis cōtenta est natura vt in esse
saluet: q: tamen refectio lautior quatenus valet ſm predi
cta ad sensuū integritatem: ⁊ eam corporis valitudinem
que subseruire pōt spūi: licite a nobis peti pōt: ꝓpter qđ
vbi nos dicim⁹ Pane no. quoti. vt Lucas scribit: Matth.
dixit Panem nostrū supsubstantialem. Est em̄ panis sub/
stātialis: est panis supsubstātialis: ⁊ est panis supflu⁹. Pa
nis substātialis est victus tenuis sufficiens ad corporalis
vite sustentaionem vt nō deficiat tm̄. Qui ideo substātia/
lis dicit: q: ad substantie cōseruationem necessarius est et
requirit. Panis supsubstantialis est quo corporalis vita
cōseruat/cū bona corporis mēbrorū ⁊ viriū valitudine: que
sufficit ad opationū ꝑsone incūbentiū ordinatā executio/
nem. Panis supfluus est qui preter predicta voluptates
multiplicat: ⁊ sensuales delectationes parit: q̄ nō ad finē
hois que est aie salus ꝓmouet: magis aūt impedit. Pro
primis duob⁹ panib⁹: hoc est substantiali ⁊ supsubstantiali
petimus. Pro tertio nullaten⁹ licite orare possum⁹. Ita tm̄
panem nobis dari petam⁹ a dño: vt in eis finem nō pona/
mus: sed ea petere debem⁹ tanq̄ quedā adminicula: quib⁹
ad finem qui est btitudo aie adiuuemur. Cū em̄ vita nr̄a
tpalis: ad acquirendū eternā ordinata est: intantū hui⁹ vi/
te nobis querenda sunt necessaria: inquantū ad hūc finē₃
cōferūt ⁊ cōducunt. Hinc btūs Aug. ad probā: Sufficien/
tiā vite nō indecenter vult quicūq₃ eā vult ⁊ nō amplius:
que nō appetit ꝓpter semetipsam: sed ꝓpter salutem cor/
poris: ⁊ ꝓpter cōgruentem habitū ꝑsone hois: vt nō sit in/
conueniens cū quibus viuendū est. Illa ergo cū habent/
teneant: cum nō habent/orandū est vt habeant. De hoc
etiā Alexan. par. iiij. q. xxxvij. ait. Panis corporalis nō est
petendus: vt illud qđ principaliter intendit obtineri ora/
tione ista: sed vt adminiculū illi quod principaliter postu/
latur. Petitur em̄ panis materialis ad sustentandum cor
pus: ne succūbat in exercitio opationū iusticie: sed coope/
retur spiritui: vt assequatur quod intēdit. vnde petitur vt
adiectum: non vt principaliter intentum. Hinc glo. Luce
xj. Quia etsi panis materialis hic petatur: non petitur vt
primo ⁊ principaliter intentum ⁊ petendum: sed vt adie/
ctum ⁊ posterius intentum. J

Nostrum.

Nostrū dicim⁹ ⁊ non meū: vt nemo
sibi tpalia pro sua dūtaxat vtilitate
appropriet: sed ea q̄ a deo ꝑcipim⁹ alijs prout indigētia ⁊
necessitas expostulat: impertiamur. vñ dicit Chrys. Oia q̄
nobis orantib⁹ dñs dat: siue militantib⁹: non nobis solum
dat: sed ⁊ alijs ꝑ nos: vt de eo qđ ꝑcipim⁹ a deo: partem im
potentibus faciam⁹. Ite₃ sicut natura cibum ꝑ stomachū
assumptū cōmunicat oibus membris: sic ⁊ nos qui multa
membra sum⁹ vnius corporis mystici: debem⁹ petere hunc
panem: nō solū pro nobis petētib⁹: sed pro oibus nobiscū
participantib⁹. Scđo dicim⁹ nostrū: vt nemo aliena bona
sibi vt sua vsurpet. de quo Chrys. Qui de iusticia panē ac/
quisitū manducat: suū panem manducat. qui aūt cū pctō/
alienū. ſm hoc igit petim⁹ panem nostrū. i. panem siue vi/
ctum cū iusticia acquirere: ⁊ nō cū peccato ⁊ iniusticia pa/
nem cuiuscūq₃ vsurpare. Tertio dicit nostrū: nō tuū: q̄uis
panis illius sit qui daturus est eū: q: etsi dei est dñio ⁊ pro/
prietate: tamen noster est ex ei⁹ munere. Item noster refe/
ctione ⁊ causalitate. Nostrā em̄ indigentiā cōmemoram⁹
vt humiliemur. Nos quoq₃ sumus ꝓpter quos panis ille:
nedū corporalis: sed ⁊ sacramentalis ⁊ spūalis ac doctri/
nalis parat⁹ est: ac ministrat sub rōne panis. hoc est in quā/
tum est reparatiu⁹ indigentie. Lic₃ ergo dei sit ꝓprietate:
noster est vtilitate ac finis causalitate. Sic ergo oram⁹ deū
vt nobis de sua benignitate panem tribuat: qui noster sit
ex eius panis sc₃ acceptione: vtilitate: ⁊ refectione. i. ad no
strā vtilitatem ⁊ refectionem. vt vult Alexā. de ales. Dicit
⁊ nostrū quarto: vt nemo ꝓ se solo: sed etiā pro alijs oret.
Unde btūs Cypria. lib. de oratione dñica: non longe post
principiū. Ante oia inquit/pacis doctor: vnitatis magister
singillatim noluit ⁊ priuatim precem fieri: vt quis cū pre/
catur: pro se tm̄ precetur. Non dicimus pater meus qui in
celis es. Nec panem meum da mihi hodie: nec dimitti sibi
tm̄ vnusquisq₃ delicta postulat. Aut vt in tentationem nō
inducatur: atq₃ a malo liberetur ꝓ se solo rogat. publica
est nobis ⁊ cōmunis oratio. Et quādo oram⁹ nō pro vno:
sed pro populo toto oramus: quia totus populus vnū su/
mus. Deus pacis/⁊ concordie magister/qui docuit vnita/
tem: sic orare vnū pro oibus voluit: quo modo in vno oēs
ipse portauit. Hec ille. Sequitur. L:

Quotidianū.

Loco huius nois quotidia
nū: qđ Lu. ponit. c. xj. Mat
theus posuit supsubstantialem. Sed cum eccl'ia in orone
dñica in oibus alijs sequit verba matth. euāgelistę: cur in
hoc verbo mutauit nomē supsubstantiale in quotidianū?
Rñdet hic Alex. primo ꝓpter hoc q: q̄d sit supsubstantia/
le pauci intelligūt: q̄d quotidianū a multis capit. Cū aūt
Matth. orationē dñicā scripsit vt ꝑfectis cōueniebat. Lu
cas vt ꝑfectis ⁊ imꝑfectis. Ideo vt oēs capere possent ora
tionem dñicam: q̄ ab oibus dici debet: eccl'ia decreuit loco
supsubstātiale poni debere quotidianū. Scđo q: genera/
lius exprimunt petenda ꝑ nomen quotidianū: q̄ ꝑ nomē
supsubstantiale. Nā accipiēdo ꝓprijssime supsubstantiale
importat panē sacramētalē/sc₃ christū. Nā ille vere ⁊ pro/
prie sup oēs substantias est: qui qm̄ panis noster esse di/
gnatus est: ꝓprie dicit panis supsubstantialis. Quotidia
nū vo cōtinet ⁊ panem quotidie sumendū: siue sit corpo/
ralis: siue spūalis: siue doctrinalis: siue sacramētalis. Ue/
rūtamen pro eodē accipit supsubstantialē et quotidianū:
⁊ idem sunt. Uñ Dam. Panem nostrū supsubstantialem
da nobis hodie: hoc est panem nostrū quotidianū. Simi/
liter Matth. vj. glo. supsubstantialem vel quotidianum.

Exponit͂ aũt supsubale dupl͠r. Uno mõ vt sunt due dictio-
nes. Alio vt est vnica. Primo mõ ꝓprie de xp̃o exponit͂ vt
dictũ est. Supsubstantialẽ .i. christũ qui sup oẽs subas est.
Scḋo mõ tã de christo q̃ de pane materiali: vt sit sensus.
Panẽ nostrũ supsubstãtialẽ da no. ho. idest petim⁹ vt sup
panẽ nostre sustẽtationi necessariũ: des nobis ⁊ panem sa-
cramentalẽ: ⁊ victũ necessariũ additũ ad substãtie susten-
tationẽ. hoc est. Da nobis vtrũq; panem: mẽtis ⁊ corporis
Quõ aũt panis supsubstantialis differat a pane substan-
tiali ⁊ pane supfluo. statim .s. dictũ est. Oramus aũt ꝑ pa-
ne quotidiano ſm ecclesie ordinationẽ .i. pro pane quoti-
die nobis necessario. Hunc aũt panem quotidianũ docet
nos petere christ⁹ ſm Chrys. vt luxuriosos cibos cõpesce-
ret. Ut disceremus manducare quantũ naturalis ratio exi-
git: nõ quantũ carnalis lascivia impellit. Si eñ tu pro la-
scivia in vno cõuiuio tantũ expendis: quãtũ sufficere põt:
verbi grã centũ hoĩbus moderate viuentib⁹: aut tibiipsi
centũ dieb⁹ disciplinate viuenti: iam quotidianũ cibũ non
manducas: sed multoꝝ dierũ. Neq; tñ sic mandauit deus
orare panẽ quotidianũ nobis donari quasi illicitũ iudica-
uerit hoĩez christianũ plus habere q̃ panem quotidianũ.
Oram⁹ ⁊ scḋo nobis dari pa. quoti. ex christi istituto: vt sic
doceremur solicitudinem de tp̃alib⁹ abijcere: qm̃ hec dum
mentem imbuerit: de spũalib⁹ ⁊ diuinis vix cogitare ꝑmit-
Mat. vj tit. Hanc vt a cordib⁹ suoꝝ dñs discipuloꝝ auelleret: nolite
dixit esse soliciti in crastinum. Et hic nos orare docuit: et
petere panem quotidianũ. Sed ↄtra hoc arguit be. Aug.
in de ser. dñi in mõte di. Cur oram⁹ pro his adipiscendis q̄
huic vite sunt necessaria: veluti est victus ⁊ vestimentũ: cũ
ipse dñs dicit: Nolite soliciti esse q̄d manducetis vel quid
induamini? An põt quisq̃ de ea re nõ solicitus esse: ꝑ qua
adipiscenda cũ tanta attentione animi oratio dirigenda
sit: vt ad hoc totũ illud referat͂ qḋ de claudẽdis cubiculis
dictũ est? Per hoc innuit Aug. q̃ si panis petit͂ in oratione
dñica/ cũ solicitudine petit͂: q: tanta diligentia (de qua dr̃
Mat. vj Cũ oraueris intra in cubiculũ tuũ ⁊c.) nõ põt esse sine so-
licitudine. Item sup illud: Querite primũ regnuz dei ⁊c.
Et hec oia adijcient͂ vobis. hec oia vtenda invia. Nõ inq̄t
Aug. querite primũ regnũ dei: deinde ista querite: sed hec
oia inquit apponent͂ vobis: scilz etiã nõ querentib⁹. Quõ
aũt recte dicat͂ nõ querere aliquis: qḋ vt accipiat intentis-
sime deũ deprecat͂: nescio vtrũ inueniri queat. Per hoc vi-
detur velle Aug. q̃ panis corporalis: vel aliud tp̃ale non
sit petendũ in oratione dñica. ℂ L Ad illa dicendũ: q̃
in verbis allegatis solicitudinem prohibentib⁹: nõ prohi-
betur ois solicitudo: sed solicitudo immoderata. Nam q̃
moderata solicitudo concedat͂: innuit͂ in hoc q̃ nõ docuit
nos dñs orare: panem nostrũ hodiernũ da nobis hodie.
quasi sua esset intentio vt peteremus panem vnius diei so-
lum in omni solicitudine ꝓuisiua pro futuro: sed vt petere-
mus panem multoꝝ dierũ sibi inuicem succedentiũ q̄ suc-
cessio dicit͂ quotidianũ. Nõ ergo prohibet͂ moderata ⁊ op-
portuna curatio ⁊ cogitatio de crastino: sicut aliqui erran-
tes docuerũt: sed immoderata. Est aũt solicitudo imode-
rata tripliciter. Quia vel est supflua: anxia: finalis querẽ-
di causa. Supflua est/ que impedit animũ a spiritualibus
querendis. vnde ⁊ Beda sup verbo allegato. Solicitudi-
nem illã amputandã docuit: ob quã spũalia negligunt͂ et
postponunt͂. Item supflua est solicitudo/ que est in multa
futura tp̃a: quasi semp victuri essemus: ⁊ locũ manentem
hic haberem⁹: ⁊ nõ magis futurũ inquirere deberem⁹. De
quo btũs Cypria. Qui christi cepit eẽ discipulus: ſm vocẽ
magistri sui renũcians oĩbus/ diurnũ cibum debet petere:
nec in longũ desideria petitionis sue extendere. Et sequit͂
Quia contrariũ sibi fit ⁊ repugnans vt queram⁹ in seculo
diu viuere: qui petim⁹ regnuz dei velociter aduenire. Un-
de ⁊ diuitem stultũ seculares copias cogitantem ⁊ se exu-
berantiũ fructuum largitate iactantem: redarguit dñs di-
cens: Stulte hac nocte expostulat͂ aĩa tua: que ergo para-
sti cuius erunt? Letabat͂ stultus in fructibus/ nocte mori-
turus: ⁊ cui vita iam deerat: victus abũdantiã cogitabat.
Solicitudo anxia est que diffidentiaz habet de largitate
diuine prouisionis. Hec est in auaris diuitib⁹: qui semp ti-
ment deficere: ideo nõ cessant cum cordis anxietate ⁊ par-
ta tueri: ⁊ supfluas ꝓuisiões facere: ac diuitias diuitijs cu-
mulare in preiudiciũ pauperũ: ⁊ crebro in proprie salutis
detrimentũ: quasi deo nõ esset cura de suis. Cõtra quoꝝ
diffidentiam dicit btũs Cypria. Neq; deesse quotidian⁹ ci-
bus põt iusto: cũ scriptũ sit. Nõ occidit (al's affliget) dñs Prouer
fame animã iusti. Et iterũ. Junior fui ⁊ senui: ⁊ nõ vidi iu- bioꝝ. x.
stũ derelictũ: nec semen eius querens panem. Item cum ps̄. xxxvj
dñs ꝑmittat ⁊ dicat. Nolite cogitare dicẽtes: quid edem⁹ Mat. vj
aut quid bibem⁹ aut quo vestiemur? Hec eñ natiões que-
runt. Scit aũt pater vester q: his oĩbus indigetis. Queri-
te primũ regnũ ⁊ iusticiam dei ⁊ hec oia apponent͂ vobis
Querentibus regnũ ⁊ iusticiam dei oia ꝓmittit apponi.
Nam cum sint dei omnia: habenti dñm nihil deerit: si deo
ipse nõ desit. Sic daniell in leonũ lacu iussu regis incluso: Daniel.
prandiũ diuinitus procurat͂: ⁊ inter feras esuriẽtes ⁊ par- vltimo.
centes homo dei pascitur. Sic helias in fuga ⁊ solitudine iij. Reg.
coruis ministrantibus: ⁊ volucribus sibi cibũ apportanti- xvij.
bus in ꝑsecutione nutritur. Et exclamãs addit. O huma-
ne malicie detestanda crudelitas. Fere parcunt: aues pa-
scunt: hoĩes insidiant͂ ⁊ seuiũt. Hec Cyprian⁹. Simile de
sancto paulo primo eremita btũs hieronymus in eius vi-
ta testatur. Et huiuscemodi plurima in ꝓbatissimis legun-
tur historijs. Solicitudo principalis q̄ est rei alicui⁹ vt cau-
se finalis: hec est q̄ habet͂ de aliquo tanq̃ principaliter in-
tento: propter qḋ alia intendunt͂: ⁊ ipm̃ tanq̃ finis inten-
ditur: in quo adepto is q̄ intendit quietat͂. nec id in aliud
magis cõcupiscendũ ordinat͂: quã habẽt de cibo ⁊ tp̃alib⁹
hoĩes voluptuosi: ⁊ pecudũ vitã eligentes: vt dicit phs. j.
Ethi. c. iij. Similes sardanapalo assyrioꝝ regi: qui vitam
egit in voluptatib⁹ ⁊ sensualib⁹ delectationib⁹ presentib⁹:
nõ querens aliũ finem: similiter bestijs. ℂ M Hanc igi-
tur triplicem malam solicitudinem ⁊ curã de crastino dñs
a suis fidelib⁹ hic excludere voluit: cũ nos quotidianũ pa-
nem petere docuit. Nõ solicitudinem ordinate ꝓuidentie.
Siquidẽ licitũ est fidelib⁹ curã pro futuris cuꝫ ꝓuidentia
gerere: vt tp̃e abũdantie rerũ ꝓuisionẽ in ipsis faciant pro
alio tp̃e: ne ob defectũ eorũdem: defectũ vite necessarioꝝ
patiant͂. Sic ioseph ꝓuisor egypti laudabiliter fecisse legi-
tur Geñ. xli. dum in annis fertilib⁹ fructus ad corporalis
vite sustentationẽ necessarios industriose cõseruauit: quo
ppl̃m egypti a superuentura ⁊ dira famis necessitate: q̃ pre-
mebat ceteros: preseruauit. Neq; hec superflua solicitudo
dicenda est: sed industria ⁊ prudentia ꝓuisiua. Hoc eñ est
de rõne animalis rõnalis: qḋ naturaliter arte ⁊ ꝓuidẽtia
viuere debet. Unde Seneca in libello de quatuor virtuti-
bus. Si prudens esse cupis inquit/ in futurũ ꝓspectũ intẽ-
de: ⁊ que possunt cõtingere aĩo tuo prepone. Et btũs Au-
gu. in sermone dñi in monte. Cũ viderim⁹ aliquem seruũ
dei ꝓuidere: ne hui⁹ vite necessaria sibi desint: aut his qui-
bus cura sibi cõmissa est: vehementer cauendũ est/ vt non
iudicem⁹ eũ de crastino solicitũ esse. Nam ⁊ ipse dñs pro-
pter exemplũ ne quis postea scandalum pateret͂: cum ali-
quez seruũ dei aduerteret ista necessaria ꝓcurare: loculos
habere dignatus est. Et in actib⁹ aploꝝ scriptũ est, ea que Act. xj.
ad victũ sunt necessaria ꝓcurata esse in futurũ ꝓpter imi-
nentem famẽ. Hinc prudentissim⁹ salomon hui⁹ prouisiue
prudentie detestans in hoĩb⁹ defectũ: remittit pigros cõ-
tra humani status cõditionem improuidos ad aĩalia irra-
tionalia: vt discant ab eis prudentiã ⁊ rõnalem industriã
de crastino ꝓuide cogitare. Ait eñ Prouerb. vj. Uade ad
formicã o piger: ⁊ ↄsidera vias ei⁹ ⁊ disce sapientiã: Que
cũ nõ habeat ducẽ: nec preceptorez: nec principem: parat
in estate cibũ sibi: ⁊ cõgregat in messe qḋ comedat in hye-
me. Et ꝑ hoc patet q̄ solicitudo sit christiano prohibita:
que concessa. ℂ Sed hic instat Chryso. Uidentur hec ver-
ba sonare prima facie: vt qui dicunt: Panem nostrũ quoti

dianū da no. ho. q̄ñ nihil habeant in crastinū: aut post cra
stinum. Vō ñ habēt pparatum in crastinuʒ: aut in quinqʒ
aut decē dies: quomō pñt dicere: Panē nostrū q̄tidianum
da nobis hodie: Illud nāqʒ petit qð nō habet. Vō iā pos
sidet vt q̄d adhuc requirit. Vō ñ ita est: oratio aut paucis
aut nullis conuenire pōt. Quis em̄ ita fidelis: vt cū possit
amplius habere: tm̄ amplius sibi nō seruat q̄ panē quotidia
num? Quotidianos victus fortaē petere solis conueniebat
apl̄is: q̄ docēdi gr̄a p singulas ciuitates oī tēpore vagabā
tur: et ipsa vagatio amplius q̄tidiano victu possidere nō po
terat. Respondet: Ita debemus aptare christi doctrinam
vt oēs in ea pficiant: ne forte cōmunis medicina iusticie: q̄
ad salutē oīm est pparata: dū aut paucis/aut nullis pdes
set: inueniret supflua. Intelligendū igit est q: nō solū ora
mus deū panē quotidianū dare vt māducemus: sed vt quē
manducamus/de manu dñi accipiamus. Habere q̄dē ad mā
ducandū cōmune est iustis et iniustis: et frequenter habent
amplius pctōres qð manducent/q̄ iusti. De manu autem
dei accipere tm̄ est iustorū. Preparare igit et puidere nō ve
tant hec verba: tamen cū peccato pparare vetant. Nā qui
cum iusticia preparat: illi deus dat panem quē manducat:
qui cum peccato preparat: illi non deus dat: sed diabolus.
Nam q̄uis omnia a deo creant: non tamē oia a deo mini
strātur. Habentes igitur panem paratū apud se: qui ipsis
sufficit in plurimos dies: adhuc petere habēt panem quo
tidianū: vt sic panem quem dedit dominus possessiue, etiā
det vsiue: vt scilicet ipsi ex benignitate eius bene vtantur
pane concesso: deo ad laudem et sibi ad corporis animeqʒ
salutem. Difficillimū enim est homini exteriora iuste pos
sidere: recte dispensare: et eis bene vti ad dei laudē: et ad p
priam/ac aliorum vtilitatem et salutem. Ad hoc enim indi
get homo maiori dei auxilio/q̄ vt talia acquirat: ideo ne
cesse est vt etiam abundans in temporalibus a domino pe
Ad phi lip. iiij. tat panem quotidianū: quē habet in possessione: sibi dari
vsu conueniente: vt cum Apostolo sibi donetur/scire abū
dare et satiari et esurire et penuriam pati. Nec paruipēden
dum est scire abundare. Nam vt dicit glosa ad Philip. iiij.
Qui acceptis rebus nō extollitur: qui eas ad vsum vane
glorie non intorquet: qui solus nō possidet quod accepit:
sed cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abunda
re. Qui acceptis alimentis nō ad vegetationem ventris
vtitur: sed ad preparationē virtutis: nec plus carni tribuit
q̄ necessitas petit: scit satiari. Qui alimētorū inopiam sine
murmuratione tolerat: nec pro necessitate victus agit ali
quid vnde anima peccati laqueū incurrat: scit esurire. Hec
Glo. Unde ne diabolus per cibū et potum nos in gula tē
tet immoderato eorum sumptu: petimus a deo/ vt det no
bis moderatum/ et salubrem vsum eorū: et que nunc habe
mus et que habituri sumus. Ideo cōmendabilis est deuo
torum fidelium consuetudo: priusq̄ comedant deū orare:
vt panē et reliquū cibū eis sanctificet. Sanctificatur enim
cibus p verbū dei et orationē. j. Timoth. iiij. vbi glo. Scūs
fit cibus et salubris nō nociuus aīe vel corpori. Uerbū sctificat:
oratio impetrat: diabolus vero p cibū tētat. Sequit. ¶ N
Da. scilicet tu pater celestis: qui das escā omni carni:
Qui aperis manū tuam: et imples omne aīal be
nedictione. Da liberaliter: quia tu es deus vniuersorū: qm̄
tui sunt celi: et tua est terra/ et omnis plenitudo eius. Da nō
vende: quia nihil habemus quo a te emamus qð a te non
j. cor. iiij. accepimus. Quid habes dicit apostolus/qð non accepisti?
Da non mutua: q: nō inuenimus preter tua dona quod re
stituamus. Da igitur simpliciter gratiose: sine spe lucri/p
cij/aut muneris: q: bonorū nostrorū nō indiges. Ex hoc au
tē elicit/q̄ nō solū bonorū spūaliū est largitor: sed et bonorū
tēporaliū distributor. Hec em̄ ab illo petere christus nos do
cuit: p quod cōfutat error quorundā gētiliū putantiū pui
sionē bonorū tēporaliū ad diuersos deos ptinere: q̄s intui
tu tpalis pperitatis et affluētie colēdos astruebāt. Seq̄tur.
Nobis qui sumus tui filij: ea propter te patrē vt tri
buas interpellamus; et nobis a te donari
petimus: q: et nobis ipm habere nō possumus. Dicit etiā
nobis pluraliter: et non mihi: eadē ratione qua dictum est:
non pater meus: sed pater noster: et qua petimus: panem nō
meū/sed nostrum: vt statim supradictū est. Ut nō p nobis
tm̄: sed etiā pro pximis panē quotidianū a cōi patre oim
postulemus. Unde pater etiā diuites hoc respectu quātūcūqʒ
abundēt panibus: recte petere panē dari nobis: qm̄ etsi ipsi
nō indigeant: sunt tm̄ pauperes plurimi q̄ egent panibus
p q̄bus oibus petēdū est/vt panem recipiant quotidianū.
Hodie Cum pmissum sit quotidianū: cur addit
hodie? Nā in verbo quotidianum/includi
tur verbū hodie. Dū enim petit dari panē quotidianū/pe
titur dari hodiernum: et ita hodie et cras et cōsequēter. Re
spōdet Alexā. de ales. parte. iiij. q. xxxvij. Nō supflue appo
nitur hodie: q: licet panis quotidianus cōprehendat hodi
ernū: nō tamē petēdo panem quotidianū nobis dari: peti
mus hodie nobis dari. Hodie em̄ tps determinat: seu quā
do ipsius dādi: qð non exprimit (quotidianū) sed magis
qualitatē: siue substātiā rei dāde. Unde sensus est: Da no
bis panē quotidianū: id est da nobis panē qui est q̄tidianus
id est quo quotidie debemus refici: panē scʒ necessarie et fru
galis refectionis: nō lasciuie et supfluitatis. Hodie vero tē
pus exprimit quo id dari petimus: quo fm Chrys. innuit.
vt non solicitudine grauemur. Unde ait: Pro pane iussit
solū orationē facere: et pro pane quotidiano: vt non solici
ti simus p crastino: et neqʒ hoc sufficit verbo: sed et aliud
post hoc apposuit dicēs: Da nobis hodie: vt nō cōteramus
nosipsos solicitudine superuenientis diei. Cuius em̄ diei spa
ciū te visurū nescis: quā ob causam in illius solicitudine tor
queris? Uel etiā hodie. i. omni hora et toto tempore vite: vt
dicit Aug. ad Probam. Quō etiā loquitur Aplūs in epla Heb. iiij.
ad Heb. dicēs. Hodie si vocē eius audieritis: idest toto tēpo
re vite: quod nō est nisi vnū hodie/scʒ vnus dies: scʒ iuuē
tutis et senectutis: iuxta illud Gen. Factum est vespere et Gen. j.
mane dies vnus: Mane scʒ iuuētutis: et vespere senectutis
Sunt et alie cause cur apponitur hodie/allegorice et mora
les: de q̄bus postea dicet. Unde ex oibus premissis elicit
talis sensus huius petitionis quātum ad panē materialem
Panē nostrū quotidianuʒ da nobis hodie: id est tu pater
celestis da nobis panē: id est bona tpalia p huius morta
lis vite cursu necessaria: et ea mēsura/eoqʒ vtēdi modo/q̄
bus nobis vtilia sunt: et ad vitā immortalē quo tēdimus p
futura. Hec de prima panis acceptione. ¶ O Sed circa
expositionē q̄ noie panis intelligit totū qð ptinet ad hūa
num victū: Dubitat: vtrū q̄s recta ratione possit a deo pe
tere diuitias tpales. Vð nō/videt: q: qð christus docuit cō
tēnere: nō recte a deo pōt peti. Christus aūt docuit diuitias
cōtēnere exēplo et verbo. Fuit em̄ in psona pauperrimus: ita Math
vt elemosynā reciperet: dicēte Math. Mulieres multe xxvij.
sequebant illū: et de facultatibus suis ei ministrabāt. Fuit tā Lu. viij.
te paupertatis q̄ proprio careret hospitio: ipso attestāte
Luc. ix. Uulpes foueas habent: et volucres celi nidos: fili
us aūt hois non habet vbi caput suum reclinet. Sup quo
Hiero. in persona christi: Quid me pter diuitias et lucra
seculi sequi cupis: cum nec hospitiū habeam et tecto vtor
non meo? Idipsum verbo docuit: cum suis discipulis cha
rissimis possessionē auri et argēti interdixit: Nolite inquit/ Mat. x.
possidere aurū nec argētū: neqʒ pecuniā in zonis vris. Et Lu. xiiij.
iterū: Nisi quis renūciauerit oibus q̄ possidet: nō pōt meus
esse discipulus. Item: Facilius est camelū p foramē acus trāsi
re q̄ diuitē i regnū celorū. Math. xix. et alia in multis alijs
passibus a christo dicta legunt. ¶ Oppositū videt: q: qð li
cet possidere sine dei offensione: licet etiā a deo petere. Di
uitias aūt tpales possidere licitū est: vt ptʒ in exēplis plu
ribus. Nā Iob plurimis diuitijs pollebat ouiū/camelorum
boū/asinorū et familie multe nimis: ita vt magnus eēt inter
oēs orientales. Cui tamē de iusticia/nō homo: nō angelus: sed
dñs ipe testimoniū phibuit. Sic abraā/Isaac/iacob/Da
uid et plurimi amici dei diuitias possederūt. ¶ P Pro
responsione aduertēdū/q̄ opes et diuitie dupliciter cōside

rari possunt. Uno modo quoad se. Alio modo quoad ap-
petitũ hominis. Primo modo res sunt quedã a deo cõdi-
te bone et non male. Bone bonitate naturali: de qua res
tantũ participat: quãtũ participat de entitate. Nam ens ꝛ
Luce. xviij. bonũ cõuertunt. vnde Basilius sup illud: Uẽde oia q̃ ha
bes ꝛ da pauperib⁹. Nõ docet inquit/dominus facultates
vẽdere: eo ꝙ naturaliter sint praue: alias creature dei nõ
essent: nec eas docet abijcere tanq̃ malas: sz disponere mo-
nuit. Cõparando aũt diuitias ad appetitũ hominis/quã-
dã habẽt idifferẽtiã ad bonũ ꝛ ad malũ. hoc est ꝙ possunt
bene apperi ꝛ male. vñ Bern. li. de cõs. Aurũ ꝛ argentũ ꝛ
cetera hmõi quãtũ ad animi bonũ spectãt: nec bona sunt:
nec mala. Usus tamẽ eoꝝ bon⁹: abusus mal⁹. ¶ Ad idem
Chrys. Rez ait quedã bone: quedã male: q̃dã medie. Bo
ne sunt castitas: humilitas ꝛ cetere virtutes: quas cum hõ
elegit bon⁹ est. Mala sunt his bonis opposita: vt luxuria
supbia: q̃s cũ homo elegit malus fit. Medie sunt diuitie
q̃ qñq3 ad bonũ: qñq3 ad malũ ordinant̃ fm affectũ vtẽtiũ
Idẽ Origenes sup epistolã ad Rom. li. iiij. tractans illud
apli. Non solum aũt hoc sed et in tribulationib⁹ gl'iamur.
Oia dicit que sunt vel agunt̃: aut bona sunt: aut mala: aut
indifferẽtia. Bona illa certũ est pprie dici: que ad virtutes
animi pertinẽt: ꝛ mala sola ea q̃ ad maliciã ptinẽt: et cõtra
legẽ dei agunt̃. Cetera vero indifferentia esse. i. neq3 bona
neq3 mala nominanda: vt sunt diuitie: species corporis: ꝛ
fortitudo vel pceritas: atq3 ea que corporis vsib⁹ seruiũt.
sup lucã. Amb. Discãt diuites nõ in facultatib⁹ crimẽ haberi: sed in
his q̃b⁹ vti nesciũt. Nã diuitie vt sunt impedimẽta impro-
bis: ita bonis sunt adiumẽta virtutis. Itẽ beat⁹ Greg. Ui
dem⁹ quosdã diuites qui ꝛ opes ꝛ gloriã sine culpa habe-
re potuissent: si habere animi humilitatẽ voluissent. Ecce
diuitie et honores possunt sine culpa teneri: si sit hũilitas
animi. Et subdit: Sed nũc extollunt̃ reb⁹: inflant̃ honori-
bus: dedignant̃ ceteros q̃ sue vite fiduciã in ipsa abũdan
tia rerũ ponũt: qđ sine culpa nõ est. Itẽ Amb. sup lucã. In
pecuniaꝝ copijs pleraq3 sunt inuamina peccatoꝝ: pleraq3
incẽtiua virtutũ. Et infra. Nõ census: sed affect⁹ in crimine
est. Hiero. Diues cũ deposuerit sarcinã peccatoꝝ: ꝛ totius
corpis prauitatẽ intrare põt p angustã portã ꝛ arctã viã q̃
ducit ad vitã. Nõ dicit Hiero. cũ deposuerit diuitias: sz cũ
deposuerit sarcinã peccatoꝝ. Et beat⁹ Basili⁹. Cõdemnat̃
diues nõ q2 diuitias possidet: sz q2 eis abusus est. Preter
ea beat⁹ Aug. sup illud ps. Diuitie si affluãt nolite cor ap-
ponere. Non dicit inquit diuitias nolite habere: sz nolite
cor apponere. Non dãnat diuitias vnde meremur celũ: sz
cor appositũ: quod sz nõ expẽdit sed recõdit. Cui concor-
dat Chrys. Nõ phibet dñs ditari: sz opib⁹ famulari. Uult
eñi vt in necessarijs eis vtamur: non vt custodiam⁹. Nã fa-
muli est custodire eas: ꝛ dñi dispẽsare. ¶ Q Ex q̃b⁹ oi-
bus satis deducit̃: ꝙ diuitie non sunt de se praue: qm̃ pos-
sunt in bonũ vsum ordinari. Nec sunt de se bone: qm̃ appe
tit⁹ circa eas/põt deprauari. Cõtigit eñi ipsis bene vti. Cõ
tingit ꝛ eis male vti ꝛ vitiose. Contingit quẽ esse diuitẽ ꝛ
deo gratũ. Cõtingit ꝛ aliũ ab eodẽ ppter eaꝝ abusum eẽ
reprobatũ. Quõ aũt qñ ꝛ qualiter hoc cõtingat generali
regula definiri nõ põt quãtũ ad circũstãtias particulares
Potest tñ aliquaten⁹ colligi ex condicionib⁹ eoꝝ diuitũ: q̃
in scripturis sunt reprobati: ꝛ eoꝝ rursus qui in scripturis
sunt cõmẽdati. Legim⁹ Luc. xvj. de diuite epulone i infer-
no sepulto/quõ suis diuitijs abusus fit: q2 ad pompã ꝛ su
perbiã: q2 induebat̃ purpura ꝛ bysso. Ad lasciuiã ꝛ gulã: q2
epulabat̃ quotidie splẽdide. Ad philargyriã ꝛ auariciã: q2
tenaciter eas possedit: nec pauperi lazaro micas cadẽtes
desideranti impertit⁹ fuit. Legim⁹ etiã Luc. xij. ꝙ hominis
cuiusdã diuitis ager vberes fruct⁹ attulit: et cogitabat in-
tra se dicẽs. Quid faciã: qm̃ nõ habeo quo cõgregẽ fruct⁹
ei⁹: ꝛ dixit. Destruã horrea mea ꝛ maiora faciã: ꝛ illuc con-
gregabo omnia q̃ nata sunt mihi ꝛ bona mea: ꝛ dicam aie
mee: Aia mea habes multa bona reposita in annos pluri-
mos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autem illi deus

Stulte: hac nocte repetẽt animã tuã a te/scz demones: que
aũt parasti: cui⁹ erũt. Repetent ppter abusum diuitiarũ.
Abusus quippe fuerat in acquisitione cũ nimia solicitudi
ne: q2 cogitabat intra se/scz solicite. In retẽtione cũ nimio
eoꝝ amore: q2 dixit cõgregabo: cũ deberet dispergere. In
custodia cũ stulta fiducia: q2 dixit aie sue: nũc q̃esce: q2 hec
tibi sufficiũt: q2 nec alijs idiges. In mala intẽtionis ordina
tione: q2 ordinabat eas ad crapulã ꝛ carnis delicias: q2 di-
xit: cõede: bibe: epulare. ¶ Abusi sunt insup diuitijs q̃b⁹
dñs ve imprecat̃ di. Ue vobis diuitib⁹ qui habetis nũc cõ- Luc. vj.
solationẽ vestrã. Ue vobis q̃ saturati estis: q2 esurietis. Ue
vobis q̃ ridetis nunc: q2 lugebitis ꝛ flebitis. Beatitudinẽ
suã ꝛ mercedẽ suã in diuitijs ponẽtes. Deniq3 ꝛ illi de q̃b⁹
in sua canonica Jaco. v. Agite nũc diuites: plorate vlulã-
tes in miserijs vestris. ꝛ post. Epulati estis sup terrã: et in
luxurijs enutristis corda vestra. Itẽ illi de quib⁹ Amos p
pheta. c. vj. Ue vobis qui opulẽti estis in sion: ꝛ confiditis
in mõte samarie: Qui dormitis in lectis eburneis: ꝛ lasci-
uitis in stratis vestris: spẽ scilicet suã in eis ponẽtes: ꝛ oẽs
per eas carnis sue cõcupiscẽtias cõsummãtes. Sic e diuer
so legimus nõnullos diuitias laudabiliter possedisse: eas
virtuose in vsum proprium ꝛ aliorum necessitatem expen
disse. sicut abraam ysaac ꝛ iacob: quorum se specialiter do
min⁹ deũ dignatus est nominare: vt dicit apls ad Heb. xj.
Non confunditur deus eorum deus nominari. Sic enim
frequenter se nominauit. deus abraam: deus ysaac: deus
iacob. Sic ioseph cum quo dñs fuit in captiuitate: in serui
tute: ꝛ regno diues erat: ꝛ dominabatur in vniuersa terra
egypti. Genesis. xlv. Sic Job/Judith/Dauid/Ezechias/
Josias/ꝛ ceteri plures diuites a deo electi: ꝛ diuitijs suis
dominãtes: ad virtutũ exercitium eis vsi sunt. ¶ R In
nouo quoq3 testamento de pluribus legit̃. De Zacheo qui Lu. xix.
christũ hospitio suo recepit: a quo ꝛ singulariter meruit cõ
mendari. Itẽ De Cornelio de quo legit̃ Act. x. ꝙ erat vir
religiosus ꝛ timẽs deũ cũ omni domo sua/faciens eleemo
synas multas: ppter quod meruit angelica visitatiõe ho-
norari. Itẽ Joseph ab arimathia qui fuit diues/nobilis ꝛ
iustus. De quo dicit Raba. ꝙ magne dignitatis fuit apud
seculũ: sed maioris meriti apud deũ. Quia nõ erat diues
diuitiarum amore: sed tñ possessione: ideo non exclusus
a discipulatu christi: quis non pecunie amator: sed ipsius
liberalis ꝛ religiosus distributor. Similiter ꝛ de cõplurib⁹
alijs extra canonem in chronicis ꝛ probatis historijs legi-
tur: qui magnis diuitijs ornati/vitam laudabiliter finie-
runt. ¶ Ex quibus plane deducitur/ꝙ diuitie quandam
habent indifferentiam ad bonum ꝛ ad malum vsum: quo
rum vsus malus non est ex vitio diuitiarum: sed male vtẽ-
tium. Unde in premissis reprobis diuitib⁹ notatur in pri-
mis nimia solicitudo ꝛ auaricia in acquirendo: quam am
putari debere docuit saluator/dicens: Nolite soliciti esse
in crastinum: Considerate lilia agri ꝛc. Matthei. vj. capi.
Qui sic diuites fieri satagũt: incidunt (vt Apostolus ait)
in tentationem ꝛ in laqueum diaboli: et desideria multa
inutilia et nociua: que mergunt homines in interitum et
perditionem. Radix omnium maloꝝ est cupiditas: quã
quidam appetentes errauerunt a fide: et inseruerunt se
doloribus multis: tu vero homo dei hec fuge. j. Timoth.
vj. Incidunt in laqueos diaboli: quia tanta cupiditate fe-
runtur in habendas diuitias/vt iusticie metas non atten
dant. Nullum enim est iusticie in illo corde vestigium: in
quo auaricia sibi fecit habitaculum: vt inquit Leo papa.
Hinc tam crudelis in cordibus auari cupiditas: per fas
et nefas: per furta et rapinas: per dolos et fraudes: pau-
perum oppressiones et vsuras vndecumq3 diuitias accu-
mulans: in quo nec patrem filius: nec fratrem vterinus:
nec conciuem vicinus circumuenire dubitat. Sed nec do-
minum: nec seipsum attendit: quominus sacrilega auidita
te vsq3 ad beneficiorum: dignitatum: prelaturarum plura
litatem dãnabilem/se extendat: in diuini cultus diminutio
nem: cõmissoꝝ negligẽtiã: sumptus ac plurimoꝝ irrepara

bile periculum animarum. Ab hac cupiditate liber fuit' di
ues ille abraam: in cuius sinū sublat⁹ est pauper: vt testat
Aug. sup illud Ps. Quid gloriaris in malicia. Lege inqr
scripturas ꝛ inuenies diuitē abraā: vt noscas q: diuitie nō
puniunt. Abraā diues erat ꝛ in ei⁹ sinū lazarus paup sub-
latus est. In sinū diuitis paup recipit: an poti⁹ ambo deo
diuites: amb o cupiditate pauperes. ⁋ Notat secūdo in p
ditis diuitijs nimia tenacitas in retinēdo. Cōtra quā chri
Matth. xxv. stus docuit dare eleemosynā: pascere esurientē: potare si-
tientē. Vñ cōtra hos tenaces damabit in iudicio: Esuriui
ꝛ nō dedistis mihi mādVcare: sitiui ꝛ non dedistis mihi bi-
bere. ⁋ Tertio notatur in his nimius amor in possidēdo:
Lu. xiiij. quē dānat christus, dicēs: Nisi qs renūciauerit oib⁹ q̄ pos-
sidet: nō potest meus esse discipulus. Et ppheta: Diuitie
si affluāt: nolite cor apponere. Et Eccl. x. Nihil iniquius q̄
Ps. li. amare pecuniā. ⁋ Quarto notat nimia spes in cōfidēdo
quā dānat ppheta, dicēs: Ecce homo q̄ nō posuit deū ad-
iutorē suum: sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū.
⁋ Quinto notat fastus et pompa in supbiendo: quā dā-
nat Apls dicēs: Diuitib⁹ hui⁹ seculi pcipe nō sublime sape
re: neq; sperare in incerto diuitiarū. j. Tim. vj. ⁋ Sexto ni
mia gulositas in exponendo: quā damnat christ⁹ Luc. xxj.
Attēdite vobis ne forte grauent corda vestra: in crapula
ꝛ ebrietate, ꝛ cura hui⁹ vite: ꝛ supueniat in vos repentina
dies illa. ⁋ Hec oia mala in diuitib⁹ qs dānat scriptura:
sunt reperta: pPter qđ dixit christ⁹: Difficile est diuitē intra
re regnū celoꝝ. Matth. xix. ⁋ S In alijs vero diuitib⁹
quos scriptura nō dānat: illoꝝ maloꝝ cōtraria extiterunt
scʒ acq̄sitio iusta sine cupiditate ꝛ auaricia: decēs status si
ne pompa: possessio sine dilectiōe feruida: affectio sine fi-
ducia: detētio in vtendo tēperata: in subueniendo pietas
larga. Vbi ista mala desunt: et cōtraria bona adsunt: nulla
est iniq̄tas in diuitijs: neq; in earū acq̄sitione vsu aut pos
sessione. Vñ de pmo dicit btūs Aug. sup Ps. lj. Dñs in di-
uite non pecuniā: sed auariciā cōdēnauit. Et sup eplam. j.
ad Timoth. Profecto dñs in diuitijs cupiditatē rephēdit
nō facultatē. De secūdo dicit idē in quodā sermone: Tolle
superbiā: ꝛ diuitie nō nocebūt. De tertio dicit idē vt allega
tū est: Dñs nō dānat diuitias vnde meremur: sed cor appo
sitū p amorē. De quarto dicit Beda sup Lucā: Nō repre-
hendit diues q̄ terrā coluerit: vel fructus in horrea cōgre
gauerit: sed q̄ fiduciā vite in illis posuerit. De quito bea.
Hiero. in q̄dā epla: Nō obsunt diuiti opes: si eis bñ vtatur
nec pauperē egestas cōmēdabiliorem facit. De sexto dicit
beatus Greg. Et qs census ꝛ honoꝝ tēporaliū abūdātia
p tumorē nō eleuāt: sʒ misericordie opera exaltant. ⁋ Ex
his colligi pōt respōsio ad dubium: quō licitū est diuitias
appetere: ꝛ quō nō. Distingui etiā hic posset de cōditione
personaꝝ: vtrū sint psone ecclesiastice, siue seculares: vtrū
sint nobiles aut plebei. Rursus de varietate statuū: vtrū
psidentes ꝛ prelati: an simplices ꝛ gubernati: vtrū viri so
luti, an in matrimonio cōstituti. Hec aliqualē differētiā vi
dent facere. Unde breuiter quecūq; cuilibet sm statū suū
licet appetere: hec etiā possunt licite a dño postulari. Et p
hoc ad rationes in pncipio dubij motas. ⁋ T Ad primā
respōdetur q̄ diuitias fore cōtēnendas dupliciter potest
intelligi. Uno modo quātū ad interiorē affectionē. Alio
modo quātū ad exteriorē possessionē. Primo modo docu
it christ⁹ eas ab oib⁹ esse cōtēnēdas: vt scʒ nemo sic ad eas
afficiatur, vt obliuiscat dei: vt in ipsis spem ponat: beatitu
dinis finem statuat. Et sm hoc dixit: Nisi quis renūciaue-
rit omnib⁹ que possidet ꝛc. Unde dicit Beda: Differētia
est inter renūciare oibus: ꝛ omnia relinquere. Omniū fi-
deliū est renūciare oibus q̄ possident: hoc est sic tenere ea
q̄ mundi sunt: vt tamē p ea non teneant in mūdo: rem tem
poralē tenere in vsu: eterna in desiderio. Sic temporalia
minibus positū: sed separatū in vnum locū inuolutū. De/
inde deponitᷣ corporale de calice: ad signandū φ mulieri/
bus iesum q̄rētib⁹ sepulcrum patefactū est. Viderūt nāq̄
lapidem magnum valde reuolutum ab ostio monumenti
ministerio angeli de celo descendentis. Os quidem cali/
cis ostium significat monumenti. Sequitur: G

Per eundē dominum no/

strū iesum christum filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat in
vnitate spiritussancti de⁹. Per omnia secula seculoꝝ Amē.
❡ Hec est secūda pars partis tertie principalis toti⁹ cano
nis: in qua post preparationē populi ad sacrā cōmunionē
per orationem dñicam: eiusq̄ embolismū: incipit sacratis/
sima cōmunio ac dispensatio: qua ecclesia cōsequitᷣ tāti my
sterij vtilitatē ⁊ fructum. Et subdiuiditᷣ pars illa in tres par/
tes. In prima aptatur sacramentū cōmunioni p eius diui/
sionē. In secūda cōicaturi vniuntᷣ per pacis imperrationē
ibi. Pax dñi sit ⁊c. Tertio pcedit ad ipam sumptionē ibi.
Dñe iesu christe fili dei viui. ❡ Circa primū q: eucharistie
sumptio nō tm̄ sacerdoti celebrāti: sȝ toti pficit et fructifi/
cat ecclie: cui⁹ tres sunt partes seu stat⁹: vt statim dicetᷣ: iō
vt singulis partib⁹ pdesse ōndatᷣ: ipm sacramētū in tres p
tes diuiditᷣ sub hoꝝ platione verboꝝ: Per eūdē dñm no/
strū. Que verba licet sint conclusio pcedētis orōnis: q: tm̄
hic fit sacramēti diuisio: q̄ ptinet ad sacramēti cōīonē ⁊ dis/
pēsationē: iō magis i eis sequētis initiū sumitᷣ ptis Vñ ait:
Per eūdē dñm nrm iesum christū: cui⁹ sacrosanctū corp⁹
⁊ sanguinē cōtrectam⁹ venerabiliter in sacramēto statim
sumpturi: p quē vt p mediatorē ⁊ pōtificē bona oīa adipi/
Matth. scimur: ⁊ ab oibus malis liberamur: tanq̄ p dñm nostrū
xxviii. cui data est ptās in celo et in terra, Iesum .i. saluatorem
Mat. i. nostrū. Venit eñ vt saluū faceret ppl̄m suū a peccatis eo
ps. xliiij. rū. Christū pre oib⁹ suis consortib⁹ spūssancti oleo vnctū.
Filiū tuū naturalē et vnigenitū: cui paterna vox phibuit
Matth. testimoniū: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene
iij. ⁊ xvij. cōplacui. Qui tecum viuit in eternitate indefectibiliter:
Et regnat imperiose ⁊ potēter: In vnitate. idest idētitate
essentiali Spūssancti tertie in diuinis psone: qui amor est
⁊ nexus patris ⁊ filij: in quo amorose nectuntᷣ vt in cōmu
ni producto sibi cōsubstātiali deo. Et nō pcludit sacerdos
hāc orationē p verbū Amē: sed exaltās vocē dicit: Per oia
secula seculoꝝ .i. oim tēporū successiones veras vel imagi/
narias .i. eternaliter requirēs populi cōsensum in petitis:
vt dicit Alber. vt ipse populus: vel aliq̄s eius noīe dicat:
Amen .i. fiat nobis qd̄ petisti. Sub his verbis (vt dictum
est) fit hostie fractio: ideo primo de causa ⁊ mō fractiōis,
⁊ ei⁹ significatione aliq̄d dicem⁹: deinde de ipsa fractione
cui⁹ fit ⁊ in quo fiat. ❡ D Causaꝝ fractionis duplicē as/
signat dñs Alber. in de officio misse par. ij. Vna est signifi
cationis: altera necessitatis. Causa significationis vt par/
tes ecclesie: pro q̄bus offertur: figurentᷣ. Vnde vsus eccle
sie habet φ in tria frangatᷣ: quia pars corporis christi my/
stici in celis triumphat: ⁊ pro illa sacramētū offertᷣ ad lau/
dē ⁊ gratiarū actionē: q: illi iā beati sunt. Alia pars corpo
ris mystici in labore adhuc viuit: in fide cōuersans ⁊ meri/
to in terris: ⁊ p illa sacramentum offertur in pignus redē

ptionis. Tertia pars in purgatorio afflicta purgatᷣ: ⁊ p il/
la sacramētū offertᷣ in suppletionē pro afflictis. Isti sunt
tres panes quos nobis accōmodat amicus noster christ⁹
vt ponamus ante illū qui de via venit: amicū: primū scili
cet nostrū: qñ venit vel ad laudandū: vel ad p sua redem
ptione sacrificiū: aut p captiuis ⁊ afflictis supplicandum
De via eñ venit: quādo de negocio occupationis terreno
rū ad cultū dei se cōuertit. Necessitatis aūt causa frangitᷣ:
quia integrū sine periculo pter gutturis arctitudinem
a mulris nō sumeretᷣ. Hec Alber. in genere. De quib⁹ infra
dicetᷣ latius in specie. ❡ De modo autem frāgendi hoc pre/
misso: quoniā in modo frangendi ⁊ ceteris que sequuntur
nō idem modus p omnia in diuersis ecclesijs seruatᷣ: sȝ nō
nulla ex inoleta cōsuetudine variantᷣ. Ideo in pcessu vsq̄
in finē huius operis modū hunc prosequar: qui in metro/
poli nostra in insigni moguntinēsi ecclesia seruatᷣ: et in ei⁹
missalib⁹ cōtinetur. In hui⁹ eñ puincia alma nostra Tu/
bingensis vniuersitas: in qua hec vtcūq̄ collecta sunt: cō/
stituta dinoscitᷣ. Metropolitane eñ ecclie eiusq̄ cerimo/
nijs cetere ecclesie singule toti⁹ puincie fm canonicas pa/
trum sanctiones cōformare se habēt. Vnde in concilio ge
rūdensi ita statutū est: vt habetᷣ de conse. dist. ij. instituno.
Institutio missarū sicut in metropolitana ecclesia agitur:
ita in dei noīe in oib⁹ puinciis tā ipsi⁹ misse ordo φ psallē
di vel ministrādi cōsuetudo seruetᷣ. Sacerdos pcedēs ad
fractionē hostie ipam leuat de altari: sup patenā collocat
⁊ inde eā tollens super calicē p mediū frangit dicēs: Per
eundē dñm nostrū iesum christum. ⁊ partē que in dextera
mansit: sup patenā ponit. Partē vero q̄ in sinistra permā/
sit manu: iterū p mediū frangit dicens: Qui tecū viuit ⁊ re
gnat in vnitate spūssancti deus. Qua diuisa partē quā si/
nistra manu tenet: sup patenā ponit priori parti piungēs.
Alterā vero particulā in dextera manu remanentē, tenet
super calicē duobus digitis: pollice scȝ ⁊ indice: ⁊ erect⁹ pa
rū exaltans vocem dicit: Per oia secula seculoꝝ. Eleuans
modicum calicem cū particula quam tenet manu dextera
⁊ accepto responso a circumstantib⁹ dicit: Pax domini ⁊c.
❡ Horum quantū ad aliqua magister in rationali ponit
rationem. Primo hostia leuatur de altari ad significādū
φ christus fuit de terra ad crucem exaltatus: ⁊ mortem ibi
dē perpessus. Dehinc hostie frangende patena supponitᷣ
ad significādū φ christ⁹ ex latitudine charitatis: que p am
plitudinem patene significatur: sponte quaslibet passio/
nes sustinuit, p nullā aliā potentiā necessitat⁹: quas passio
nes fractio hostie representat. Inde hostia in manus acce
pta frangitᷣ: q: christus cōficiēs hoc sacramētū, panē i ma
nus accepit ⁊ fregit. rursus frangitᷣ in memoriā passionis
dñice. Hinc psper de cōse. dis. ij. dū frangitᷣ. Dū frāgitᷣ ho/
stia: dū sanguis de calice in ora fideliū funditᷣ: q̄d aliud φ
dñica corporis in cruce immolatio: eiusq̄ sanguinis de late
re effusio designatᷣ. ❡ Et nota φ aliud significat fractio: ⁊
aliud partes in q̄s fit fracte hostie diuisio. Nā fractio pas/
sionē dñi: partes eos p q̄b⁹ passus ⁊ quib⁹ sacrificiū illud
pficit: representāt. Frāgitᷣ aūt supra calicē pter reuerēti
am sacramēti: ne aliqua ei⁹ particula aliorsum psiliat. Sȝ
si qua ceciderit: in calice recipiatᷣ: ⁊ sic honorifice a celebrā
te sumatᷣ. Frangitᷣ preterea supra calicē ad significandū φ in
fractione, hoc est vulneratione corporis christi: sanguis q̄
in calice continetᷣ: ptinue fluxit de corpore. Hec de fractiōe
❡ I Sȝ de partib⁹ fractionis cōsiderādū φ frāgitᷣ ī du/
as medietates ad significādū duplicē pdestinatoꝝ statū:
quoꝝ vn⁹ est in eterna gl̄ia. Alt⁹ adhuc in tpali miseria scȝ
presentis scl̄i atq̄ ipi⁹ purgatorij: ideo q̄ ista medietas ho
stie q̄ nōdū beatos significat: subdiuiditᷣ in duas particu/
las: quaꝝ vna repsentat eos q̄ purgantᷣ i purgatorio: Alia
repsentat illos q̄ in hoc seculo adhuc viuūt. Harū medie/
tatū illa: q̄ in manu dextera tenebatᷣ: ⁊ supra patenā indi/
uisa collocabatᷣ: significat predestinatos q̄ iā adepti sunt
btitudinē ⁊ tenēt rectitudinē ac bōa potiora p dexterā signi
ficata q̄b⁹ nl̄la admisceri pt curuitas aduersitas vl̄ afflictio

sine pena. Et q; illorũ stat⁹ stabilis ꝛ vniformis est: et vna
beatitudine sine intermissione fruũtur: idcirco hec medie
tas manet indiuisa. Alia autẽ medietas manus sinistre/ di
uidit in duas partes ſm duplicẽ eorũ statũ quos represen
tant: q; illoꝝ: vt dictũ est: aliq̃ iã mundũ exierũt: ꝛ in purga
torio puniũtur: aliqui adhuc in corpe degũt: ꝛ mũdi pena
litatib⁹ affligunt. Haꝝ partiũ/ ea q̃ medietati hostie in pa
tena ex prima diuisione collocate ↄiungit: significat illos
q̃ sunt in purgatorio: q̃a respicit sinistra man⁹ dei. hↄ est dei
iusticiã: ſm quã ꝓ pctis in hoc mũdo nõ satisfactis puniũ
tur: ꝛ satispatiunt: vbi merẽdi remissionẽ pene ampli⁹ non
est loc⁹. Cõiungit aũt priori particule q̃ btõs significat: q;
existẽtes in purgatorio certitudinẽ habent de sua btitudi
ne cõsequẽda infallibilẽ: ideo ei particule iungit: q̃ beati
tudine adepta/ de eius certitudine inamissibili secure glo
riant: cui ꝛ ipsi pari securitate cõiungent. Quia vero p̃de
stinati in mundo existẽtes/ egẽt meritis passionis christi: q̃
illis adhuc viuentib⁹/ eorũq; actib⁹ pñt suffragari ad meri
tũ: idcirco particula manus dextre: que viuentes in hoc se
culo significat: calici immittit: ꝛ sanguini christi immiscet:
ad significãdũ q hũc fructũ effusiõis sanguinis christi cõ
sequi possunt. Tenet tñ duob⁹ digitis ante cõmixtionem/
pollice scꝫ ꝛ indice. Pollice vigor virtutis signat. Indice
discretio mẽtis intelligit. Datur igit ꝑ hoc intelligi q cum
fidei vigore/ ꝛ mẽtis discretione nos in mũdo viuẽtes in
ueri debem⁹/ q sanguis christi ꝓ statu isto fruct⁹ multos
si volum⁹ ferre põt. Hãc aũt particulã sacerdos tenẽs se eri
git: ꝛ eleuata voce/ Per oĩa secula seculoꝝ dicit. Primo se
Jaco. j. erigit: q; parat se cũ dño perpetuã petere pacẽ. Et q; oẽ da
tũ optimũ: ꝛ oẽ donũ ꝑfectũ desursum est descẽdens: Sur
sum se erigit/ sperãs desuꝑ exaudiri. Eleuat ꝛ calicẽ de al
tari/ ad ostẽdendũ q christ⁹ q̃ per passionẽ (q̃ ꝑ calicẽ desi
gnat) descẽdit ad inferos: ꝑ oĩpotentiã aũt pan is: imo ꝓ
pria potestate de tumulo a mortuis resurrexit. Pacem da
turus discipulis eleuat vocẽ: vt ppl's pacẽ desiderans/ in
telligat q sacerdos ꝓ pace petiturus est: dicit Amẽ id est
nobis sic donet. ¶ Alij aliter applicãt significationẽ par
tiũ hostie/ dicẽtes q hostia diuiditur in tres partes/ ſm q
sunt tres partes corporis christi mystici: hoc est ecclie ſm
suã generalitatẽ accepte. Est em̃ vna pars ecclie q̃ dr mili
tãs: ꝛ hec est numer⁹ fideliũ hic in mũdo peregrinantiũ: q̃
videlicet exercet miliciã aduersus carnẽ mundũ ꝛ diabolũ
Alia est pars ecclie q̃ ſm aliq̃s dicit dormiẽs: scꝫ numerus
eoꝝ q̃ in purgatorio puniunt. Et dr dormiẽs: q; nõdũ eter
nã btitudinẽ: ad quã p̃destinati sunt: sunt cõsecuti. Nec tñ
illi ibidẽ mereri possunt: ꝛ neq ꝑ demeritũ ab illa in eternũ
separabunt. Tertia pars ecclie dr triũphans: ꝛ est numer⁹
btõꝝ iã in celo gloriose triũphãtiũ. Et dicit triũphans: q;
aduersus inimicos christi miliciã strenue exercuerunt: ꝛ fi
naliter victoriose triũpharũt. ¶ In signũ triplicis huius
partis vniuersalis ecclie: hostia i tres partes diuidit. Pri
ma pars ſm illos q̃ sanguini i imittit: significat ecclam tri
umphãtẽ: q̃ iã inebriata est vino leticie: intuitione scꝫ diui
ne essentie ac amore ꝑfecto/ siue fruitione eiusdẽ. q̃b⁹ dicit
Cãtico. v. Inebriamini charissimi. Alie aũt due partes ec
clesie significant reliquis duabus partib⁹ hostie extra cali
cẽ: quarũ maior supposita minori in patena/ significat ec
clesiã militãtẽ: ꝛ minor innixa supposite/ significat ecclam
in purgatorio expectantẽ: illa em̃ innitit suffragijs milită
tis ecclie. Et ꝓ istis duab⁹ geminam⁹ p̃ces agno/ q̃ est ca
put ecclie: vt misereat nobis. Sꝫ ꝓ tertia parte/ ad cui⁹ lo
cũ ꝛ requiẽ aspiram⁹: petim⁹ vt idẽ agnus triplicis nature
donet nobis pacẽ. Hinc ꝛ christus tria illa loca ecclesie ſm
suã humanitatẽ: ſm quã est caput ecclesie: pagrauit. Prio
locũ nr̃e terre habitabilis. xxxiij. ãnis in iudea ꝛ hierl'm cõ
uersando. Scd'o limbũ in q̃ p̃res tenebant: ipsos ſm ani
mas inde extrahẽdo. Tertio ꝛ finaliter: ascẽdens in celum
captiuitatem quam post triumphũ coronauit: ad regnum
patris indeficibile collocando. ¶ Et huic concordat ca
non de conse. dist. ij. triforme. ꝛ est Sergij pape ita sonãs.

Triforme est corpus dñi. Pars oblate in calicẽ missa/ cor
pus christi qđ iam resurrexit monstrat. Pars comesta/ am
bulãs adhuc suꝑ terrã. Pars in altari vsq; ad finẽ misse re
manens/ corpus in sepulcro: q; vsq; ad finẽ seculi corpora
sanctorũ in sepulcris erunt. Corp⁹ dñi vbiq; in hoc accipit
ꝓ corpore mystico. i. fidelib⁹ christo incorporatis. Uerum
hoc vltimũ/ scꝫ reseruatio particule in finẽ misse hodie nõ
seruat: vt dicit glo. Nã diminuta fideliũ deuotiõe/ ꝛ crescẽ
te circa altare indeuotione frequentantiũ etiã ꝓpter peri
culũ qđ cõtingere posset in reseruatione: sumuntur simul
a sacerdote: ꝛ pars q̃ significat triũphãtes: ꝛ pars q̃ signi
ficat in sepulcris quiescẽtes: ac in purgatorio spe felici li
beratione expectãtes. Hec eadẽ est sñia magistri i. iiij. dis.
xij. ponẽtis ca. sergij supra allegatum. ¶ L. Scd'm dñm
Alber. Pars hostie q̃ a sacerdote statim post diuisionẽ su
mitur: significat partẽ ecclesie in celis triũphantẽ. Pars q̃
in calicẽ mittit: significat partẽ ecclie in terris militantẽ: in
angustijs ꝛ penis laborantẽ. Pars reseruata/ eos q̃ sunt
in purgatorio. Unde ait Alber. Fractio hec a sergio papa
instituta/ a quo ꝛ ter cantandũ esse Agn⁹ dei/ inter cõmu
nicãdũ est statutũ. Sequit: In tres aũt partes frãgi insti
tutũ est: q; corpus christi mysticum triforme est. Quedam
em̃ pars regnat cũ capite suo ꝛ triũphat in celo: ꝛ quedaꝫ
adhuc in laboribus militat in terris: quedã est in purgato
rij penis. Instituit ergo Sergi⁹ papa/ vt pars vna statim
acciperet a sacerdote: quẽ ipse frequẽter noiat perfectorẽ
sanctitatis: qui loco christi stat in altari: que signat partem
in celis iã triumphantẽ: q̃ iã plane in christũ trãsiuit. Sta
tuit etiã vt secũda mitteret in calicẽ: quia calix signat hui⁹
vite passiones: que signat partẽ in laborib⁹ ꝛ penis huius
vite adhuc laborãtem: ꝛ idem in calicem missam. Statuit
etiam q tertia ps hostie maneret in finẽ in altari post oĩa
mysteria sumenda: que signat eos qui in sepulcris sunt/ et
in purgatorio in fine cũ christo vniẽdos fore per spũalem
incorporationẽ. ¶ Non dissimilẽ sentẽtiam ponit Inno.
terti⁹ vt refert Alexã. lꝫ verba discrepẽt. Corp⁹ inq̃t christi
est vniuersalis ecclia: caput scꝫ cũ mẽbris. Un⁹ em̃ panis/ j. Cor. x
ꝛ vnũ corp⁹ multi sum⁹: oẽs q̃ de vno pane: ꝛ de vno cali
ce participam⁹. Et inueniunt in isto corpore q̃si tres ꝑtes
ex quibus totũ corpus cõsistit. Una pars est ipsum caput
christus: q̃ caput est ꝛ pars corporis. Et scd'a pars aĩe san
ctorũ: que cũ christo regnãt: Hi scꝫ christus et sanctoꝝ ani
me extra passionẽ sunt/ q̃si simul: sicut scriptũ est Matth.
xxiiij. Ubicũq; fuerit corpus: illuc cõgregabũtur ꝛ aquile.
Predicte partes due seorsum extra calicẽ reseruant: quasi
extra passionẽ: q̃ per calicẽ designat. Christ⁹ em̃ resurgens
ex mortuis iã nõ morit. Roma. vj. Et qui cum ipõ sunt: ne
q; esuriẽt: neq; sitiẽt amplius. Neq; cadet suꝑ ipos sol: ne
q; vllus estus/ q̃ prima abierunt. Apocal. vij. partim. ꝛ. xx.
Tertia pars in calice ponit/ signans eos qui adhuc in pas
sione consistũt: donec ab hac vita migrãtes/ ad suũ caput
trãseãt: vbi nõ morient amplius: nec vllatenus patiẽtur.
Hic nõ fit mẽtio de parte in purgatorio existẽti: sed cõpre
hẽdi põt in tertia parte: q; ꝛ ipsi adhuc in penis sunt: sicut
hi qui peregrinantur in hoc mũdo. ¶ Modus Inno. pa
pe cõmunior est: de quo ponunt hec metra: Frãgit in par
tes tres hostia: prima beatos: Plene scd'a notat viuos: ser
uata sepultos. Uel ſm alios: Pars vino intincta ꝓ viuis
sanctificat. Altera ꝓ sanctis: ps tertia ꝓ redimendis. Bea
tus Aug. innocentio concordat. vnde ait: In tribus par
tibus trinitas vna cõtinetur. Una pars de sacris sumit ad
laudẽ ꝛ gloriã dei ꝓ aĩabus sanctorum cum christo regnã
tium. Altera pro illis qui in purgatorio sunt: Tertia pro vi
uentibus qui voluũtur in sanguine. i. pctõ. Et licet diuerse
recitate sunt opiniones ꝛ sentẽtie de significatione partiũ
fracte hostie: non tamen sunt aduerse. Nihil em̃ prohibet
idem plura mystice designare. ¶ L. Uiso de fractionis
ac partium significatione: videndũ est de fractionis veri
tate: vbi duo occurrunt indaganda. Primum an ibi fit ve
ra fractio: ꝛ cuius fit: hoc est: quid ibi frãgitur. Secũdum/
an sub qualibet

an sub qualibet fractiōis particula totus christꝰ cōtineat?
¶ Circa pͥmū ponit magr̄ in. iiij. quatuor opiniones. Una
est/ꝙ ibi nō est vera fractio; sed tm̄ apparens: sicut multa
apparent in hoc sacro q̄ tn̄ ita nō sunt: sicut apparet ꝙ ac-
cidētia sint in subiecto: ⁊ ita nō est. Et si obijcit illud Amb.
Nihil falsi putādū est in sacro veritatis: sicut fit in magoꝝ
prestigijs: vbi delusione quadā fallunt oculi: vt videatur
esse qđ nō est. Ad qđ dicūt/ꝙ nō fallit nos visus nec fallit:
qđ cōtingeret si crederet ita frangi sicut videt: nec illusio
est: q: ad vtilitatem fidei: non ad deceptionē ita fit. Sicut
⁊ christus ostendens se duobꝰ discipulis in via specie pere-
grini. Nec in eo tn̄ talis forma erat: sed oculi eoꝝ tenebant
ne agnoscerēt eū. Sed hec opinio nō acceptat: q: contraria-
tur verbis christi: Accepit panē grās agēs fregit. Hec aūt
falsa esse nō possunt: nisi diceret ꝙ priꝰ fregit ⁊ postea bndi-
xit. Itē si nō esset vera fractio: nō esset vera masticatio: nec
vera comestio: q̄ videntur absurda. ¶ Item fundamentū in
quo fundat falsū est. Nihil em̄ apparet i hoc sacro qđ nō
vere ⁊ realiter est ibi. Un̄ dr̄ in legēda corporis christi. Ac-
cidētia sine subiecto in eodē sacro existūt: vt fides locū ha-
beat/dū visibile inuisibiliter sumit aliena specie occultatū.
Sequit ad ppositū. Et sensus a deceptione imunes red-
dunt: q̄ de accidētibꝰ iudicant sibi notis. Si aūt sensus iu-
dicarēt de aliquo accidēte: puta fractiōe q̄ ibi nō esset: de-
ciperent. ¶ Nec verū est ꝙ multa apparent in sacro q̄ ibi
nō sunt. Nā quicqd apparet/ibi est: licz multa ibi sint q̄ nō
apparent: scz q̄ sola fide credunt. Et qđ addit ibi. apparēt
accidētia esse in subiecto/falsum est: ibi apparent acciden-
tia sensibilia: sed an sint in subiecto: an extra subiectū: hoc
excedit apprehensionem sensus: hoc aūt solū apparet qđ
intuitiue cognoscitur. Et nihil tale a nobis sic cognoscitur
(saltez existentiū extra nos) nisi qđ sensus intuet. Accidē-
tia aūt esse in subiecto rōne inuestigamꝰ. Un̄ ⁊ apud do-
ctos/dubiū est an accidentia materialia: qualitas scilz sen-
sibilis/sint in quantitate tanq̄ in subiecto immediato: an
in materia imediate. Sunt em̄ de hoc vsq; hodie aduerse
opiniones. Et ideo simplr̄ vera est: vt sonat autoritas bti
amb. Nec valet qđ adducit de christo. Nō em̄ decepti sunt
ex visione: q: qđ viderūt/in veritate fuit: verū nō quicqd
ibi fuit visibile in christo viderūt. Tenebant em̄ oculi eoꝝ
⁊c. Nō em̄ viderūt totā christi faciē quantū ad oia accidē-
tia q̄ in eo fuere. Et ideo errabāt in iudicio rōnis/iudican-
tes nō esse christū qui fuit christus. ¶ Scđa opinio fuit ꝙ
ibi est vera fractio: sed illa non est in aliquo subiecto sicut
nec cetera accidētia. Ipsa em̄ stant sine subiecto: ⁊ sicut ibi
est caliditas: ⁊ tn̄ nihil calidū: ita est ibi vera fractio: sz nō
est in re aliqua: ppter quod nihil frangit: ⁊ sic licz hō fran-
gat: tn̄ nihil frangitur. Sed hec opinio sic̄ stare nō pōt: q:
sequit. aliqd frangit: ergo aliquid frangit. Semp em̄ acti-
uū infert passiuū. ¶ Preterea fractio nō dicit aliqd reali-
ter distinctū a frangente ⁊ frangibili: sed dicit frangibile:
⁊ partes eius priꝰ cōtinuas postea distare: ergo intelligi
nō potest sine frāgibili. ¶ M Tertia opinio fuit: ꝙ ibi
est vera fractio corporis christi: licet corpus maneat inte-
grū ⁊ incorruptibile. Sicut christus dedit discipulis in ce-
na corpus suū passibile: ⁊ tn̄ nō est dentibꝰ discipuloꝝ pas-
sum: agente hoc virtute supnaturali: ergo multo magis
hoc fieri pōt eadē virtute in corpore impassibili. Assumūt
pro se autoritatē bti Augu. ex ser. de vbis dn̄i: ⁊ habet de
cōse. dist. ij. qui māducant. vbi inqt. Norūt fideles quēad-
modū māducāt carnem christi: vnusquisq; accipit partem
suā. Per partes māducat: ⁊ manet integer totus. Per par-
tes māducat in sacro: ⁊ manet integer totus in celo: ⁊ ma-
net integer totꝰ in corde tuo. Itē idē colligere nitunt ex cō-
fessione berengarij: vbi cōfessus est, corpus christi verum:
nō solum sacrm̄: sed in veritate manibꝰ sacerdotū tractari
frangi: ⁊ fidelium dentibꝰ atteri. Sed hec opinio sic̄ erro-
nea est: qm̄ cū corpus christi sit aiatū ⁊ organicū: si frange-
ret ⁊ divideret/corrūperet: qđ est impossibile: cum sit glo-
riosum ⁊ impassibile. Preterea btūs Augu. in ser. de vbis
euangelij. Nec quādo manducamꝰ: partes de illo facimꝰ.
¶ Preterea. Frequēter. s. dictū est tale corpus christi esse
sub sacro: quale est in sua existentia naturali. Cum igit in
naturali sua existētia post suā resurrectionē est imortale ⁊
incorruptibile ac impassibile: ⁊ per hoc extra sacrm̄ diuidi
nō pōt: q: illud repugnat impassibilitati: ideo nec sic diui-
di pōt in sacro. ¶ Preterea: Id nō diuidit ad diuisionem
sacramēti: qđ sacro nō coextendit: sed corpꝰ christi nō coex-
tendit sacro: q: nō est pars vna corporis christi sub parte
sacri: ⁊ alia sub alia: vt dictū est. s. lec. xliij. ⁊ dicetur statim.
Quia ergo nō est cōmensuratio partiū corporis christi ad
partes sacri siue hostie: ideo nō sequit corpus christi frāgi
ad fractionē hostie. Sicut nec diuidit aia hois diuiso cor-
pore: q: ipa corpori nō coextēdit: sed tota est in toto: ⁊ to-
ta in qualibet corporis parte. ¶ Ideo est quarta opinio
vera: quam magr̄ approbat ⁊ docet cōiter: ꝙ fractio illa ⁊
partitio nō est in sub̄a corporis christi: q: incorruptibile est
sed in ipsa forma panis sacramēti. i. in speciebꝰ sacralibꝰ: q̄
post cōsecrationē sunt sine subiecto: q̄uis ante fuerant in
pane. Et hoc sensu dicit aplꝰs: Panis quē frangimꝰ: q: for-
ma panis ibi frāgit/⁊ in partes diuidit. Christus integer
manet ⁊ totus in singulis. vn̄ ⁊ Aug. vbi. s. de verbis euā-
gelij. Quādo christus māducat: vita māducat. Sed quis
audeat māducare dn̄m suū? ⁊ tn̄ veritas inuitans nos ad
manducandū ait: Qui māducat me: viuit ppter me. Nec
occidit christus vt māducet: nō deficit/viuit māducatus:
q: surrexit occisus. Nec qn̄ māducamꝰ: partes de illo faci-
mus: ⁊ quidē in sacro sic fit. ¶ N Ac p hoc ad rōnes opi-
nionis tertie. Ad silitudinem corporis passibilis a discipu-
lis in cena māducati dr̄: ꝙ in illa māducatiōe corpus chri-
sti nō fuit diuisum nec fractū: sicut nec mō in sumptiōe sa-
cramēti: ⁊ sic nihil facit pro eis: sed p veritate: ⁊ iō imptinē-
ter adducūt p se. Si em̄ hoc intendū: ꝙ discipuli corpus
christi tūc passibile dētibꝰ diuidebāt: ⁊ tn̄ viuū pmanebat:
falsum implicat: q: nequaq̄ corpꝰ christi dentibꝰ diuiserūt
aut fregerūt: imo implicat corpꝰ aliqđ frāgi in eodē loco: ⁊
integrū pmanere. ¶ Ad autoritatez Aug. dicendū/ꝙ nō
vult ꝙ vnusquisq; accipit partē suā corporis christi: sz par-
tem suā sacri. Un̄ statim pmisit istis vbis: Nec qn̄ māduca-
mus: partes de illo facimꝰ: ⁊ quidē in sacro sic fit vt. s. alle-
gatū est: ⁊ continuo subdit. Norunt fideles ⁊c. loquit igit
de partibꝰ sacri nō corporis christi. Un̄ ⁊ subdit. Per par-
tes māducat in sacro: ⁊ manet integer in celo. ¶ Ad con-
fessionē berēgarij dr̄: ꝙ berēgarius diaconꝰ sancti Mauri-
cij andegauensis incidit in heresim dicentiū/ꝙ post cōse-
crationē panis ⁊ vini in altari/nō est ibi verū corpus ⁊ san-
guis christi: sed tm̄ est ibi sacrm̄. i. signū corporis christi si-
gnificatiuū. De qua heresi. s. tractatū est lec. xxix. Et qm̄
in sua cōfessione q̄ habet de cōse. dist. ij. ego berengarius.
illam heresim expresse damnat: asserens corpus christi nō
solū tractari a sacerdote in sacro vel in signo tm̄: sed vere
⁊ realiter suā cōfessionem ecclia recepit. ⁊ Nicolaus papa
sub quo facta est: eam ad vrbes italie/germanie/⁊ gallie:
ad quas puersi dogmatis sui fama puenerat: misit: licet in
explicando ⁊ detestando errorem suum in verbis excesse-
rit: plus ad alterum extremū declinans in verbis q̄ opor-
tuit. Unde veritatem illā cōfitens/ꝙ in sacro altaris non
solū signat: sed vere ⁊ realiter cōtinet corpus christi verū
⁊ naturale ⁊ manibꝰ sacerdotis tractat: addit. Frangit/et
dentibꝰ fideliū atterit. Per q̄ verba satis quidē dānat he-
resim suā: licet in vltimis verbis additis: scz frangit/atte-
ritur/excesserit veritatem explicādo. Sicut ⁊ illud impro-
prie dictū est/ꝙ dixit panem ⁊ vinū post cōsecratione ve-
rum corpus ⁊ sanguinē dn̄i nostri iesu christi eē. Que orō
de rigore verboꝝ vera nō est: q: nunq̄ panis est corpꝰ chri-
sti: sed ex pane fit corpus christi. vt lec. xlix. latius est osten-
sum. Sic em̄ frequenter volentes errorē aliquē damnare:
excessiue locuti sunt: vt penitus recederēt ab errore quasi
declinare viderent in alterū extremū errorē scz sibi oppo-
situm. Un̄ fm̄ glo. ca. allega. berengarius dicens corpus

christi frangi: ⁊ dentib⁹ atteri: intellexit ꝑ hoc corpus christi sub fractis ⁊ tritissimis sacri particulis veraciter cōtineri: ⁊ sub illis realiter ⁊ verissime māducari. vnde addit glosa. Nisi sane intelligas verba berengarii: in maiorem incides heresim ꝙ ipse habuit. Ideo oia que scꝫ fractionem ⁊ attritionē sonant: ad spēs ipsas referas. Nā de christi corpore partes nō facim⁹ iuxta ca. qui manducant. c. Inuitat. dist. allegata. Hec glosa. ¶ Si querit̃ vtrū cōcedendū sit ꝙ ibi est vera manducatio corporis christi: ⁊ si sic/ erit vera eius masticatio: ⁊ sic diuisio ⁊ fractio. Respondet̃: est vera manducatio corporis christi: q: eius sumptio in os ⁊ traiectio ad stomachū. Sed nō digerit̃: nec cōuertit̃ in substantiam sumentis: nec hoc est de rōne māducationis. Nec tn̄ est ibi masticatio corporis christi nec diuisio: vt satis lectione. xlv. ostēsum est. Sed est ibi masticatio/ fractio ⁊ diuisio specierū siue sacri/ nō cōtenti. Nec illud de rōne est comestionis: q: multa que comedunt̃ integra gluriunt̃. Nōnulla etiā manducant̃ que nō digerunt̃: sicut ea q̄ stomachus reiicit ꝑ vomitū: sicut ea que christus post resurrectionem comedit ⁊c. ¶ O Ad scđam questionē: scꝫ an sub qualibet fractionis particula totus christus cōtineat̃: certa est responsio/ de particulis post consecrationē diuisis. Unde de talib⁹ sm catholicā veritatem respōdet̃/ ꝙ post cōsecrationem panis sub qualibet particula sacramenti diuisi est totus christ⁹: sicut in toto fuit prius q̄ fuerat diuisum. Patet autoritate bti Hiero. in ser. dñi: cc. v. post epiphaniā: et habetur de cōse. dist. ij. singuli. vbi ait. Singuli aūt totum accipiunt christū dñm. in singulis portionib⁹ totus est: nec per singulos minuit̃: sed integrū se singulis prebet. Item Hilarius papa/ ⁊ habet̃ vbi. s. vbi pars. dicit: Ubi pars est corporis christi: est totū. Eadem ratio est in corpore dñi: q̄ in manna: qđ in eius figura precessit: de quo đr. Qui plus collegerat/ nō habuit amplius: neq̄ qui min⁹ parauerat/ habuit minus. Non eñ quantitas visibilis in hoc est estimanda mysterio: sed virtus spūalis. De quo latius. s. habitum est lec. xliij. per totum. ¶ Sed vtrum sub qualibet parte sacramēti indiuisi sit totus christus: recitant doctores sanctus Tho. ⁊ sanctus Bonauen. opiniones in scriptis dist. x. quarti: ⁊ clarius Alexan. par. iiij. q. xl. arti. v. Una est ꝙ christus totus est sub tota hostia: nō tamē sub qualibet hostie parte totus. Sed hostia diuisa christus totus remanet sub qualibet parte. Ponūt exemplū de speculo: q: Augu. dicit ꝙ sicut fracto speculo multiplicant̃ imagines: sic post fractionem sacramenti quot sunt partes/ totiens est ibi christus. Cōstat aūt ꝙ ante fractionem speculi nō erat ibi nisi vna imago. Qr aūt sub qualibet parte hostie diuise est totus christus ⁊ nō indiuise: dicūt nō venire ex vnitate hostie cōuertende: sed ex partiū corporis christi inseparabili vnione. Sicut eñ vbi corpus christi: ibi aia propter cōiunctionem. Sic cū vna pars hostie cōtineat vnā partē corporis christi inseparabiliter: cum illa pars nō possit diuidi ab aliis: q: corpus christi incorruptibile est: trahit secum totū corpus. Ratio qua mouent̃ est: q: nihil est ponendum in hoc sacramento/ nisi qđ necesse est: ⁊ ratio cogit ꝙ post fractionem sit totū in qualibet partiū diuisarū hostie q: nō potest esse pars corporis christi diuisa ab altera: sed ratio ante fractionem nō probat nisi ꝙ totū corpus sit in tota hostia. Soluunt etiā multas rationes ⁊ autoritates Hiero. ⁊ Hila. exponūt de portionib⁹ diuisis: quas dicunt partes actu: ⁊ nō cōiunctis q̄ sunt partes potētia. De quo satis diffuse tractat Alex. loco allegato. ¶ P Sed ista opinio stare nō potest: q: signo partē hostie indiuise: gratia exempli/ decimā: in illa est aliquid corporis christi: vel nihil. Si nihil: tunc nō est corpus christi totum in tota hostia. qđ est cōtra eos ⁊ cōtra veritatem. Item qua rōne nihil corporis christi esset in illa parte: eadem etiā nihil esset in alia parte: ⁊ ita nihil corporis christi esset in aliqua parte hostie: ⁊ per cōsequens nec in tota. Nihil eñ potest esse in toto: quin sit in parte vel partib⁹. Si primū: vel ergo totum corpus christi est in illa decima: vel pars ei⁹/ puta decima pars corporis christi in decima parte hostie. Si primū habetur propositū cōtra opinionē. Si secundū: tunc erit ibi cōmensuratiue seu circūscriptiue: q: pars vna corporis christi in vna parte hostie: ⁊ alia in alia: qđ est impossibile: q: corpus christi maius est hostia. Maius aūt non potest circūscribi a minori. ¶ Item quero fracta hostia in partes/ aut pars corporis christi q̄ prius replebat decimā partem hostie: adhuc replet: aut nō? Si primū: tunc potest sibi iungi reliqua pars corporis christi: nisi essent simul confuse que prius fuerūt extra se distincte. Si secūdū: tunc migrat pars corporis christi de loco ad locū: ⁊ per diuisionē incipit esse vbi prius nō fuit: ⁊ desinit esse vbi prius fuit: q̄ oia falsa sunt ⁊ absurda. Nō eñ potest corpus christi totū vel pars de nouo esse alicubi sacramentaliter: nisi ꝑ cōuersionem alicuius in ipsum: que nō fit nisi virtute verboꝝ sacramentaliū. Nec facit ad propositū exemplū speculi integri ⁊ fracti: q: nō est aliqua imago realiter in speculo: sed videtur imago verius res extra speculū per lineam reflexam a supficie speculi. Et multiplicatis supficieb⁹ per fractionem speculi/ multiplicant̃ linee reflexe. Et ꝑ hoc representāt rem ipsam vnā in diuersis sitibus. ⁊ per hoc sensus decipitur. Corpus aūt christi vere ⁊ realiter est in hostia: incipiens ibi esse ad ꝓlationem forme cōsecrationis: que q: nō profertur denuo: fracto sacramēto nō incipit esse de nouo vbi prius nō fuit. ¶ Q Ideo illa opinione dimissa: est alia opinio vera cōmuniter omniū doctoꝝ/ sm quā supra lec. xliij. dictū est/ ꝙ corpus christi est totū in tota hostia: ⁊ totū in qualibet parte hostie/ in qua fuit prius substantia panis: siue hostia sit integra: siue diuisa. Nec ꝑ diuisionem aliquid mutat̃ circa inexistentiā corporis christi. Nō eñ ꝑ fractionem incipit esse de nouo vbi prius nō fuit: nec desinit esse/ vbi fuit: q̄diu species manent in ea dispositione/ in qua sub eis cōseruata fuisset substantia panis/ si facta nō fuisset conuersio. Unde sicut miraculose ꝑ diuinā potentiā totū corpus christi sub tam parua hostia concluditur: ita ꝑ eandem potentiā ⁊ miraculose etiā in singulis partibus totū cōtinet̃. Et hoc est de intentione dñi Inno. tertij/ sic dicentis. Reor salua fide maiestatis/ ꝙ vbi est panis cōsecratus: totum in singulis partib⁹ continet̃. Quod inde cōiicio: qm̄ in quotcūq̄ partes species diuidamus: in singulis est totus christ⁹. Totus in magno: totus in paruo: totus in integro: totus in fracto: nō minor in parte q̄ in toto. Nec mireris/ opus dei est hoc. Si in diuersis locis potest esse vnus: quare nō etiā in singulis partib⁹ pōt esse totus? Et addit Innocen. pro cōfirmatione rationum statim positarū. Porro cum deus illam virtutem verbis cōtulit/ vt ad prolationem illoꝝ corpus dñi incipiat esse sub specie sacramenti: nec illa verba proferantur in fractione diligenter attendant ⁊ ipsi respondeant vnde corpus qđ ante fractionem nō erat in singulis partibus totū: sed sub totali specie totaliter existebat: post fractionem in singulas partes quodāmodo secedit: ⁊ incipit esse sigillatim in singulis: quod integraliter erat in integro. ¶ Sed forte ibi dicerent vt tangit Alex. ꝙ post diuisionem nō est totū corpus christi in singulis portionibus per nouā cōuersionem: sed virtute cōuersionis prime facte hostia nō diuisa. Unde dicunt ꝙ hostia est vna actu: plures potentia: ⁊ virtus cōsecrationis habet efficaciam inquantū est vna actu ⁊ plures potentia. Secūdum ergo ꝙ est vna actu: ex consecratione/ accipit virtutem actualem: qua actualiter cōuertitur hostia totalis in corpus totale christi. Secundū autem ꝙ est plures potentia/ accipit virtutem potentionalem/ qua partibus hostie existentibus pluribus actu: etiam actu est christus totus sub singulis. Unde non est ponenda causa ex parte fractionis: qua corpus totale est sub partibus: nisi sicut causa sine qua non: quia scilꝫ partes que erant potentia: sunt actu per ipsam fractionem. Sed ex virtute diuina verbi habet panis/ ꝙ quocūq̄ modo: ⁊ quandocunq̄ aliquid illius habet esse distinctum actu: sub ipso est totus christus. Sic ergo cum forma pa

nis est vna actu: sub illa forma totali est corp⁹ christi actu: ita q̄ nō actu sub partib⁹. Cū aūt forma illa effecta est plura actu: iā est actu christ⁹ in singulis partib⁹. Quia em̄ durante specie panis/nunq̄ euacuatur a cōtēto: facta fractione aliq̄d continetur sub portione fractionis: aliq̄d scȝ corporis christi. Et cū corpus christi sit impartibile: relinquitur q̄ corpus totale cōtinetur. Vn rōne cōsecrationis ⁊ inseparabilitatis cōtenti a cōtinēte: ⁊ indiuisibilitatis corporis christi necesse est q̄ totū corp⁹ cōtineatur sub qualibet particula fractionis. ¶ R Sed cōtra hanc solutionē stat ratio supra posita: q: queritur q̄ pars corporis christi sit sub hac parte hostie nondū fracte: an decima pars corporis sub decima parte hostie: ⁊ quarta sub quarta: cētesima sub centesima: ⁊ sequitur q̄ ibi est corpus commensuratiue. ¶ Preterea: fingo duas hostias: quarū vna sit decupla ad aliā: tunc decima pars minoris erit centesima maioris. Quero tūc an decima pars corporis christi est in decima parte hostie maioris: cū tota illa pars decima corporis possit esse in centesima parte hostie: q: est in decima minoris que est centesima minoris? An forte decima pars corporis est minor in maiori hostia: ⁊ eadem decima minor in minori: aut aliq̄d decime partis hostie maioris est vacuū a corpore: quorum nullū dici pōt sine absurditate? ¶ Item cū panis sit totū homogeneū: nō est maior ratio quare vna pars panis cōuertatur in illā partem corporis/q̄ in aliā partē: immo quare magis in partem q̄ in totū corpus: cū verba cōsecrationis simplr nominēt corp⁹: ⁊ nō partem corporis? ¶ Preterea illa distinctio de parte actuali ⁊ potentiali caret fundamēto: vt. i. probabitur. Ideo dicitur cū secūda opinione/q̄ christus est totus in tota hostia: et tot⁹ in qualibȝ parte hostie etiā integre ⁊ nō diuise/vi vnice cōuersionis a deo: prolata verboꝝ forma/suo signo p ipm instituto efficaciter adsistēti: maneteq̄ corpus totū sub singulis partib⁹ forme seu specierum: siue cōiunctis: siue separatis. Nec tñ fracta hostia in partes/corpus diuiditur in partes: q: nec manibus tangi potest: nec digitis frangi: nec oculis corporalib⁹ videri: nec dentibus atteri: nec aliquo sensu percipi: q: nō habet modum existendi corporis sub hostia: q̄uis sit vere corp⁹ sub hostia: sed modū quodāmodo spūs quantū ad coexistere indiuisibiliter alicui quanto ⁊ sm locum extenso: sm se scȝ ⁊ quodlibet sui. de quo latius. s. disputatū est. Et ratio quare sic dicere cōgruit: dicta est nunc: ⁊ in reprobatione opinionis opposite. ¶ S Sed circa hoc est dubium/an concedi debet/q̄ corpus christi sit multotiens in sacro. Et videtur q̄ sic: q: si in qualibet parte: ⁊ cum multe sint partes erit multotiens in hostia. ¶ In oppositū est: q: cum sint partes infinite. Siquidē infinite sunt partes eiusdeȝ proportionis distincte continui quarū nulla est pars alterius: igitur corpus christi esset infinities sub qualibet hostia: qd̄ videtur incōueniens. Iteȝ vnius hostie est tm̄ vna cōsecratio: igitur videtur q̄ tantū semel sit sub qualibet hostia vna. Item si totū corpus est sub qualibet parte hostie erit etiam sub parte punctuali. Sed infinita sunt puncta etiā cuiuslibet partis extense: cum finita puncta nō faciūt extensionem: igitur infinities erit sub hostia. ¶ Scdo dubitatur. Vtrū partes hostie fracte sunt eedem vel diuerse. Non primū: q: cuiuslibet totius partes etiā cōiuncte sunt distincte: igitur multo magis diuise. Nec secūdū: q: diuersi accipientes hmōi particulas idem recipiunt: nec vnus plus nec minus aut aliud q̄ alter: igitur sunt indistincte. ¶ Ad primū respondet dnus Tho. in. iiij. dist. x. q. iij. ar. iij. q̄ corpus christi: q̄uis ante diuisionem hostie sit totū sub qualibet parte hostie: nō est tñ pluries actu sub partibus illis: sed tm̄ potentia. Ad cui⁹ intellectū premittit q̄ vnitas rei cōsequitur suum esse. Partes aūt alicui⁹ homogenei cōtinui ante diuisionem nō habent esse actu: sed potentia tm̄: ⁊ ideo nulla illarū habet vnitateȝ propriā in actu. Vn actu nō est accipere earū numerū: sȝ potentia tm̄: sed post diuisionem multiplicantur sm actū. ¶ T Sed responsio hec videtur obscura: q: etiā vnitas rei cōsequitur suū esse: vel

rius est suū esse: tm̄ partes homogenei ita habēt esse actu cōiuncte in toto: sicut abinuicē separate. Si em̄ coniuncte nō essent actu (cum ex eis totū cōponitur) sequitur q̄ totū cōponitur ex nō ente: q: quicquid est/actu est: ⁊ qd̄ actu nō est: simpliciter nō est. Quelibet ergo pars totius est actu: ⁊ habet esse propriū distinctuȝ ab esse cuiuslibet alterius partis. Prima em̄ medietas actu distincta est a scda medietate: ⁊ per cōns habet propriā vnitatem. Item due medietates sunt due res: ergo quelibet earū est vna. Nā ois dualitas cōponitur ex duabus vnitatib⁹. Preterea in partibus est numerus: ergo etiā vnitas. Naȝ in toto sunt tres tertie: ergo vna/vna: ⁊ vna tertia. Si vero p ens actu intelligeretur ens totale separatū a quolibet alio: responsio ad dubiū tantū valet: q̄ corpus ante diuisionem/non est sub pluribus partib⁹ hostie actu diuisis. Qd̄ nihil aliud est dicere: q̄ q̄ ante diuisionem nō sunt partes diuerse: qd̄ nō satisfacit dubio. Cum em̄ esse predicatur de quolibet qd̄ nō est nihil: ⁊ partes hostie indiuise nō sunt nihil: ⁊ p cōsequens habent verū esse: stat adhuc dubiū: an simpliciter loquendo: corpus christi sit multotiens in hostia siue in sacramēto. Ideo verior videtur responsio Alex. vbi. s. q̄ corpus christi est semel in hostia: sm q̄ est totum in toto: ⁊ est ibi pluries sm q̄ ibi cōtinetur a singulis partib⁹. Si queritur sub quot partib⁹: ⁊ sub quib⁹ cōtinetur corpus christi totū: Respōdet ipse: sub quot ⁊ quib⁹ esset substantia panis si essent distincte ⁊ diuise. Vnde sub minimis est: nō sm quātitatem: sed sm speciem: Qd̄ sic intelligo: nō sub minimis sm quantitatem: q: nō sunt dabiles minime sm quantitateȝ: q: quecūq̄ dantur sunt vltra diuisibiles in minores: sed in minimis sm speciem. Imaginantur em̄ quidā q̄ quelibet forma specifica determinata est ad minimū qd̄ sic: vel saltem ad maximū qd̄ nō ppter nimiā paruitatem. Vnde si subiectū vltra diuideretur: desineret ipm informare forma. Signando igitur illaȝ partem: in qua potest stare forma panis: ⁊ in nulla minore: illa erit minima sm speciem: q: in nulla minore saluari pōt species panis. Et ad rōnem: q̄ tunc infinities esset sub hostia: q: ifinite sunt partes sincathegorematice: cōceditur: q: nō tot quin plures: nō aūt cathegorematice: q: nulle partes cōtinui sunt infinite: q: nulle sunt oēs partes pportionabiles. Qd̄ addit vnius hostie ⁊c. negatur cōsequentia: q: per vnā cōsecrationem: quicquid est substantia panis in hostia que cōsecratur siue totalis siue partialis cōuertitur in totū corpus christi: ideo totiens est ibi totū corpus: quot sunt substantie totales ⁊ partiales cōuerse. ¶ V Ad tertium: qd̄ querit an corpus christi sit sub parte punctuali. Dicitur breuiter: q̄ pars punctualis. i. indiuisibilis/nulla est. Et si p possibile vel impossibile poneretur esse: ⁊ partes cōtinui indiuisibiles: si tunc teneretur opinio: q̄ substantia panis nō esset in puncto indiuisibili: eo q̄ forma substantialis panis requirit certam extensionem in materia: tunc post cōsecrationem corpus christi nō est in parte sacramenti punctuali. Si vero ponens puncta/cōsequenter poneret illa in materia ⁊ forma substantiali ⁊ in cōposito: et his haberet cōsequenter dicere: q̄ in quolibet puncto sacramenti esset totum corpus christi: sm regulam Alexandri supra positam: vbicūq̄ fuit substantia panis ante cōsecrationem: ibi est totū corp⁹ christi post cōsecrationem. Nec est incōueniens si ponantur infinite partes substantie punctualis panis ante cōsecrationem: q̄ infinities corpus christi est sub speciebus panis post cōsecrationem. ¶ X De secundo dubio dicitur post Alex. q. xlij. par. iiij. membro. iij. q̄ sicut habetur a beato Augu. Quicquid est indignū corpore christi: cōueniens tamen hostie cōsecrate: cōuenit ipsi speciei. Vnde partialis diuisio ipsi⁹ hostie speciei tm̄ cōuenit: nō corpori christi. Vnde hec nō est vera: hec pars est ista. Diuisio em̄ in partes conuenit speciebus: nō corpori christi. Verū tamē est q̄ iste accipit idem qd̄ ille. Accipere em̄ bene cōuenire pōt corpori christi. Est tamen verū particulariter nō vniuersaliter: q: non quicquid accipit ille: accipit iste. Nā species quas ille acci-

pit: nō accipit iste. Et ita ambe iste vere sunt: isti accipiunt
idem: ⁊ isti accipiunt nō idem. Prima vera est de corpore
christi. Scḋa est vera de speciebꝰ seu sacro. ¶ Y Sed circa
hoc querit an illa cōcedenda sit: ꝙ eadem hostia est in
hoc altari ⁊ in illo? Ad qḋ breuiter respōdemꝰ: ꝙ hostia tri
pliciter accipit. Quādoqꝫ pro pane cōuertendo in corpus
christi: vt in principio ante canonis initiū: cū dicit. Susci
pe sancta trinitas hanc oblationem seu hostiā: vbi demon
stratur panis ⁊ vinū in altari posita: que etsi nō offerunt
in se: offerunt tamen ſm illud in qḋ cōuertunt. Scḋo acci
pitur pro speciebꝰ panis ⁊ vini: sic accipitur cū dicit: hostia
frangitur vel diuidit: ⁊ ita idem est sacramentū ⁊ hostia: ⁊
sic accipit in priorib' dictis. Sic etiā accipit cum dicit. Ho
stia cōsecrat: vt dicit Alexan. q: cōsecratio ꝓprie loquendo
respicit speciem cōtinentem: nō corpus cōtentum. Nil em̄
consecrationis corpori christi additū est vel sanctificatio
nis. Tertio modo accipit pro cōtento sub speciebꝰ scꝫ cor
pore christi. Sic dicit aplꝯ ad Eph. v. Qui tradidit semet
ipsum pro nobis oblationem ⁊ hostiā deo in odorē suaui
tatis. ⁊ Amb. ⁊ habet de conse. dist. ij. in christo. In christo
iesu semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid er
go nos? Nōne ꝑ singulos dies offerimꝰ? sed ad recordatio
nem mortis eius: ⁊ vna est hostia: ⁊ nō multe. Et ſm hoc
respondetur: ꝙ primis duobꝰ modis alia est hostia in vno
altari: ⁊ alia in alio: q: alius panis ante cōsecrationem in
hoc ⁊ in illo. Similiter ⁊ alie species post consecrationem.
Tertio modo est eadē hostia: q: idem christus vbiqꝫ offer
tur quocūqꝫ loco mysterium illud rite celebratur.

¶ Lectio. lxxxi. A

Pax domini sit sem-

per vobiscum. ¶ Aptato eucharistie sacra
mento ad sui participationem ꝑ hostie diui
sionem: in hac parte cōmunicaturi vniuntur:
ac vnione ad fructuosam tanti sacramenti ꝑticipationem
optant ꝑ pacis impetrationem. Et diuidit in tres particu
las. In prima sacerdos cōicaturis pacem optat: ac parti
culam quā manu tenet: sacramento sanguinis in calicem
locat. In secūda vt optatio sua effectū sortiatur supplici
ter orat. In tertia orationem ipsam magis specificat ⁊ ex
planat. Secūda ibi. Agnus dei. Tertia ibi. Dn̄e iesu chri
ste qui dixisti aplis. ¶ Circa has partes aduertendum: ꝙ
pax necessaria est fideliū cordibꝰ: vt fructuose eucharistiā
ps. lxxv. participent. Teste ꝓpheta. In pace factus est locus eius.
ij. Cor. Ipse quoqꝫ deus pacis ⁊ dilectionis ab aplo denoiatur.
xiij. Om̄ ipse est pax nostra: qui fecit vtraqꝫ vnū. Ipse deniqꝫ
Ephe. ij. mundū ingrediens ꝑ angelum pacem nūciauit. In terra
Luce. ij. pax hoibus bone volūtatis. Cōuersatus in terris: ⁊ ꝓplo
predicans, pacem habere docuit. Pacem inquit habere
inter vos. Mat. ix. ⁊ ad Ephe. ij. Ueniens euangelizauit
pacem vobis qui longe fuistis: ⁊ his qui prope. Mittens
quoqꝫ aplos ad predicandū pacem offerre hoibus demā
dauit. In quācūqꝫ domū intraueritis primū dicite. Pax
huic domui. Luce. x. item ⁊ Math. x. Recedens pacem
eis reliquit. Joh. xiiij. Pacem meā inquit do vobis. Pacē
relinquo vobis. Moriens pacem perditā reformauit: sol
uens inimicitias in carne sua. Ephe. ij. ⁊ ad Col. i. In ipso
pacificauit oia: siue que in terra: siue que in celis ꝑ sangui
Lu. vlti. nem crucis eius. Resurgens pacem discipulis dedit: cū in
eoꝝ stans medio eis ait. Pax vobis. Spiritūsanctū post
ascensionē mittens, pacem in eis cōfirmauit. Hinc horta
Eph. iiij tur apls. Soliciti seruare vnitatē spūs, in vinculo pacis.
Nec mirū: qm̄ tātū est pacis bonū: vt in rebꝰ terrenis atqꝫ
mortalibus nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabi
lius cōcupisci: nihil postremo possit melius inueniri: ⁊ sic
ut nemo est qui gaudere nolit: ita nemo est qui pacem ha
bere nolit. Nam ⁊ pacis intentione geruntur bella: ⁊ pa
cem cōstat belli optabilem esse finem. ait Aug. xix. de ciui.
dei. c. xj. ⁊ xij. Un̄ ⁊ finis noster pax est in vita eterna: aut
vita eterna in pace. Cōgrue igitur in pace locus preparat
ei qui est alpha ⁊ o: principiū ⁊ finis omniū christus dn̄s
in hoc sacramento vere realiter qꝫ cōtentus. Quam vt ha
bere possimus nosqꝫ illi coaptare: opere preciū est nosce
re pacis descriptionem eiusqꝫ diuisionē. ¶ B Describit
aūt a btō Aug. xix. de ciui. dei. c. xiij. Pax est tranquillitas
ordinis. i. quieta ⁊ suauis cōcordia: debitū ordinē seruās.
Ubi em̄ nō est ordo: ibi cōfusio: vbi cōfusio: ibi pacis ꝑtur
batio. Est aūt ordo parium dispariūqꝫ rerū sua cuiqꝫ loca
distribuens dispositio. Et qm̄ inter malos, ordo quidā est
licet ꝑuersus: est quedā pax maloꝝ q̄ opponit paci bonoꝝ
Pax aūt hoīs vera est ordinata hoīs ad deum in fide sub
eterna lege obediētia. Et hec est pax hoīs ad deū. Et qua
oritur pax hoīs ad seipm̄ ⁊ proximū. Est em̄ pax hoīs ad
seipsum ordinata cognitionis actionisqꝫ consensio: vt qḋ
recta ratio dictat efficaciter volūtas imperet. Un̄ sequit
actio ordinata. Pax ad ꝓximū est cū omni hoīe ordinata
cōcordia: vt scꝫ nulli noceat: ⁊ cum possit prosit. Neqꝫ esse
pōt ordinata rōnis ⁊ actionis cōcordia: vbi nec stare ordi
nata sub eterna lege obediētia. Quisquis ab hac lege de
clinat: errat. Ita nec ordinate ꝓximo cōcordat: qui contra
legem ꝓximo fauet. Et ideo vt dicit Aug. vbi. s. c. xiiij. Ad
hoc tendere debet rationalis aie intētio: vt vtile aliquid
cognoscat: ⁊ ſm eā cognitionem vitā moresqꝫ componat.
Et hac intentione debet nolle dolore molestari: nec desi
derio ꝑturbari: nec morte dissolui. Sed ne ipso studio co
gnitionis ꝓpter humane mentis infirmitatem, in pestem
alicuius erroris incurrat: opus habet magisterio diuino
cui certius obtēperet: adiutorioqꝫ vt liber incūbat. Et q:
q̄diu sumus in hoc mortali corpore: peregrinamur a dn̄o
ꝑ fidem ambulamꝰ nō ꝑ speciem: oēm pacem vel corporis
vel aie ad se vel ad ꝓximū referre habemus ad illā pacem
que est hoīs mortalis, cū immortali deo: vt scꝫ sit nobis or
dinata in fide sub eterna lege obedientia. Et q: duo preci
pue precepta: hoc est dilectionem dei, ⁊ dilectionem ꝓximi
docet magister deus: in quibus tria inuenit homo que di
ligat deum: seipsū: ⁊ ꝓximū: atqꝫ ille in se diligendo nō
errat: qui diligit deū: cōsequens est vt etiam in ꝓximo di
ligendo deū cōsulat: quē iubet sicut seipm̄ diligere. Sic q̄
diligit: verā pacem seruat. Et q: dilectio dei ratio est dile
ctionis sui ⁊ ꝓximi: sequit ꝙ oīs pax hoīs bona (q̄ ex di
lectione pendet) in dilectione dei fundat. Hinc ꝓpheta.
Pax multa diligentibꝰ legem tuā: ⁊ nō est illis scandalū.
¶ C Non hoc ignorauit antiquus ille pacis turbator
diabolus: ideo conatus est hanc triplicem pacem auferre
qḋ vt preualeret: primo quesiuit auferre pacē hoīs ad deū
dū transgressionem primis parentibꝰ ꝑsuasit: qua ablata,
periit ea q̄ est ad seipm̄: ⁊ q̄ est ad ꝓximū. Dū em̄ parens pri Gen. iij.
mus male suadenti cōsensit serpenti: dei preceptū trāsgre
diens: iam bellū intra se sensit: ⁊ pudore ꝓprio cōfusus ad
folia (vocatus a dn̄o) cōfugit. Rupta est etiā pax fratrū:
quoꝝ alter fratri inuidēs ipm̄ occidit. Induxit deniqꝫ de
testabilius pacem triplicē periculosam ⁊ malam, vere pa
ci oppositā: scꝫ pacē cū diabolo: pacem cū carne ⁊ corpore
ꝓprio: pacē cū mūdo ⁊ pctōꝝ cōsortio. De prima dicit. Cū Luce. xi.
fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt oia q̄ possi
det. De scḋa apls. Qui ſm carnem sunt: q̄ carnis sunt sa Ro. viij
piūt. Sapere ſm carnē, est carni cōsentire: ⁊ ita pacem cū
carne hr̄e. De tertia ait dauid. Zelatus sum sup iniquos, ps. lxxij.
pacem pctōꝝ videns. Hanc triplicē pacē nō venit saluator
dare: sed tollere vt ipse testat dicens. Non veni mittere pacē in Mat. x.
terrā: sed gladiū. i. separationē. Et quantū ad pacē huius
mūdi: q̄ est cōcordia pctōꝝ in malo: veni separare hoīem
aduersus patrē suū: ⁊ filiā aduersus matrem suā. Qui em̄
amat patrē: aut matrē: aut filiū: aut filiā plus q̄ me: nō est
me dignꝰ. Et quantū ad pacem cū carne subdit. Et qui nō
accipit crucem suā ⁊ sequit me: non est me dignꝰ. Crux ista
afflictio est carnis: vt dicit apostolus. Qui autē sunt chri Gal. v.
sti: carnem suam crucifixerunt cum vitijs ⁊ concupiscen
tijs eius. Sed quantum ad pacem cum diabolo, ait Joh.
xij. Nunc iudicium est mundi: Nunc princeps huius mūdi

eijcier foras. Hāc pacem q̄ dānat venit chriſtꝰ tollere: ⁊ hāc
pacez q̄ ſaluat reſtituere. Pacē cū deo reparauit: pctā no-
Eſa.lix. bis relaxando: q̄ diuiſerāt inter nos ⁊ deū. Pacē cū ſeipſo
reparauit gratiā largiēdo: ꝑ quā roborat volūtas ad vin-
Ro.vij. cendū carnē legi mentis repugnantē. Vn̄ apl's cū difficul-
tatē vincendi carnē ſentiens exclamaſſet: Infelix ego hō
quis me liberabit de corpore mortis huius? Statim ſe cō-
ſolans: reſpōdit. Gratia dei q̄ eſt ꝑ ieſum chriſtū. Pacē cū
proximo docuit ꝑ ſuā mitiſſimā cōuerſationē ad rectas iu-
Jo.viij. ſticie actiones illuminando. Vn̄ ait. Ego ſum lux mūdi: q̄
ſequit me nō ambulat in tenebris. Ex his igit patet pacis
deſcriptio: ⁊ quedā pacis diuiſio, ſcꝫ ad deū: ſeipm̄: ⁊ proxi-
mū. ¶ D Diuidit ⁊ aliter pax in pacē ſpūalem ac inter-
nam pectoris: ac pacē externā ⁊ terrenā tpis: ⁊ pacē ſupnā
⁊ celeſtez eternitatis. Que diuiſio nō multū differt a prio-
ri. Nam pax tpis requirit pacem cū proximo. Pax interna
ſpūalis aut pectoris exigit pacem cū ſeipſo. Pax celeſtis
ac eternitatis cōplectit pacem ꝑfectā cum deo. Hec em̄ eſt
Phil.iiij. de qua apl's dicit. Pax dei q̄ exuperat oēm ſenſum. Et has
pacis differentias tangit ꝓpha in pſ̄.lxxxiiij. Loquet pa-
cem in plebem ſuā: quantū ad pacem tpis quā dat deꝰ ple-
bi: dū ſua eſt ꝑ volūtatis ſubiectionē. Et ſup ſanctos ſuos
quoad pacem eternitatis qua fruunt ſancti in patria. Et
in eos q̄ cōuertunt ad cor: quoad ſpūalē. Quelibet harū
bona eſt ⁊ appetibilis: ſi tn̄ ad illā eternā que non erit im-
pſ̄s: referat. Vn̄ de tpali pace q̄ minima eſt loquit beatus
Aug.xix. de ciuita. dei. c.xvij. Vtitur celeſtis ciuitas in hac
ſua peregrinatione, pace terrena: ⁊ de rebus ad mortalez
hoīm naturā ꝑtinentibꝰ humanarū volūtatū cōpoſitionē
quātū ſalua pietate ac religione ꝯcedit: tuetur atq̄ appe-
tit. Eāq̄ terrenā pacē refert ad celeſtem pacē: que vere ita
pax eſt: vt rōnalis dūtaxat creature ſola pax habenda et
dicenda ſit: ordinatiſſima ſcꝫ ⁊ cōcordiſſima ſocietas fruē-
di deo ⁊ inuicem in deo. Quo cū ventū fuerit: nō erit vita
mortalis: ſed plane certeq̄ vitalis: nec corpus aiale qđ dū
corrūpit, aggrauat animā: ſed ſpiritale ſine vlla indigen-
tia ex omi parte ſubditū volūtati. Hanc pacez dū peregri-
natur in fide habet: atq̄ ex hac fide iuſte viuit: cū ad illam
pacem adipiſcendam refert quicq̄d bonarū actionū gerit
erga deū ⁊ proximū. Hec Aug. ¶ Hanc ergo pacez tripli-
cem optat ſacerdos, tertiā hoſtie particulā ſanguini imer-
gendā (electos in tribulationibꝰ huius mūdi militantes
ſignificantem) in manu tenens ⁊ dicens. Pax dñi ſit ſem-
per vobiſcū. Pax cōſcientie ⁊ pectoris q̄ eſt a dei volūtate
nō diuidi: ⁊ ab hꝭ q̄ dei ſunt vitioſe nō impediri. Pax tpa-
lis tranquillitatis: q̄ eſt ab aduerſis nō opprimi: ꝓſperis
temperate frui ⁊ delectari. Pax eternitatis q̄ eſt ab oi pe-
nalitate liberari: ⁊ ſummo bono ꝑpetuo ſatiari: ſit ſemper
vobiſcū. Vt ꝑ primā ad tante cōmunionis participationē
digni iudicemini. Per ſcđam ab ipſa participatione non
impediamini. Ac ꝑ ipſam ſacramenti participationem pa-
cem tertiam ⁊ ſummā cōſequamini. ¶ E Vel ſm̄ alios
expoſitores: qui dicūt particulā ſanguini immergendā ſi-
gnificare iam beatos: qui cellā ſponſi vinariā ingreſſi, in-
ebriantur vino leticie in diuine eſſentie viſione, ac delicio-
ſiſſima fruitione. Dicit ſacerdos fidelibꝰ adhuc in corpore
pugnantibꝰ. Pax dñi ſit ſemꝑ vobiſcū. Pax pectoris: que
eſt cōcordare cum moribꝰ proborꝫ: ⁊ litigare cum vitijs: vt
ſic ſit cognitionis recte actioniſq̄ iuſte, cōſenſio. Cognitio
nāq̄ recta ⁊ vera, mores probos approbat, ⁊ vitia dānat:
quibus cōſentit volūtas, iuſta eligendo, ⁊ improba expu-
gnando. Qua quidez pugna: ñ qui ꝑ hoſtie partem quā
manu teneo deſignant: beati ſcꝫ qui culmen glīe tenent li-
berati, triūphi palmā tenent. Ibi em̄ vt Aug. ait. c.xxvij.
lib.xix. de ciui. dei. In illa ſcꝫ pace finali, ſanata imortalita-
te ⁊ incorruptiōe, natura vitia nō habebit: nec alicui quip-
piam repugnabit. Non opus erit vt ratio vitijs (que nul-
la erūt) imperet. Sed imperabit deus homini: animꝰ cor-
pori. Tantaq̄ obediendi ibi erit ſuauitas ⁊ facilitas: quā-
ta viuendi regnādiq̄ felicitas. Pax tpis: que eſt obedien-

ter viuere ſub ſuperioribꝰ: nō tyrannice dominari inferio-
bus quā beati feliciter trāſierūt. Pax eternitatis vbi quie-
tiſſima felicitas eterna erit in ſingulis: eternūq̄ eſſe certū
erit. Et ideo pax beatitudinis huius: vel beatitudo pacis
huius q̄ ſummū bonū erit: ſemꝑ ſit vobiſcū. Hic quidē in
ſpe, quoad hanc pacem tertiaꝫ: ⁊ ibi in perceptione. Sed
quoad primā ⁊ ſecundā hic in iuſta ⁊ ꝑſeueranti victoria:
qua ꝑuenire poſſitis ad beatā reſurrectionem: quā nobis
dñs reſurgendo reparauit. Et ꝓpter hoc ſacerdos hec di-
cens, vocem exaltat: vt nō ſolū ꝑ verba: ſed etiā vocis ſo-
noritate reſurrectionis leticiā deſignet: atq̄ ad repreſen-
tandū ꝙ vna ſabbatorū: qua chriſtus reſurrexit: ſtans in
medio diſcipulorū, voce clara dixit: Pax vobis. Et ꝓpter
hoc hec dicens, tres cruces cū particula, quā manu tenet
ſacerdos: ſuper os calicis ſignat. Et eſt hec nona ⁊ vltima
crucis ſignatio: q̄ ꝑtinet ad dñice reſurrectionis cōmemo-
rationem: ſicut ſuperiores ad chriſti paſſionē. Fiūt autem
tres cruces, ad ſignificādū ꝙ virtus trinitatis animā cru-
cifixi: q̄ ꝑ vinū in calice deſignat: reduxit ad carnē, ne relin-
queret in inferno: neq̄ caro eius daret videre corruptio-
nem. ¶ Vel ſm̄ Alb. fiunt tres cruces ad ſignificandum
triplicem pacē que dicta eſt: quā dñs ter poſt reſurrectio-
nem ſuis diſcipulis nūciauit: vt habetur. Johan.xx. ⁊ xxi.
¶ Vel ad ſignificandū ꝙ pax illa eternitatis q̄ principa-
liter optat: donat a tota trinitate in virtute paſſionis cru-
cifixi. ad quā diſponūt pax pectoris ⁊ pax tpis. ¶ Vel vt
etiā vult Inno. tres dies quibꝰ quieuit dñs in ſepulcro de-
ſignant: qđ ꝑ os calicis repreſentat. ¶ Vel etiā ſm̄ eūdez
tres mulieres cōmemorant, querētes die tertia crucifixuꝫ
ad oſtiū monumenti: qđ ꝑ os calicis: vt dictū eſt: deſigna-
tur. De quo diaconꝰ remouens corporale, ſignificat ꝙ an-
gelus deſcendens de celo, lapidem remouit ab oſtio mo-
numenti. ¶ F Vel poſſet breuius dici ſm̄ ſanctū Tho.
pte.iij. q.lxxxiij. ar.iij. ꝙ conſecratio huius ſacri: ⁊ acceptio
huius ſacrificij, ⁊ fructus eius ꝓcedit ex virtute crucis chri-
ſti. Et ideo vbicūq̄ ſit mentio de aliquo horum: ſacerdos
crucis ſignatione vtitur. Reſpōdet aūt chorus aut mini-
ſter in ꝑſona circūſtantiū. Et cū ſpiritu tuo. Qđ verbū ori-
ginaliter ſumptū eſt ex ſcđa epl'a ad Timo. c.vlti. vbi dicit
apl's. Dñs noſter ieſus chriſtus ſit cū ſpiritu tuo. Ita ⁊ hic
reſpondet chorus. Et cū ſpiritu tuo: ſit ſcꝫ pax quā nobis
nūciaſti. Hoc em̄ piarū ac religioſarū mentiū eſt, vt pacifi-
ce ſalutantes, pie reſalutent. Bona optantibꝰ, bona ſibi
reoptent. Sit igit pax cum ſpū tuo, o ſacerdos: vt ſis ido-
neus hoc ſacroſanctū ſacrificiū pro ſalute totius mundi
immolare: ⁊ nos deo patri reconciliare: pacēq̄ cōſtituere
inter deū ⁊ hoies pctores. Sit pax dñi. nō cū carne: ſed cū
ſpiritu. Pax inquā tpis: ne cor tuū aduerſitatibꝰ diſtractū
nō poſſit deuote ſalubriterq̄ ſacrificium pacis cōſumere.
Sit cū ſpiritu tuo pax cōſcietie ⁊ pectoris: qr ſi ſpūs tuus
a dei volūtate diſcordat: quō placabiliter pro nobis pacē
quā optas impetrabis? Sit pax cum ſpū tuo: vt te pro no-
bis immolāte, nihil ſentias in ſpū de corpore fragili, quā-
tum ad carnales cōcupiſcentias: nihil de ſolicitudine ſecu-
li quantū ad ſuꝑuacuas curas mente ꝑtractes: ſed atten-
tus totꝰ ad ſiſtas diuino huic myſterio: vt ſereno ⁊ pacifi-
co ſpū filiū offeras in cōſpectu patris, vt illi ſit acceptū ſa-
crificiū tuū: ac preces tuas exorabiles efficiat ⁊ acceptas.
Sic ſit cū ſpū tuo pax: cuꝫ offeres hanc hoſtiā ſalutarem:
quēadmodū fuit cū ſpū patriarche abrae: qui imolaturus
reliquit ſeruos cum aſino: ſolus cū filio ad immolationis
locū perrexit. Serui exteriores ſunt ſolicitudines ⁊ cure
ſeculi, ⁊ neceſſitates huius vite. Aſinus aial pigrū, indiſci-
plinabile ⁊ oneriferuꝫ pondus eſt corporis qđ aggrauat
animā. Puer iſaac, ſpūs purus eſt. Patriarcha typū pre-
notat ſacerdotis. Ita ⁊ ſacerdos ad immolatione filij pa-
tris vnigeniti ꝓcedens: ſegregatus eſſe debet ſpiritu: vt
poſtpoſitis ſeculi tumultibꝰ mortificet curā carnaliū dele-
ctationū. Sic ergo optat circūſtans ppl's pacem ſpiritui
ſacerdotis; quatenus pacis vinculo connexi et concordi

volūtate vnitꝰ: deū pacis qui ꝑ hostiam sanctā in medio est: spūaliter nō tm̄ sacramētaliter sumentes: simul ꝑduci mereanť ad pacis eterne ꝑpetuā felicitatē. Ministro igiť aut choro respondente. Et cum spiritu tuo: sacerdos particulam quā vsq̧ huc manu dextra tenet: mittit in calicem simul dicens hanc orationem.

Hec sacrosancta commi-

xtio ꝛ cōsecratio corporis ꝛ sanguinis dñi nostri iesu christi: fiat nobis sumentibꝰ salus mentis ꝛ corporis: ꝛ ad vitam eternā capessendā preparatio salutaris. ¶ H Sacrosancta cōmixtio. i. pre alijs sancta cōmixtio: ꝓpter ineffabilem sanctitatē eorū q̄ cōmiscenť: q̄ sunt corpus christi supexcellenti diuinitati mō admirabili vnitū: ꝓpter qđ a
Ps. xv. ꝓpheta antonomastice dictū est sanctū. Nō dabis inquit sanctū tuū videre corruptionē. sanctū. s. corpus. ꝛ sanguis ille purissimꝰ ab omi inquinamento ꝛ imundicia alienꝰ: in cuius effusione redemptus est mūdus. ¶ Sed statim incidit dubiū: quō dicanť cōmisceri corpus ꝛ sanguis in calice: cū tm̄ iam in calice nō fuit solus sanguis christi: sed simul etiā corpus eius: ꝛ sicť sub speciebꝰ panis nō est tm̄ caro christi: sed etiā sanguis. Rñdetur ꝙ ꝑ hanc cōmixtionē nō incipit corpus christi esse in calice: nec sanguis sub panis specie: qꝛ vt. s. dictū est lec. xl. ꝓlata forma consecrationis sup panē: ꝛ dehinc sup vinū: vtrobiq̧ incipit esse verum corpus christi: ꝛ aīa deitati cōiuncta simul ꝛ sanguis ac cetera corpori christi in naturali sua cōsistentia inexistētia. Nō ergo in hac cōmixtione corpus christi ꝛ sanguis cōmiscenť quasi prius separata nūc vniant. Neq̧ est hic cōmixtio corporis ꝛ sanguinis quasi corpus christi ꝑ hāc cōmixtionem in sua supficie sanguine tingať: sicut aliud corpus sanguini aialis imissum: aut lana vel spongia sanguine tincta ꝛ colorata ꝑ sanguinis cōtactū: qꝛ s̄m supra latiꝰ dicta sanguis christi in calice nō est mō fluido tangens latera calicis: sicut liquor aliq̄s in vase tangit imediate supficiem cōcauā siue interiorē vasis. Nō em̄ ibi est extra venas corporis christi: sꝫ intra venas ꝛ corpꝰ: sicut ē in corpore christi extra sacm̄ in celo. Vñ sanguis ille vt i sacro nullū corpus pōt humectare vel tingere: sed neq̧ ab aliquo corpore tangi: sicut nec sanguis alicuiꝰ hoīs in venis existens ꝛ nō separatꝰ. Etiā qꝛ sanguis christi nō est in sacro mō quātitatiuo ꝛ cōmēsurabili: q̄ requiriť ad tactū corporū: ꝓpter qđ etiā si sanguis christi esset sub speciebꝰ vini extra venas nihilominꝰ tangi nō posset: sicut nec corpꝰ christi sub spēbꝰ panis aut vini tangi pōt: eo ꝙ nō habēt ibi localē sitū ad cōtactū corporū requisitū. Est igiť hic cōmixtio corporis ꝛ sanguinis nō s̄m suas veras ac reales essentias: sꝫ s̄m formas siue species sacrales sub quibꝰ corpus ꝛ sanguis christi veraciter cōtineť. Hoc est dictu ꝙ in immissione particule in calicē nō fit cōmixtio corporis ꝛ sanguinis christi: que sunt ꝛ manēt sub speciebꝰ sacralibꝰ oimodis sicut ante immissionē. ¶ Fit aūt cōmixtio: hoc est cōtactus ꝛ cōiunctio accidētiū q̄ fuerūt in pane ꝛ vino ante ꝯsecrationē: ꝛ accidentia sacri panis. s. color calor pondus quātitas si ponať accidēs distinctū a suba: humectanť ab humore q̄ fuit in vino: ꝛ ab alijs tanguntur: eisdē modis quibꝰ fieret si adhuc inhererēt substātijs panis ꝛ vini: si cōsecratio facta nō fuisset. Fiūt em̄ eedem mutationes motus ꝛ cōtactus accidentiū facta cōuersione substātiarū: q̄ fieret si nulla facta fuisset cōuersio: ꝛ hoc vt fides suū habeat meritū: dum humana ratio nullū de cōuersione facta recipit experimētum. Quia ergo specierū sacramentaliū ad inuicē fit commixtio: sub quibꝰ verū corpus christi ꝛ sanguis cōtineť: dicitur hic fieri cōmixtio rerū cōtentarū. Multa em̄ q̄ ad solas species pertinēt: vsus loquendi attribuit cōtentis sub speciebꝰ. sicut corpus christi siue christꝰ dr̄ videri: cū tm̄ solū sacm̄ videť sub q̄ latet christꝰ. De quo. s. lec. xlv. ¶ Et pari rōne hec cōmixtio diciť sacrosancta ꝓpter excellentissimā sanctitatē cōtentorū. Etiā sic diciť ꝓpter species ipsas sacramētales q̄ sacrosancte dicunť: nō per sanctitatis gratiā sibi formaliter inherentem (sic em̄ sanctitas soli rationali nature cōuenit) sed propter specialissimā diuinorū applicationū significationē ꝛ cōtinentiā rerum sanctissimarum longe verius excellentiusq̧ ꝙ pars illa tabernaculi ꝛ templi arcam federis continens in lege sancta sanctorū dicebatur: tanto vtiq̧ verius quanto veritas vincit figuram ꝛ excedit. ¶ H Sequitur. Et consecratio. Ita habet ordo romanus: nō ꝙ hac immissione sacm̄ cōficiatur aut cōsecretur: sed cōsecratio prius virtute formarū sacramentaliū facta: nunc suū effectū sortiať in aīa sumentis. Ideo sequiť. Fiat nobis sumētibꝰ. Nobis scꝫ sacerdoti sumenti ꝛ in sacrificium offerenti: ꝛ oibus spiritualiter voto ꝛ desiderio in fide sumentibꝰ per sacerdotem: qui est velut os corporis christi mystici: per qđ trahiť nutrimentū oibꝰ membris totius corporis nutriendis roborandis ꝛ spiritualiter augmentandis. Sicut os materialis corporis cōedit: non solum pro se: sed pro salute omniū membrorū sumit cibum: qui ꝑ totum corpus diffundiť: ꝛ membris singulis incorporať vt saluetur in sua subsistentia naturali. Sic sacerdos sumit sacramentū cuius virtus trāsit in oia ecclesie membra huius cibi spūaliter susceptiua. Et singulariter in eos qui misse intersunt officio: qui cibū hunc esuriunt: ꝛ voto ac desiderio sumunt. Hos nāq̧ spiritualiter nutrit ꝛ cōfortat gratiā in eis augmentando ꝛ virtutes: quo fortiores reddanť ad vitalium operationū exercitiā ꝛ cumulationē plurium meritorū. Et ideo petit sacerdos vt fiat sumentibꝰ salus mentis ꝛ corporis. Salus mentis per morbi fugationem: quod fit per venialiū extinctionē peccatorū: que hoiem retardant: ipsumq̧ tepescere faciūt in exercitijs ꝛ orationibꝰ spiritualibꝰ: profectu quoq̧ virtutū. Sit ꝛ salus mentis per cōseruationem vite spiritualis: que fit ꝑ gratie augmentū: qua anima sustentať in vita spirituali ne cōtinua decidat ꝑ praua desideria ꝛ operationes noxias tandēq̧ vitā spiritualem penitus amittat. Sit ꝛ salus corporis vt fomes peccatorū ꝛ inclinationes peruerse carnis ac sensualitatis mitigenť: ne potenter insurgant contra iudiciū recte rationis: sed magis corpus fiat aptum ac idoneū instrumentū anime ad exequēdum virtuosas operatiōes: quas lex precipit: ꝛ ratio: que ad optima deprecatur: cōsulit faciendas: vt sic quilibet sumentium dicere possit cum propheta. Cor meum ꝛ caro mea exultauerūt in deum viuum. Et iterum. Sitiuit in te anima mea ꝙ multipliciter tibi caro mea. ¶ Sequitur. Et ad eternam vitam capessendam preparatio salutaris. Sit tibi cōmixtio sacrosancta salutaris preparatio ad sumendum sacramentum qua capere possimus vitam sempiternam: idest eternam beatitudinem. Ipsa enim sumptio efficax est preparatio ad capessendam vitam eternā per collationem gratie in presenti: que est dispositio necessitans ad introductionem in gloriam s̄m legem dei statutam: qꝛ est pignus glorie: ꝛ arra percipiende hereditatis future. Unde canit ecclesia. O sacrum conuiuiū ꝛc. ꝛ future glorie nobis pignus datur. De quo latius infra dum de fructibus huius cōmunionis tractabiť. ¶ I Et notandum ꝙ preter causas supra tactas cur fiat sacramenti fractio ꝛ vnius particule in calicem missio: huius cōmixtionis etiā alie rationes assignanť. Una est etiā Innocentij dicentis. Cōmixtio corporis ꝛ sanguinis significat vnionem corporis ꝛ aīe christi: q̄ in resurrectione eiusdem denuo vnita sunt: ꝛ ideo signū crucis ter ꝑduciť cū hostia super calicem: qꝛ virtus trinitatis animā crucifixi reducit ad carnem. ¶ Alia sit hec cōmixtio ad denotandū huiꝰ sacramenti vnitatē. Unitatē dico nō indiuisibilitatis: qꝛ diuersa sunt signa abinuicem distincta scꝫ species panis ꝛ vini. Diuersa sunt etiā primo signata scꝫ corpus ꝛ sanguis christi s̄m vnitatem integritatis in significando: qꝛ vnū illorū nō perfecte significat signatū sine alio. Siquidē signatū est plena refectio anime: q̄ fit per hoc sacramentū. Sed qꝛ neq̧ panis plene reficit corpus sine potu: nec potus perfecte sine pane vel cibo; sed ambo simul vnum cōstituunt

perfectū nutrimentū:sic ⁊ species panis ⁊ vini integrant
vnū signū pfecte repñsentās refectionē aie:et p cōsequens
vnū sacramētū:de quo.s.lec.liij. Ad hoc aūt signādū:hec
signa ad inuicē sua mixtione vniūtur. Sed parū facit hec
ratio:et videt magis ad oppositū:q: in plena refectione
corporali nō simul ⁊ cōmixtim sumit cib⁹ ⁊ pot⁹:sed quod-
libet seorsum:⁊ ideo plenitudo refectionis magis ex eo si-
gnificat q consecrat eucharistia et sumit sub duplici spe-
cie cibi ⁊ potus.cibi de patena vel manibus quo sumunt
partes sicce:⁊ potus quo sumit de calice sub speciebus vi
ni. Sufficiant ergo rationes alie hic ⁊ supra allegate.

Agnus dei qui tollis pec-

cata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata
mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mun
di dona nobis pacem. ¶ L Hec est particula secunda:
in qua suppliciter oratur:vt pax per sacerdotē optata esse
ctum in cōicaturis sortiatur. Quia em̄ pacē hanc sine pec
catorū remissione nemo cōsequit:dei misericordia q̄ pctā
remittunt:suppliciter postulat:tanq̄ necessario preuenis
ens pacē perfectam que vltimo exprimit. Qd etiam ex eo
patet:q: christ⁹ saluator noster postq̄ post suam resurre-
Joh.xx. ctionē aplis pacē restauratam nuncians/dixerat:Pax vo
bis:insufflauit:dans eis potestatē remittēdi pctā/dicens
Accipite spiritū sanctū.quorū remiseritis pctā:remittunt
eis. Significās sine pctorū remissione nō cōstare pacē pe-
ctoris:qua amissa/nec erit pax temporis:nec expectat pax
eternitatis. ¶ Petunt ergo in hac oratione tria ab agno
dei christo.duo paci preuia:q̄ sunt misericordia dei in pec-
cati remissione. Itē misericordia dei in grē largitione:et
tertio pax ipsa que est bonū finale oim desideriorū imple
tiua. Ex illo patet diuisio huius oratiūcule. ¶ Clamat er-
go sacerdos cū populo ad mediatorē christum statim in
eucharistia sumendū. Agnus dei ⁊c. In qua oratione chri
stus vnicus patris filius tripliciter commēdatur. Primo
de puritate innocentie naturalis:quia agnus dei. vñ Am
bro. Si agnus:ergo innocēs. Scdo de benignitate venie
salutaris ibi:Qui tollis peccata mundi.benigne scilicet
paterne ⁊ salubriter. Tertio de affectuositate misericordie
liberalis/ibi:Miserere nobis. ¶ Quantum ad primum
christ⁹ dr agnus:nō sm rei pprietatē:quia agnus verus
Col.ij. animal est fragile/stolidū/lacte matris indigēs:que chri-
sto deo omnipotēti:in quo habitat plenitudo diuinitatis
⁊ thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei sunt abscōditi:minime no-
scuntur competere. Dicit igitur agnus sm metaphoram ⁊
symbolice ac transsumptiue:sicut dr petra/leo/lapis an-
gularis/sol/pastor/ostiū:que oia dr/non sm pprietatem:
sed significatiue per similitudinē:hoc est per ista velut p
signa quedā significat. Sicut declarat beat⁹ Augu.super
Joh.dicens:Petra non est:q: durus ⁊ sine sensu non est.
nec ostium est:q: nō eū faber fecit:nec lapis angularis:q:
nō est a structore cōpositus:nec pastor est:q: custos ouiū
quadrupedum non est. Oia igitur ista per similitudinem
christo attribuunt. Dicit igitur agnus p similitudinē:ad
qd signandū addit hic/dei/qui tollis ⁊c.que non conueni
unt agno vero reali. Dicit autē agnus (vt dicit Alexā) ab
agnon qd grece sonat pium:eo q agnus animal pium sit
⁊ mansuetū. Vel dicitur latine ab agnoscendo/eo q agn⁹
in multo grege matrē suam solo balatu agnoscit. Secun-
dum hoc christus similitudinarie agnus dr/propter piera
tem ad ignoscendū/⁊ mansuetudinē ad patiendū. Piissi
mus siquidē est ad ignoscēdū:qm̄ pro suis crucifixoribus
patrē exorauit dicens:Ignosce illis pater:q: nesciunt q̄d
faciunt. Māsuetissimus fuit ad passionē:dū iuxta vatici-
nium Esa.liij.quasi ouis ductus est ad occisionē:nō aperi
j.Pet.ij. ens os suum. Rursus agnus est propter ipsius simplicita
tem/innocentiam/⁊ sinceram cognitionem. Simplex fuit
christus:quia peccatum non fecit:nec inuentus est dolus
Luce.ij. in ore eius. Cognouit matrē suam in vita sibi tanq̄ agnel
lus matri obediendo. Erat em̄ subditus illis:ioseph scz ⁊
matri. Cognouit eam in morte sua:eam discipulo:quem
diligebat:cōmēdando:vnde pendens in cruce inquit ad
discipulum. Ecce mater tua. Cognouit eam resurgēs pri- Joh.xix
mo oim se sibi manifestādo:vt dicit Ambro. Cognouit eā
post spiritussancti missionem:eam ad eternam pacem de-
ducendo:⁊ ad suā dexterā collocando/dicens:Ueni de li-
bano:veni coronaberis. Cañ.iiij. ¶ L Oramus igitur
O agnus dei/qui preulsus es occidi ab origine mundi in Apocal.
eternitate. Ductus ad mortem quasi agnus mansuet⁹ du xiij.
ctus ad victimam. Mactatus in crucis ara/obmutescēs Hiere.xj
quasi ouis coram tondente. Qui tollis peccata mundi/ Esa.liij.
Autoritatiue per tuam potentiam:cui nihil potest obsiste
re. Dispositiue per tuam ineffabilem sapientiam:qua ab
eterno disposuisti mundum redimere. Executiue per tuā
infinitam misericordiam/qua nasci dignatus es de virgi-
ne ⁊ mortem sponte suscipere. Miserere nobis/tuis fide
libus per tuam potentiā auferendo peccati maculā. Mi-
serere nobis errantibus/per tuā sapiētiā reducēdo ad re-
ctitudinis normā. Miserere nobis indigētib⁹/tuam gra-
tiā largiēdo per tuā misericordiā. ¶ Iteramus aūt hanc
orationē:vt ex perseuerantia orandi celerius exaudiamur
repetentes iterū. O agnus dei/qui sutisti matrē in diuer-
sorio:secutus eam fugiētem in egyptū:ei⁹ balatū audiēs
te querētis in tēplo. Qui tollis peccata mundi/contracta
per originē ex primorū parentū transgressione:per institu
tionem baptismi sacramentorū ianue peccata cōtra te cō-
missa/a praua nostra voluntate:mortalia scilicet p institu
tionē sacramēti penitētie/pctā nos impedientia/in serui-
da dilectione/ex nostra fragilitate:q̄ sunt venialia/p insti-
tutionē sacrosancte eucharistie. Miserere nobis ad te cō-
fugiētib⁹/cōcedēdo pctorū veniā:pseruādo a lapsu in pec
catorū foueā:dādo in bono pseuerantiā. ¶ Replicamus
⁊ ter orātes/Agn⁹ dei Jesu bone/q̄ nos redemisti sangui-
ne tuo imaculato:q̄ victoriose resurrexisti de clauso monu
mento:qui vt lucerna luces:gl'iosus resides in patria re-
gno. Qui tollis pctā mundi/penas nostris pctis debitas
patientissime exoluendo:Patriarchas ⁊ pphetas de mā
sione penarū victoriosissime educēdo:Regnū celorū no-
stris pctis obseratū aperiendo. Dona nobis pacē:vt sine
nocua pturbatione pctā seam⁹ cōcessa nobis tēpora:vt pu
ri ⁊ sereni in nostra cōscientia/tandē securi tecū viuamus
in celesti patria. ¶ Vel breuiter correspondēter ad predi-
ctam tert⁹ cōtinuationē:Agnus dei innocēs/q̄ tollis pctā
mūdi ipsa sanguinis tui effusione delēdo:miserere nobis
peccati reatū simul ⁊ penā relaxando. Agnus dei/patrem
per obedientiā agnoscens:q̄ tollis peccata mūdi:ipm pa
tri recōciliando:miserere nobis/gratiā sine q̄ regni extor-
res proscribuntur/largiēdo:Agnus dei/agnoscens per-
ditū hominē:sm illud Joh.x. Agnosco oues meas:et co-
gnoscunt me mee. Qui tollis peccata mūdi/a dānatione
perpetua redimendo. Dona nobis pacē/ab oibus deside
ratā eternis bonis opulētā. ¶ M Instituit aūt Sergi
us papa hāc orationē sicut ⁊ prior ē:vt dū sacerdos proce-
dit ad immolandū ⁊ sumendū verum et naturale corpus
christi:vt pfiteamur nos huius immaculati agni carnem
sumere in altaris sacramento:qui se sponte pro nobis ob-
tulit in crucis patibulo. Hinc ⁊ obsecramus vt nostri mise
rearis in hac sacramentali immolatione:qui prius miser-
tus es nobis in personali tua in ara crucis oblatione. Et
sm antiquam ecclesie obseruationem/ac primeuā institu-
tionē/ter dicebatur miserere nobis:quod et hodie dicitur
in ecclesia sancti Johannis in laudano/al's lateranensis
vt refert Albertus:⁊ in capella pape:vt dicit Durandus
in rationali. ¶ Qd ⁊ ter dicitur sm Alber.vt auferatur a
nobis triplex malum:scz perpetratū/qd dolebamus com-
missum:tentatum/qd timebamus cōmittendum:⁊ subor-
dinatum ad meritum impediendū. Vel sm alios/dr ter p
pter triplicis peccati remotionē quam petimus:origina-
lis/mortalis/venialis. Vel propter peccatum cogitatio-
nis in mente:locutionis in ore:actionis in opere. Vel

ad designandū q ppter tria venit ille agnus dei in mun/
dū: scz vt nos liberaret ab onere culpe: vt nos quietaret a
miseria pene: vt nobis remoueret ropheam a ianua vite.
¶ Postmodū tñ irruentib⁹ varijs psecutionib⁹/ɀ erron/
bus pestiferis in ecclia inualescentib⁹/ceperunt multe ec/
clesie particulares sine statuto ecclie generalis aut sum/
mi pontificis petere in vltimo agnus dei/dona nobis pa
cē: vt sedatis nimijs tribulationib⁹/pacifica ɀ fideli guber
natione fruerētur. Et ita adhuc dr̄ bis miserere nobis pro
pter duplex malū: culpe scilicet ɀ pene: quo nō nisi p mise/
ricordiā agni dei liberamur: Vn̄ psalmista: Misericordia
tua preueniet me. a peccato preseruando ne incidam⁹. Et
misericordia tua subsequet me. a pena post cōmissum libe
rando. ¶ N Jn missa pro defunctis nō dr̄ miserere no/
bis: nec dona nobis pacem: cui⁹ rationē quidā assignant
q: defuncti exierūt statum meriti: ea propter neqꝫ possunt
mereri: neqꝫ demereri: neqꝫ per ppriū meritū tunc elicitū
a penis liberari. Neqꝫ optatur eis pax: q: de pace eterna
cōpiscēda sunt securi: neqꝫ ab exteriorib⁹ mūdi psecutio
nib⁹ possunt turbari. Verū cū in missa sacrificiū offertur
pro viuis ɀ defunctis: ɀ misericordia dei necessaria est de/
functis in purgatorio: etsi non ad remissionē culpe: tñ ad
remissionē pene: licet illā per ppriū meritum assequi non
possunt: ideo nō videt quinetiā ad eos apte referri possit
miserere nobis/ɀ dona nobis pacē. Jdeo Alexander aliā
assignat rationem: illā scilicet q: in missa pro defunctis spe
cialiter celebrat/vt defunctis requies impetretur: ideo dr̄
dona eis requiē: q: eis fruct⁹ misse specialiter applicatur
pro requie a penis impetranda. ¶ Additur autē cōiter in
ecclesijs ad tertiū agnus/sempiternā: ɀ non in primis duo
bus: ad designādū q eis requiē impetramus triplicis af/
flictionis: scz a pena ardoris: a corporalibus tenebris: ab
afflictione expectationis ac dilationis ppetue btitudinis
afflictio aūt pene ardoris siliter ɀ tenebrarū est tempora/
lis: btitudo cuius expectatio sperata est animi afflictiua
est eterna: ɀ ideo in tertio agn⁹ addit sempiternā. ¶ Vel
etiā ideo ter dr̄ requiē: q: optat aiab⁹ triplex reqes: Vna
ab afflictione pene: alia btificationis aie: tertia glorifica/
tionis vtriusqꝫ. Et q: tertia sequit primā ɀ scdam: tertiam
vero nulla alia sequit: iō i tertio addit eternā. Prime due
reqes si cū pcisione itelligunt vt excludāt tertiā sunt tēpo
rales: tertia sola eterna. ¶ Alie ecclie attēdētes/q de mul
la triū reqerū cōtingit regredi ad inqetudinē: ɀ p hoc oēs
eterne: licet nō cum precisione ad quodlibet agn⁹ addūt
eternā. qsi diceret: Dona eis requiē eternā ab afflictione:
vt cesset eternaliter ois afflictio ardoris tenebrarū ɀ dila
tionis. Jterū dona eis requiē eternā/ab omni miseria aie
per collationē btitudinis. Jterū da eis requiē sempiternā
per collationē glie perpetue tollētis miseriā vtriusqꝫ: car/
nis ɀ aie. Et hūc modū tenet ecclia mogūtineñ. ¶ Si qri
tur qre magis dr̄ agn⁹ dei/q iesu christe: vel aliq alio mo/
do. Rñdet Alexāder/q h fit cōuenienter: tū ppter veritat
Exo.xij. repñsentationē q in lege figurabat in imolatione agni ty/
pici. Tū ppter veritatis pnunciationē q facta est pphetis
ec. Esa.xvi. Emitte agnū dñatorē de petra deserti ad mon
tem filie sion. Tū ppter veri agni ostēsionē digito pcurso
ris dicentis: Ecce agn⁹ dei; ecce q tollit pctā mundi. Quia
eñ in h sacro repñsentat imolatio veri agni: q fuit p agnū
in lege figurata: sub noie agni a pphetia pnunciata: sub
agni vocabulo a iohāne demōstrata: cōuenienter ad hoiū
rememorationē et fidei testificationē dirigit orō ad chri/
stū sub noie agni: sub quo eū totupliciter nouimus figu/
raliter/pphetice/ɀ manifeste expssum ac demonstratum.

Domie iesu christe qui di

xisti aplis tuis: Pacē meā do vobis: pacē meam relinquo
vobis: ne respicias peccata mea: sed fidem ecclesie tue.
Eamqꝫ sm voluntatem tuam pacificare ɀ coadunare di/
gneris. Qui viuis et regnas cum patre in vnitate spiri/
tussancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ O Hec est particula tertia in qua postq sacerdos cū
populo: vt pacis optatio effectum sortiatur: orauit suppli
citer: nunc orationem ipsam pro pace factam/magis spe/
cificat ɀ explanat particulariter. Specificat eñ effectus
ɀ finem propter quem pro pace orauit suppliciter. Jn qua
oratione beniuolentiā primo captat eius qui oratur: et eo
q ipse est qui pacē suis tribuit. Secundo ibi: Ne respicias
impedimētum exauditionis remouet. Tertio ibi: Eamqꝫ
sm/petitionē suam fundit. ¶ Quoad primū dicitur. Do/
mine iesu christe/saluator benignissime. Qui dixisti/ex hoc
mundo per passionē migraturus: apostolis tuis/a reuoca
tis ad fidei cognitionem: a te missis ad fidei predicationē:
pro te passis ad fidei corroborationem: Pacem meam do
vobis: pacem meā veram ɀ saluificā: ne essent de illis qui
loquuntur pacē cū proximo suo: mala autē in cordibus eo
rum. Pacem relinquo vobis: vt in pace firmiter permane
rent: ne mūdi pressi miserijs territi declinarent: aut illecti
blandicijs vt incrassati recalcitrarent. Vel sm Aug. super
Johannē: Qui dixisti apostolis tuis: Pacem meam relin
quo vobis/ad patrem iturus: pacem meam do vobis/in
fine venturus. Pacem meā relinquo vobis in hoc seculo:
pacem meā do vobis in futuro seculo: pacē meā relinquo
vobis in qua manentes hostē potestis deuincere. Pacem
meam do vobis: vt perpetuo possitis sine hoste regnare:
Pacem meā relinquo vobis vt inuicem diligatis: Pacem
meā do vobis: vt nunq dissentire possitis. ¶ Deinde im/
pedimenta remouet: scz peccata ppria/dicens: Ne respi/
cias peccata mea. scz personalia: quibus offendi tuā altis/
simā maiestatē: quo indignus sum ad pacem ecclesie impe
trandam: ad corpus tuū sacratissimū deo patri offerendū
ɀ ad peccatores eidem reconciliandū. Sed fidem ecclesie
tue/benignus respice: in qua eā tibi in spōsam (propheta
Osee teste) desponsasti. Osee.ij. Jn qua eā lauacro aque
in verbo vite: vt apostolus ait ad Ephesios .v. sanctifica/
sti. Jn qua eam ne deficeret (vt Lucas ait.c.xxij.) confir/
masti: Ecclesie tue sponse tibi grate: sponse sine macula et
crimine: sponse sm sui partem vnam te amplexantē in pa/
tria beatifice. ¶ Sequitur petitio: Eamqꝫ sm sui alteram
partē adhuc in valle lachrymarum peregrinantē: varias
persecutiones ab infidelibus et hereticis sustinentem: in
tuo tamen semper auxilio respirantem. Pacificare/ab in/
fidelibus perfidis. ɀ coadunare/in fidei et charitatis vin/
culis: digneris/tu domine iesu christe sm tuam voluntatē
pijssimam: ex qua in ipsa dignatus es carnem fragilem as
sumere sm tuam voluntatem amorosissimā: ex qua digna
tu es pro ipsa mortē tolerare sm volūtatē tuam magnifi/
centissimam: qua dignatus es teipsum in cibum sub hac
sacramentali specie condonare: per eumqꝫ tanq perviati
cum vt te in celum ascendētem sequi valeat roborare. Ad/
dunt aliqui: Custodire a maculis ɀ vitijs. Regere/in pro/
speris et aduersis. sed ordo romanus non habet. Quare/
nus in bonis pacificata: et in malis custodita: in charitate
coadunata: intus forisqꝫ a te recta/tanti communione
edulij habeatur digna. Qui viuis potenter: et regnas sa/
pienter/Cum patre tibi consubstantiali et coeterno/Jn
vnitate spiritussancti/qui nexus est amorosus/Deus: in
essentia vnus: in personis trinus. Per omnia secula se/
culorum eternaliter: Amen/id est fiat. ¶ Et notandum
q hec oratio non dicitur/cum legitur officium pro defun/
ctis: Quia illi leges mundi transierunt: et requiescunt
cum signo fidei: et dormiunt in somno pacis. Unde nec
possunt ab infidelibus infestari: nec peccatis amplius ir/
retiri: nec extolli in prosperis: nec frāgi in aduersis: quem
admodum nos qui adhuc mundi legibus gubernamur.
Jdeoqꝫ non illi egent custodia et regimine: sed nec exte/
riori pace ab aduersariorum impugnatione: que in ora/
tione presenti attentius postulamus. ¶ P Et nota q
sub hac oratione sacerdos osculatur altare vel calicem/
vel corpus domini: vt dicit Albertus. Vel sm ritum quo/
rundam ecclesiarum/primo osculatur altare: secundo li/

brum: ꝛ tertio diaconum siue ministrum: aut loco tertij os
culi imaginem vel tabulam sibi per ministrum porrectam
Ad cuius mysterij intellectum premitto ꝙ in scriptura in
uenitur septuplex osculum; scilicet

Osculum
- Unionis.
- Amoris.
- Reuerentie ꝛ honoris.
- Reconciliationis ꝛ pacis.
- Impie proditionis.
- Lasciuie ꝛ procacitatis.

¶ De primo dr Cañ. i. Osculetur me osculo oris sui. Ubi
ad literas loquit̃ de vnione verbi cũ natura humana. De
scdo dr Gen̄. xxvij. Accede ad me ꝛ da mihi osculum fili mi
ait Ysaac ad filiũ suũ iacob. De tertio scilicet osculo reue-
rentie dr Luce. vij. Osculum mihi non dedisti. Hec aũt ex
quo intrauit / nõ cessauit osculari pedes meos. De q̃rto os
culo pacis. i. ad Thessal. vltimo. Salutate fratres omnes
in osculo sancto. De quinto proditionis Matthei. xxvi.
Quemcunq; osculatus fuero: ipse est: tenete eum. dixit iu-
das dans signũ turbis sue proditionis. De sexto lasciuie
ꝛ pcacitatis dicit̃ Prouerb. vij. de muliere vaga ꝛ iuuene
vecordi: Apprehensum deosculatur iuuenẽ: ꝛ procaci vul-
tu blanditur. Hic autem tantum de osculo vnionis / recon
ciliationis et pacis dicenda intelligantur. Hec namq;
vnio pacis ꝛ charitatis esse debet membrorum ecclesie ad
caput ꝛ ad inuicem: Ideoq; in principio nascentis ecclesie
fideles se salutantes / sibi oscula impressere: qđ vsq; hodie
in quibusdã regionib9 approbat consuetudo. Hinc Pau-
lus ait: Salutate vos in osculo sancto. vbi. s. et in vtraq;
epistola ad Corinth. vltimo. ¶ Q Est autem ẜm predi
cta pax triplex hominis: sc3 ad deum: ad seipsum: et ad p-
ximũ. Pacem ad deũ perdidimus / dum per peccatũ lon-
ge a deo / ꝛ a regno celesti fuimus separati: vt Esaias loq-
tur: ac gehennali discordie et turbulentissime confusioni
obnoxij tenebamur. Quã pacem dñs sua morte ꝛ sangui-
nis effusione restaurauit. ad Col. i. Cõplacuit per eum re-
conciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis
eius siue q̃ in terris: siue q̃ in celis sunt. Qua christi mors
ꝛ passio in isto sacrificio representatur: ꝛ quantum ad fru
ctum eius ꝛ effectum renouatur. Pacem ad seipsum vnus
quisq; amittit: dum repulsa gratia: ꝛ spiritu pacis per pec
catum conscientie sue simul perturbat̃. Quã gratiã ꝛ per
gratiã pacẽ internã eucharistia: que in missa conficitur: di-
gne sumpta restituit: q2 ibi gratiarum autor: fons ꝛ origi-
nis plenitudo manducat̃: vnde ꝛ nomen obtinuit / eucha-
ristia. i. bona gr̃a. Pacem ad proximũ non habet quisquis
proximi bonis per inuidiam torquetur: aut iniuria letatur:
nec illatam sibi iniuriã remittit: nec eius quam ipse irroga
uit: veniam petit. Hec pax fidelibus restituit̃: dum fideles
vnius panis ꝛ calicis participatione sibi in dño vniuntur.
Uel si magis placet: pax illa hui9 sacramenti cõmunioni
prerequirit̃: ẜm illud Matth. v. Si offers munus tuum
ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris q2 frater tuus habet ali-
quid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare: et
vade prius reconciliari fratri tuo: ꝛ tũc veniẽs offeres mu
nus tuũ. Uerũ etsi pax hec vel illa preexigit̃. tñ per sacra-
mẽti cõmunionẽ firmi9 stabilit̃. Un̄ de conse. dist. ij. hoc est
sacramentũ. dicit̃: Hoc est sacramentũ pietatis ꝛ est signũ
vnitatis: vinculum charitatis. Qui vult viuere accedat ꝛ
credat: ꝛ incorporet hũc cibũ et potũ. ¶ R Hanc itaq;
pacem cũ sacerdos populo optauerat: dicens: Pax dñi sit
semꝑ vobiscum. Interposito agnus dei / quo similiter hãc
pacẽ reparari a dño deprecat̃ / orãs: miserere nob peccata
remittẽdo: vt reparet̃ pax interna. Iterũ miserere nobis
amissam charitatẽ restituẽdo vt renouet̃ pax eterna: Con
cludit: Dona nobis pacẽ: summã ꝛ principalem: q̃ est eter-
na. Et hec quasi expressius orando subdit orationẽ: Dñe
Iesu christe qui dixisti ꝛc. In qua cõmemorans pacis auto
rem christũ discipulis pacẽ dedisse: hancq; ecclesie sue ve-
lut speciale signũ sue familie ꝛ characterem reliquisse: sup
pliciter pro hac triplici pace deprecat̃ expressius / verbo sc3
ꝛ signo. Uerbo pro pace pectoris / cum dicit: Ne respicias
peccata mea. Pro pace beatitudinis: que est pax perfecta
cũ deo: cũ subdit. Eamq; ẜm volũtatem tuam pacificare.
Pacis eñ nomen seorsum positũ pro principaliore pace
(que est cum deo in beatitudine) cõgrue accipit̃. Pro pa-
ce temporis dum addit: Regere ꝛ coadunare digneris.
Hec eñ pax tẽporis: quaten9 bona est: ex diuino regimine
ꝛ vnione corpoꝝ in christo rectore resultat. Signo dum os
culũ / pacis signũ ter imprimit. Primo altari qđ christum
significat: deinde libro qui consciẽtiam prenotat: ẜm illud
Danielis. vij. Libri aperti sunt. Libri conscientiarum: ẜm
glosam. ibidem. vij. Diacono vt similiter offerat populo:
quo signo se ꝛ populum hanc pacem petere ꝛ desiderare
manifestat. hoc ipsum populus per osculum approbat et
protestatur. Osculando enim exteriori signo manifestat
se hanc triplicem pacem / ꝛ desiderare: ꝛ iam in proposito
habere: et vt roboretur hoc pacis sacramento toto corde
concupiscere. Nã vnico osculo quo proximũ / vel tabulam
crucifixi imaginẽ continentem de altari sumptã osculatur
(osculatur imaginem dei vel viuam vel in imagine pictã)
pacẽ cũ deo reformari: et velut renouata antiqua pactio
ne in eum se cõsentire ostendit. Cõscientie q̃; pacem per
propositi sancti renouationem seruare se significat. Neq;
eñ labiis osculari possunt imaginem nisi sese primo osculẽ
tur. Cũ proximo q̃; quez osculat̃: vel qui eandẽ imaginem
osculat̃: concordiã per rancoris depositionẽ / passe iniurie
remissionẽ / illate offense recõciliationẽ / pfessione publica
manifestat. Et qm̃ sacramentum illud nos sanctificando
vnit christo / nobis / ꝛ ecclesie: propter qđ cõio dr. Ideo pro
quadã preparatione cordis ad dignam ei9 tam sacramẽta
le q̃ spũalem participationẽ / osculũ cõmunioni premitti
tur: quo pri9 nos deo nobis ꝛ pximo pacificari affectam9:
ẜm pdictũ christi pceptũ: Si offers munus tuũ ad altare
ꝛc. ¶ S Nec dubiũ quin ad hui9 pacis consecutionem:
quam hic cõmunio perfecte tribuit: deuota osculatio mul
tum cõferat: ꝛ gratiã obtineat: sicut vniuersa alia que ẜm
ecclesie ritũ / ecclesie filij deuotione debita exequũtur. Et
li3 olim ꝛ hodie in plerisq; locis / fideles sibi mutuo pacis
osculũ sibi a sacerdote per ministrũ porrectũ imprimant:
ne tamen sub specie boni / aliq̃d carnalitatis diabolico af-
flatu subintret: honestiore cautela tabula christi imaginẽ
aut sanctorũ reliquias continens / offert̃ singulis osculan
da. Unde manifestũ est ꝙ q̃cunq; hoc sanctũ osculũ sper
nit: se demonstrat esse separatũ / alienũq; tam ab ecclesia
q̃ a christo. ¶ Hoc tñ diligenti9 cauendũ: ne dũ pacis si-
gnũ ore pferim9: a pace mẽtis longe sit anim9: et dũ foris
pacem simulamus: intus proditionis osculo dñm cũ iuda
tradamus. De quo beat9 Choyß. sup Mattheũ: Osculũ
pacis porrigere tempore quo sacramenta celebrantur: in
vsu ecclesie est: sed vereor ne plures ex vobis labijs tantũ
pacem faciant: cum tamen christus non ore: sed corde ve-
lit proximum salutari. De hoc pacis osculo mentio fit per
Innocentium papam de cõsecratio. distin. ij. Pacem. vbi
glosa reddit causam / cur in defunctorũ officio / pacis os-
lum non datur: que supra tacta est. Similiter quare mona
chis non datur: quia illi mundo mortui sunt: deo viuunt:
vt dicatur. xvj. q. i. placuit communi. ¶ De hoc pacis oscu-
lo magister in rationali ait: Osculatur se populus rece-
pto osculo a ministro sacerdotis: vt se coniunctos esse pro
fiteantur in vnitate fidei per christum in ara crucis immo
latum: cuius immolationis memoria per sumptionem sa-
cramenti: ad quam sacerdos accedit: celebratur. Aut vt
gratuletur se gratiam per corporis christi immolationem
cuius memoria peragitur: maxime per manducationem
hostie recepisse. ¶ Est et alia ratio huius osculationis.
Pro quo aduertendum / ꝙ in primitiua ecclesia: cum ad-
huc magna erat fidelium deuotio / propter vicinitatem
passionis christi: statuit Anacletus papa: vt singuli per-
acta cõsecratione corpus christi mãducarẽt: vt de cõsecra.

dist.j.epis.⁊ dist.ij.peracta. Postꝗ̄ vero tepescente deuo-
tione/indictū fuit vt saltē singulis dieb⁹ dnicis cōicarent.
Ad qḋ Aug.hortat vt in.c.quotidie.de conse.dist.ij. Pro-
cessu vero tēporis magis frigescēte charitate/sancitū est:
vt saltem ter in anno:in pasca: in pentecoste:⁊ natali dñi
cōicarent:per papam Fabianū.vt in ca.Etsi non frequen-
tius.ea.dist. Extincto autē pene in fidelibus charitatis fer-
uore:in his nouissimis tēporibus preceptū est in concilio
lateranēsi/ꝙ ad minus semel in anno/quilibet fidelis dis-
cretionis annos habens/scȝ in pasca cōmunicet:vt in ca.
Omnis.de peni.⁊ remis. Porrexit igit in primitiua eccle-
sia sacerdos osculum pacis ministro ceteris impertiendū
vt per hoc significaret/ꝙ tunc cōicaturi oēm rancorem et
cordis amaritudinē cōtra quoscūꝗ̄ deberēt extinguere:⁊
se mutuo vinculo pacis vnire:qui mutuo pponebant chri-
stum pacis donatorem manducare. Hodie vero id in ca-
pella pape:⁊ quibusdam ecclesijs osculum continuari cer-
nitur:vt qui tunc sacramentū non participant sacramen-
taliter:saltem in vna fide sacramenti se cōmunicare osten-
dant spiritualiter. Tepiditati ergo nostre hoc inuentū est
remediū:vt ait Innocentius: vt omni die osculum daret
pacis pro mysterio vnitatis: Qḋ cum sacerdos ministro
porrigit populis offerendum/dicit: T

Pax tecum quam osculo pacis signo repre-
sento:sit qui a me osculū quasi
pacis signum accipiat. Ad quā vocem respondet minister
Et cum spiritu tuo:sit pax christi vera. ¶ Sequentem ora-
tionem quidam non legunt:quidā vero eam legunt:ideo
eam exponere placuit. Dicit itaꝗ̄ rursus sacerdos:

Habete vinculum pacis ⁊
charitatis. Quia pax oritur ex vinculo charitatis:⁊ accipi-
tur ab illo/ad Ephesios.iiij. Soliciti seruare vnitatem spi-
ritus in vinculo pacis.

Vt apti sitis Per pacem ⁊
charitatem.

Sacrosanctis mysterijs
christi. Quia nemo his dignus esse potest:nisi per charita-
tem. vnde Can.v. Comedite amici ⁊ bibite:⁊ inebriemini
charissimi. ¶ Rursus dicit ſm morem aliquorum:

Pax christi Qui hic sumitur ⁊ est autor pa-
cis.ad Ephe.ij. Ipse est pax no-
stra qui fecit vtraꝗ̄ vnū/mediū inimicitie parietē soluēs
in carne sua:vt duos condat in semetipso populos:iudeo-
rum scȝ ⁊ gentiliū/ambos reconcilians/⁊ faciens pacem.

Et ecclesie Sicut eius cui data est pax p chri-
stum:qui veniens euangelizauit
pacem his qui longe/⁊ his qui prope. Longe fuerūt gen-
tiles idololatre. Prope iudei vnius dei cultores.

Abundet in cordibus ve-
stris. Quia pax illa non tēporis est tm̄:sed cordis. In quo
abundat/dum vsꝗ̄ ad inimicos se extendit:de facili qui-
dem vsꝗ̄ ad amicum geritur. Sed vt ad inimicum proflu-
at:necesse est vt in corde abundet. Ps. Fiat pax in virtute
tua:⁊ abundantia in turribus tuis. Vel abundet vt vsꝗ̄
in finem in cordibus vestris perseueret:vt tunc veniat su-
per vos pax super pacem:pax scilicet eternitatis super pa-
cem cordis. Vel abundet in cordibus vestris:vt vite influ-
xum a spiritusancto recipere sint idonea. Sicut enim spiri-
tus humanus non viuificat mēbra nisi fuerint vnita: ita
nec spiritussanctus viuificat ecclesie membra:nisi in pace
fuerint copulata:ſm beatum Aug.in de ciui.dei:quem co-
pule nexum/necesse est vt spiritussanctus qui nexus est pa-
tris ⁊ filij:tribuat. Ideo sequitur:

Per spiritūsanctū qui da
tus est nobis. Unde apostolus ad Rom.v. Charitas dei
diffusa est in cordibus nostris/per spiritumsanctū qui da-
tus est nobis:vnde per columbā significatur:cuius est os-
culum columbinum:que cum signo pacis ramo virentis
oliue reuersa est ad arcam:hoc est ad ecclesiam.

¶ Lectio.lxxxij. A

Domine iesu christe
fili dei viui:qui ex voluntate patris/cooperā-
te spiritusancto/per mortem tuaȝ mundum
viuificasti:libera me per hoc sacrosanctum
corpus ⁊ sanguinē tuū ab oibus iniquitatib⁹ meis ⁊ vni-
uersis malis:⁊ fac me tuis semp obedire mandatis:⁊ a te
nunꝗ̄ separari permittas. Qui cum deo patre in vnitate
eiusdem spiritussancti viuis et regnas deus. Per omnia
secula seculorū. Amen. ¶ Hec est tertia pars principalis
participationis cōmunionis:in qua post aptationem sa-
cramenti ad suam participationē per sui diuisionē:postꝗ̄
cōmunicantiū vnionē per pacis triplicis impetrationem
procedit sacerdos ad principalissime in sacro misse officio
intentū:tremendi videlicet sacrificij sumptionē. Et quia
ipsa sumptio vita bonis est:mors malis: vt tactum est.s.
lec.vij.⁊.viij.sacerdos in periculo grādi indigne sumptio-
nis se constitutum aduertens:non immerito cōtremiscit
ne quod optimū est:⁊ ad pariendum vite fructū institutū
ex ppria sui indispositione fiat sibi cibus ad mortē. Con-
tremuit sanctissimus precursor dñi prius sanct⁹/ꝙ natus
tangere sanctū dei verticem. Cur nō cōtremisceret miser
pctor sumpturus eūdē suū ⁊ vniuersitatis iudicē/memo-
ria tenēs aplice cōminationis tonitruū: Quicūꝗ̄ mandu- j.cor.xj.
cauerit panē:⁊ biberit calicē dñi indigne:re⁹ erit corporis
⁊ sanguinis dñi: Qui eīm māducat ⁊ bibit indigne:iudici-
um sibi manducat ⁊ bibit:nō dijudicās corp⁹ dñi. Et iuxta
eiusdē apli cōsilium: Probās semetipm:⁊ nō inueniēs ex
se vñ tanto mysterio dign⁹ habeat:ad ipm deū pietatis ⁊
misericordie fontē/se cōuertit:⁊ pter premissas orationes
generales/precib⁹ magis ppriе ad rem ptinentibus/sui
dignificationē a dño nititur impetrare:quatenus sibi ⁊ ce-
teris pro quib⁹ sacrificat:pficiat sacrosancta cōmunio ad
vitā:que ad salutem oim noscitur instituta. Premittit igi-
tur aliquas orationes cōmunioni:aliquas cōmunioni in-
terserit:aliquas cōmunioni subiūgit. Et ſm hoc pars illa
subdiuidit in tres partes. Scda/ibi: Corpus dñi nostri ie-
su christi. Tertia/ibi: Sanguis dñi nostri. Prima pars di-
uidit in q̄tuor particulas ſm q̄tuor orationes cōmunioni
premissas. In prima pro sui iustificatione:vt digne possit
sumere:deuoti⁹ sumendū implorat. In secūda/vt fructuo-
sa fiat cōmunio exorat/ibi: Perceptio corporis et sangui-
nis. In tertia/suā indignitatem recognoscens simul ⁊ di-
uinā omnipotētiā pfunde se humiliat/ibi: Dñe non sum
dignus. In quarta/sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij
ad sumendum augustissimū mysteriū (vt Dionysius loq-
tur) se erigit:ipsumꝗ̄ sumendo participat. ¶ Prima ora-
tio diuidit i partes q̄tuor. Primo satagit sacerdos captā-
re beniuolentiā christi per mortis ⁊ passionis sue rememo-
rationem. In scda petit a peccatis ⁊ vniuersis malis libe-
rationem/ibi: Libera me. In tertia petit sue voluntatis
plenam diuinis mandatis subiectionē/ibi: Et fac me. In
quarta petit sui cum christo perpetuam cōiūctionem/ibi:
Et a te nunꝗ̄. Quibus addit solitā orationis cōclusionē/
ibi: Qui cū eodem. ¶ B Circa primū oculos cum inten-
tione ad sacramentū dirigens/ad christū in speciеb⁹ visi-
bilibus vere ⁊ realiter presentē dicit. Dñe/dominator to-
tius vniuersitatis: Iesu/saluator humani generis: Chri-
ste/vncte a patre plenitudine spūs pre cōsortib⁹ tuis: Fili
dei viui/patris naturalis ⁊ consubstātialis/diuinam tibi
naturā eterna generatione cōicantis: Qui ex voluntate
patris/liberali ⁊ misericordissima:te ad nostram redēptio-
nem veniente tēporis plenitudine mittentis: Cooperāte
spiritusancto/cuius sicut cum patre tecūꝗ̄ vna est essen-
tia:ita ⁊ volūtas/atꝗ̄ operatio indiuisa. Quapropter et
tui sacratissimi corporis fabricatio in vtero virginali spe-

dialiter sibi appropriat: dicente angelico paranympho ad
virginē Luce.i. Spūssanct⁹ superueniet in te: ꝛ virt⁹ altissi
mi obūbrabit tibi. Et iterū ad sanctū ioseph spōsum eius:
Mat.i. Qđ in ea natū est: de spiritusancto est. Per mortem/quā
patiēdo factus es obediēs patri vsq; ad mortē: mortē au
tem crucis probrosam ꝛ amaram. Phil.ij. Tuā/in tua po
Joh.x. testate positā. Solus quippe potestatē habes ponendi ani
Joh.iij. mam tuā ꝛ resumēdi eam/te dicēte: Nemo tollet a me ani
Jo.xvij. mā meā: sed ego pono eā a meipso: ꝛ iterū sumā eam. Tu
i.Jo.iij. em̄ solus vite ꝛ mortis habes dominiū. Nam oīa dedit in
manu tua pater. Deditq; potestatē omnis carnis tibi: vt
des eis vitā eternā. Nam ꝛ nos serui tui/tuo dono aīas no
stras possum⁹ pro fratrib⁹ ponere. Nequaq̄ tn̄ nostre est
facultatis eā iterū sumere. Mundum viuificasti/spūalr.
Nā tu panis verus es (Joh.vi.) qui descendisti vt dares
vitā mūdo. Totus em̄ mūdus extra dei amicitiā positus
ppter peccatū primi nostri parentis vitā perdidit. Janua
vite/celorum regno obserato/ac decreti mortis chirogra
pho obsignato: ita vt filio ade nullus pateret ingressus.
Sed per mortem suam chirographū illud decreti qđ erat
Col.ij. aduersum nos/deleuit. Illudq; de medio tulit affigēs il
lud cruci: conuiuificauit nos sibi: donans nobis oīa deli
cta. Mortē nāq; suā tota trinitas in satisfactionē pro oi
bus nostris delictis acceptauit: quam sic ex voluntate pa
tris/cooperāte spūsancto/sustinuit. Sustinuit inquā vo
luntate patris/ꝛ spūssancti/atq; sua: q: tota trinitas eum
in mortē tradidit: eāq; p viuificatione totius mundi acce
ptauit. Pater em̄ eū in carnem misit: filius se obtulit: spiri
tussanct⁹ q̄ amor est: oblationē cōcremādo acceptissimam
Heb.ix. reddidit. Hinc apls: Christ⁹ p spiritūsanctū seipm̄ obtulit
deo patri hostiam immaculatā. Dicit aūt pater ipsum mi
sisse ppter autoritatē principij: a quo cetere psone origi
nant. Filius vo: se obtulisse fm̄ assumptā humanitatem: q̄
sibi soli in vnitatē psone est copulata. Spūssanctus dicit
mortē illā acceptasse: ppter benignitatē que sibi sicut cete
ra ad volūtatē pertinētia appropriant: q̄uis ꝛ hoc cōmu
ne sit trinitati: sicut ꝛ ipsa voluntas: que est principiū om
niū operationū cōtingēter a deo pcedentiū. ℭ E Seq
tur: Libera me. Captata beniuolentia/sequit petitio qua
primo petit liberationem a malo/dicens: Libera me/hoc
Jo.viij. sacrificiū offerentē: ꝛ oēs alios fideles pro quib⁹ offert: vt
oēs liberi efficiamur. Si em̄ tu fili/nos liberaueris: vere
liberi erimus. Per hoc sacrosanctū corpus et sanguinem
tuū: Sacrosanctū/pre oibus sanctū: q: per summū artificē
spiritumsanctū sacratissime in virgine fabricatū: ac sacra
tissime verbo dei copulatū: ꝛ tandē sacratissime in hoc sa
cramēto nobis donatū: ꝛ nunc a me indigno tua sola pie
tate ꝛ misericordia ad sacerdotij gradū assumpto/sumen
dum. Ab oibus iniquitatibus meis/hoc est pctis: q̄ aiam
ad summe trinitatis imaginē factā/maculāt ꝛ deturpant.
Et vniuersis malis/corporis ꝛ aie presentibus et futuris.
Deinde petēs cōferri bona/subdit: Et fac me/meosq; pro
quib⁹ offero: tuis semp obedire mādatis. In quo cōsistit
Matth. tota vie perfectio: ꝛ patrie beatitudo. Hinc ait: Si vis ad
xix. vitā ingredi serua mandata. In voluntatū cōunione bea
torū cū deo tota cōsistit fruitio: que est essentialis beatitu
do. Dicit aūt semp obedire: hoc est/nullo tēpore transgre
di. Sunt em̄ mandata que semp obligant ꝛ p semp: vt ne
gatiua. Sunt mādata q̄ semp quidē: non aūt p semp obli
gant ad faciendū qđ precipit: pro semp autē obligant ad
nō transgrediēdū: qualia sunt pcepta affirmatiua. Iterū
semp obedire. i. vniuersaliter oibus mādatis: ne in vno of
fendens oim reus efficiar: vt docet Jacobus. Demū oran
Jaco.ij. do petit in bono pseuerantiā: q: qui pseuerauerit vsq; in
finē: hic saluus erit. Vn̄ addit: Et a te nunq̄ separari per
Matth. mittas: neq; in hoc seculo p peccatū/qđ separat a te deo
xxiij. neq; in futuro p horrendam reproboꝝ sententiā: Discedi
te a me maledicti in ignem eternū. Concludens adiungit
Matth. Qui p diuinā essentiā tuā: Cū eodē deo patre: a quo oīs
xv. paternitas in celo ꝛ in terra noiatur. In vnitate/substan
tiali: Eiusdē spiritussancti/charitatis nexus: Viuis/vitā
habens in teipso: Et regnas/in terris et in celo/deus/ve
rus naturalis vnus ꝛ indiuisus. Per omnia secula seculo
rum/sine fine: Amen: vere ꝛ indefectibiliter. ℭ D Cir
ca primā partē huius orationis/incidit dubiū. Utrū chri
stus ex volūtate patris mundū viuificans p mortē suā sua
potestate aiam suā posuit: an sua permissione mortē vul
nerū violentia a iudeis inflictorū illatā sustinuit. ℭ Ad h
pbabiliter dici pōt: q̄ christus in cruce sua potestate aiam
posuit: preueniēdo mortē quā durissimi vulnerū cruciat⁹
intulissent: vt sic euidentissime constaret/non nisi proprie
volūtate nos sua morte redemisse. Potest autem illud si
gnis ostendi ꝛ scriptis. Signis: Nam ob hoc pilatus dum
peteret dare corpus sepeliendū: mirabat si iam mortuus
esset: quasi illate pene licet letales fuerant: nō tn̄ vitam in
tam breui tēpore extorsissent. Sicut nec in latronibus cū
Joh.xix. dn̄o crucifixis: quoꝝ crura q: dn̄o mortuo/vixerant: fracta
sunt: vt eorū mors accelerarēt. Aliud signū: q: cū clamore
valido expirauit: qđ nō ē hois morte naturali vi illata mo
rientis: sed eius tm̄ qui propria potestate ꝛ voluntate ani
Matth. mam suā ponit. Hinc cēturio vidēs q: sic clamans expiras
xxvij. set: ait: Uere hic hō filius dei erat. vbi glo. Ostendit qua
Marci. re centurio mirat: q: vidit eum sic expirasse. i. spm̄ emisisse
xv. nullus em̄ habet potestatē emittēdi spiritū/nisi conditor
animarū. Et alia glo. Hiero. Infirmata erem̄ carne/mor
virtus diuina inualuit: que dicit: Aperite mihi portas iu
sticie. Nos autē cū nulla aut ima voce morimur/qui de ter
ra sumus. Ille em̄ cū exaltata voce expirauit: qui de celo
descendit. Ex quib⁹ satis patet: q̄ nō violentia coact⁹: sed
Joh.x. potestate functus mortē aduocauit. Patet idē autoritate
scripture supra allegata: Nemo tollet aiam meā a me: sed
Esa.liij. ego ponā eam a meipso. Ad idē multe scripture cōcordāt
Ephe.v. vt illud: Oblatus est/q: voluit: sed quecūq; voluit/fecit.
Item: Tradidit semetipsum pro nobis. Et similia multa.
Oblatio autem/ꝛ traditio facta est in effectu: dum aiam
suā obtulit patri sacrificiū vespertinū. Hinc pphetā: Uo
luntarie sacrificabo tibi. Preterea volēs suspendit redun
dantiā beatitudinis portionis superioris/ne redūdaret in
corpus: quā nisi suspendisset: corpus q: gloriosum fuisset:
nec mori nec ledi potuisset. Christ⁹ em̄ ab instāti sue conce
ptionis fm̄ aie portionē superiorem/pfecte beat⁹ fuit clare
vidēdo diuinā essentiā/eaq; pfecte fruēdo. Vn̄ nisi per mi
raculū suspēsa fuisset: beatitudo in parte superiori mētis: re
dundasset in vires inferiores vsq; in corpus: ipm̄ dotibus
glorie perficiēdo: claritate scꝫ impassibilitate/agilitate/et
subtilitate. Et ita penitus pati non potuisset: siue dotes il
las deus imediate in corpe beati efficeret: siue ex ipsa bti
tudine naturaliter redūdarēt. Saltē fm̄ legem statutam
nō potest aia in corpore esse beata: ꝛ corpus nō esse glorio
sum. Miraculum ergo suspensionis glorie corpis in pote
state fuit christi: qđ exhibendo corpus suū reddidit passi
bile ꝛ mortale. Ipse ergo mortē aduocauit: q̄ miraculose
gloriam/mortē penitus excludentē/suspēdit. Sed tūc est
dubiū: Quō iudei eū occiderunt. Rn̄detur q̄ iudei primo
voluntate eū crucifixerūt: etiā verbis et factis: nihil omit
tentes per se: et milites quantū in eis fuit: vt christus mo
reretur. Scđo/vulnera ꝛ penas intulerunt et sanguinem
fuderunt: quibus stante miraculo suspensionis glorie/tā
dem mortuus in cruce fuisset. Preuētio aūt qua dn̄s pre
uenit mortē: vt volūtarie seipsum p nobis offerret: non ex
cusat iudeos ab homicidio quod fecerunt maliciose vnde
dn̄s: si non preuenisset: moreretur. Sequitur:

Perceptio corporis tui

domine iesu christe: qđ indignus sumere propono: nō mi | alij hūt presumo
hi proueniat in iudicium ꝛ condemnationem: sed pro tua
pietate prosit mihi ad tutamentum mentis ꝛ corporis: et
ad medelam percipiēdam. Qui viuis ꝛ regnas deus: per
omnia secula seculorum. Amen.
ℭ E Postq̄ in priori oratione sacerdos orauit pro sua

iustificatione: vt digne possit tanto mysterio participare
in illa orone petit p salute cōsequēda ex sacramenti perce
ptiōe: vñ dicit: Perceptio corporis tui dñe iesu christe / qđ
indignus / ppter plurima cōmissa pctā: propterq̄ deuotio
nis ac feruoris neglecta exercitia. Sumere ppono aliter
presumo. Nō vtiq̄ cōfidens in mea iusticia: sed de tua be
nignitate ac misericordia multa: qua linū fumigās non ex
Esa. xlij. tinguis: nec quassatū calamū confringis. Nō mihi pueni
at in iudiciū et cōdemnationē: quas apls cōminat oibus
indigne accedētib⁹: corpus dñi nō diiudicantib⁹: discretio
nis iudicio hunc cibū ab aliis materialib⁹ ꝛ corporalibus
cibis nō discernētib⁹ / per diligentē ꝛ preuiā suiipsius pro
bationē: ne mortui cibū sumant vite. De qua dispositione
tam de necessario / q̄ de cōgruo prerequisita: superius di
ctum est lectionib⁹. vj. vij. viij. ꝛ. ix. ideo hic rescinditur. Sꝫ
pro tua pietate ineffabili / qua me sola tua bonitate nullis
meis meritis ad hūc gradum vocasti: ꝛ hactenus sustinu
isti: ꝛ misericorditer ad penitentiam expectasti. Profit mi
hi ad tutamentū mentis ꝛ corporis / Hec sumptio tui cor
poris ꝛ sanguinis: vt scilicet preseruet in futurū: ne mente
peccato cōsentiā. Aut per viam corporis ꝛ sensuū mortem
anime intromittā: qua a te separat⁹ vtriusq̄ mortem / ani
me ꝛ corporis tue offensionis demerito / mortē peccatorū
incidā pessimā ꝛ eternā. Sit mihi ad tutamentū mentis /
ne tuā presentiā gratiosam: quā sumere festino: vnq̄ pec
catorū sordib⁹ repellā: ꝛ corporis mēbra tibi cōsecrata ar
ma peccati efficiam. Sed mente dulcedinē tuā degustans
in te semp delecter: ꝛ corpore tibi famulans / nulla lassitu
dine fatiger. Et ad medelam corporis ꝛ aie percipiēdam /
quod prestare velis o iesu christe. Qui viuis et regnas ꝛc.
Sequitur oratio tertia sumptioni premittenda.

Domine nō sum dignus

vt intres sub tectū meū: sed tm̄ dic v̄bo et sanabit aia mea.
¶ F In precedēti oratione petiuit sacerdos / vt mandu
catio dignissimi sacramēti sibi non proueniat ad iudicium
et cōdemnationē: sed magis ad mentis corporisq̄ salutē:
Hic sciens summam sumēdi dignitatē eius: scꝫ qui in altis
Esa. lxvi habitat: ꝛ tm̄ nō alta: sed humilia respicit: ad quē non nisi
humilitate peruenit: ipso dicente per pphetā: Super quē
Iac. iiij. requiescit spūs meus: nisi sup humilē ꝛ quietū / ꝛ tremen
tē sermones meos. Nimirꝫ supbis resistit: humilib⁹ autem
i. Pet. v. dat gratiā. Sequens quoq̄ consilium principis aplorum.
Humiliamini (inquit) sub potēti manu dei: vt vos exaltet
in tempore visitationis. Vt ad tam dignam sumptionem
exaltari mereat: seipsum humiliat: ꝛ oipotenti manui vt
saluet se subiiciens / orat: Dñe non sum dignus ꝛc. Verbū
hoc sumptum est ex euangelistis mattheo ꝛ luca referen
tibus factū centurionis hoīs gētilis: qui cū magnus esset
seculari potētia / vtpura romanorū officialis ad custodiam
galilee in caphanaū delegat⁹: qui volēs puero suo corpo
ris sanitatē impetrare a dño: cui⁹ miracula audierat: ac p
hoc potentiam crediderat: se humiliauit: ꝛ indignum dñi
corporali p̄sentia iudicauit. Vñ nuntiis suis pro eo domi
num interpellantib⁹: vt seruū suū sanare dignaret / cū do
minus r̄ndisset: Ego veniā et curabo eū. Statim ipso iter
arripiēti / ꝛ domui sue appropinquāti p amicos suos remā
dauit: vt Luc. c. vij. scribit: Dñe noli vexari. Nō em̄ sum di
gnus vt sub tectum meū intres: ppter qđ ꝛ meipsum non
sum dignū arbitrat⁹ vt venirē ad te: sed dic verbū / ꝛ sana
bit puer meus: Nam ꝛ ego sum hō sub ptāte ꝛc. Hinc sum
ptū est verbū illud: vt sacerdos christū inuitaturus ꝛ sum
pturus ad sanādū animā suā: suam indignitatē recogno
scens: dicat magna fide pariter ꝛ humilitate: Dñe nō sum
dignus vt intres sub tectū meū. Nō sum dignus vt sumā
te in interiora mea / multis peccatorū sordib⁹ abominabi
Eccli. xix lia. Dicat voce: ꝛ humilia de se sentiat corde. Est em̄ q̄ ne
quiter se humiliat: et interiora ei⁹ plena sunt dolo. Tales
non exaltat dñs: q: humilem spiritu saluū faciet: ꝛ oculos
supborꝫ humiliabit. Ideo vt digne sumere dñm mereatur

in hoc sacramētali cōuiuio: recūbat mente in nouissimo lo
co: se oibus inferiorē recognoscēs: ꝛ tāto cōuiuio indignū
vt tandē audire mereat: Amice / ascēde superius: ꝛ tūc ob
tineat gloriā corā simul discūbentib⁹. ¶ G Nec difficile
erit in veritate se indignum recognoscere tanti ministerii
(al's mysterii) participationis: si maiores se / diligenter cō
sideret seipsos valde humiliantes. Consideret inquā io
hannem baptistā: cui⁹ supra habita est memoria: q̄ ab an
gelo prenūtiatus in vtero sanctificat⁹ est: a pueritia extra
tumultū hoim in heremo cōuersat⁹: a christo sup cunctos
mulierū natos cōmendatus: nihilominus timuit baptiza
re dñm / dicens: Ego a te debeo baptizari. Vñ de ipso ait
ecclesia: Baptista cōtremuit: ꝛ non audet tangere sanctū
dei verticē: sed clamat cū tremore / dicens: Sanctifica me
saluator. Attēdat mariā magdalenam: que tanto feruore
christum diligebat: vt nō erubesceret inter epulas cōuiuā
tiū lachrymosam se ingerere: pedes dñi lachrymis irriga
re: ac capillis tergere: ppter qđ a dño audire meruit: Di
missa sunt sibi peccata multa: qm̄ dilexit multum. ꝛ iterū.
Remittuntur tibi peccata. Nec tm̄ post christi resurrectio
nem pedes ipsi⁹ tangere permissa est. Quid igit magnuꝫ
si sacerdos q̄ testimoniū de diligēdo deū nō habuit: q̄ non
sibi remissa pctā a deo audiuit: q̄ ad fundendū lachrymas
est aridus: in diligendo tepidus. in obsequio tardus: non
modo tacturus pedes dñi: sed totū eius corpus comestu
rus: dicat cū vilitatis sue recognitione: Dñe nō sum dign⁹
vt intres sub tectū meum. Ecce petrus: cui dñs totius gre
gis sui curā cōmittere dignat⁹ est: ad piscaū capturam stu
puit: ꝛ indignū se dñi presentia exclamauit / dicens: Exi a
me dñe: q: hō pctōr sum. Beatus q̄ marcus euangelista
qui pre ceteris christi resurrectionem ꝛ regnum spiritu san
cto inspirante descripsit: se tm̄ indignū tanto mysterio (al's
ministerio) sentiēs / pollicē abscidit: vt reprobus sacerdo
tio haberetur: timens tractare corpus dñi in altaris sacra
mēto. Merito igitur sacerdos iohāne baptista impurior
magdalena amādo tepidior: petro aplo dignitate inferi
or: euāgelista marco indoctior: dñicū corpus sumpturus /
dicat corde ꝛ ore: Dñe non sum dignus vt intres sub tectū
meum. Non (inquam) sum dignus ex mea iusticia: ex mea
preparatione: ex mea operatione: sciēs a te dictum: Cum Lu. xvij.
feceritis omnia que precepta sunt vobis / dicite: quia inu
tiles serui sumus. Qđ facere debuimus: fecimus. Et qui
nec feci q̄ facere debui: sed in multis tua sanctissima prece
pta trāsgrediēs violaui: quō dignus esse potero vt tu dñe
creator: toti⁹ mundialis machine / intres sub tectum meū:
domū cōscientie mee: peccatis obscurātibus tenebrosum
virtutū carētia ruinosum: vbi tue mānsionis non est locus.
Nō em̄ delectaris habitare in tabernaculis pctōrū: sed in
tuis dilectorib⁹: patris bñplacita semp operantibus / ver
bisq̄ tuis obediētib⁹: talib⁹ em̄ tui patrisq̄ aduentū polli
ceri dignatus es: ꝛ apud eos facere mānsionē. Itē: Qui te Apocal.
pulsantē audiunt: tibi cordis sui portas aperiunt: ad hos iij.
intrare / ac cum eis cenare pmisisti. Sed q: heu talis non
sum: vere indign⁹ sum vt intres sub tectū meū. Sed quia
pctōres nō spernis: cum his em̄ cū in terra ambulares: vt
sanares: manducasti. Nec ad te cōfugiētes repellis: sed et Matth
paruulos sinere ad te accedere p̄cepisti: Me pctōrē: emanē xix.
paruulū: quia indignū / ne a facie tua proiicias: sed tm̄ dic
verbo / q̄ verbū es patris coeternū. Dic verbo virtutis tue
quo dixisti paralytico. Surge ꝛ ambula: et cōtinuo surre
xit sanus ꝛ ambulauit. Ita dic verbo: ꝛ sanabit aia mea / a
morbis spūalib⁹ vitiorū. Tuū nāq̄ dicere / facere est: dicen
te scriptura: Dixit / et facta sunt oia. Sana me dñe (orauit Hieremi.
ppheta) ꝛ sanabor. Sed dic verbo / ꝛ sanabit aia mea per xvij.
te cibū salutiferū: q: cib⁹ es spūs / nō carnis: cibus mentis
nō ventris. ¶ H Sed forte dicis: Nūquid sup se exagge
rat iudicium: qui profitens se indignū / nihilominus acce
dit ad corpus dñi sumendū: cum apls terribiliter clamet:
Qui manducat panē hūc / ꝛ calicē bibit indigne: iudicium
sibi mānducat? Aut ergo falso profitetur se indignum: ꝛ ita
professione

pfessione falsitatis vere indign⁹ reddit. Aut vere dicit: et
credit se indignū: ꝛ sic indigne māducat: pplexus ergo est
māducādo, euadere nō potēs iudiciū dñi. Sed absit vt ci
bus: q̄ dat vitā eternā mūdo in oēm euentū mortē afferat
accessuro. Ad huius igit replice solutionē rememoranda
sunt. s. lec. vij. ꝛ. viij. exarata. Refert eñ nec idē est, esse in
dignū hac refectiōe: ꝛ indigne eā sumere. Silr refert esse
indignū in oculis suis: ꝛ esse idignū in oculis dei nos dili
gētis. De pmo simplr indign⁹ est: q̄ grā dei caret: Nā q̄ grā
caret, inimicus dei est: mortu⁹ est: sꝫ inimicus nō est dign⁹
Matth. xv. pane filioꝝ: ipo dicente. Nō est bonū sumere panē filioꝝ: ꝛ
mittere canib⁹. Neqꝫ mortu⁹ deo dign⁹ est pane vite: nec e
cib⁹ est mortuoꝝ: sꝫ viuētiū. Pōt aūt nō habēs grām ꝛ p h
indign⁹, sumere nō indigne: si post discussionē ac suīpius
pbationē quā precedere hāc sumptionē debere aplꝯ do
cet: maneret aliqd pctm̄ mortale nōdū dimissum: nec tñ a
sumēte cognitū. Cū ergo nemo delictoꝝ suoꝝ pfectā habꝫ
cognitionē nec memoriā, dicēte pphā. Delicta q̄s itelligit?
Ab occultis meis mūda me: ꝛ ab alienis parce seruo tuo.
Hinc q̄libet se indignū existimare habet, tāq̄ nesciēs se di
gnū: ꝛ tñ de mia dei psumēs pōt nō idigne accedere: ita q̄
accedēdo nouū mortale nō comittat. Et per hoc vtiliter ꝛ
nō ficte orare. Dñe nō sum dign⁹ ꝛc. De scdo. Nemo filioꝝ
captiuitatis ade ex suis dignus est pane angeloꝝ: de quo
Bern. ser. v. de dedicatiōe eccłie late disserit, di. Nōnunq̄
de aia mea cogitās: videor mihi in ea (fateor) velut duo
cōtraria inuenire. Si ipsam aiaꝫ put in se est: ꝛ ex se est, in
tueor: nihil de ea verius sentire possum, q̄ ad nihilū esse
redactā: cū sit onerata pctis: obfusa tenebris: irretita ille
cebris: pruriēs ꝯcupiscētijs: obnoxia passiōib⁹: impleta il
lusiōib⁹: pna semp ad malū: invitiū oīme pcliuis. Postre
mo totius cōfusionis ꝛ ignominie impleta. Nimirū si ipse
quoqꝫ iusticie nr̄e oēs ad lumē veritatis inspecte, velut pā
nus mēstruate inueniunt: Iniusticie deinceps quales re
putabunt? Si lumē qđ in nobis est: tenebre sunt: ipe tene
bre quāte erūt? Facile est cuiqꝫ nostrū si sua plenī⁹ vniuer
sa ꝛ sine dissimulatiōe vestiget ꝛ iudicet sine acceptiōe pso
ne: attestari p oia aplīce veritati: ꝛ libere pclamare. Qui
Gal. vi. se putat aliqđ esse cum nihil sit: ipe se seducit. Quid est hō
Job. vij q: magnificas eū, ait fidelis ꝛ deuota cōfessio: aut q̄d ap
ponis erga eū cor tuū? Quid? Sine dubio vanitati silis fa
ctus est hō: Ad nihilū redactus est hō: Nihil est hō. Quō
tñ penit⁹ nihil est: quē magnificat deus? Quō nihil erga
quē appositū est cor diuinū? Et. I. Tanq̄ nihil reputat hō
in iudicio veritatis tue, sed nō sic in affectu pietatis tue.
Nimirū vocas ea q̄ nō sunt: sicut ea q̄ sunt: ꝛ nō sunt. ergo
Ro. iiij. q: vocas ea que nō sunt: ꝛ sunt, q: vocas. Licet eñ nō sint
quātū apud se: apud te sunt vtiqꝫ: iuxta aplm. Nō ex operi
Ro. ix. bus: sed ex vocante. Sic nimirū si cōsolaris in tua pietate
quē in veritate tua humiliasti: vt magnifice dilatet in tuis
ps. xxiiij qui merito angustiat in suis. Siquidē vniuerse vie dñi mi
sericordia ꝛ veritas: reqrētib⁹ testamētū tuū ꝛ testimonia
tua. Testamentū vtiqꝫ pietatis ꝛ testimonia veritatis. Et
sequit ad ppositū: Lege homo in corde tuo: lege intra te
ipsum de teipso testimonia veritatis: etiā hac cōi luce iudi
cabis te indignū. Lege in corde dei testamētum qđ firma
tum est in sanguine mediatoris: ꝛ inuenies q̄ longe aliud
spe possidere, q̄ re tenere videris. Hec Bern. Sic ergo sa
cerdos cōsiderās se fm se: in corde suo verissime indignū
se pclamabit. Sed attendens q̄d in corde dei, q̄ se magni
ficauit: redemit: dilexit: se dignū sperare poterit: nō digni
tate sua: sꝫ illius dignatiōe. Verūqꝫ sit pphe verbū. Per
osee. xiij. ditio tua ex te israel: tm̄mō in me auxilium tuū. Denīqꝫ btūs
Job. c. xxv. ait: Nūquid iustificari pōt hō cōparat⁹ deo: aut
apparere mūdus nat⁹ de muliere? Ecce luna etiā nō splen
det: ꝛ stelle nō sunt mūde in cōspectu eius. Que exponēs
btūs Greg. xvij. moral. s. xxv. Nōnulli p donū spūs adiu
ti cōtra infirmitatē sue carnis eriguntur: virtutib⁹ emicant:
signorūqꝫ miraculis coruscāt: nullus tñ est qui sine culpa
vitā transeat: quousqꝫ carnem corruptionis portat. Et se
quitur. Nec sancta eccłia p lunā signata virtute ppria tot
miraculis emicat: nisi hanc superuenientis grē dona pfun
dant. Nec singuloꝝ bene viuētiū stellarū noīe designatoꝝ
mentes a pctoꝝ maculis mūde sunt: si remota pietate iudi
centur: q: apud districti iudicis oculos, sua vnūqueqꝫ cor
ruptibilitas inquinat: nisi hanc quotidie grā parcens ter
gat. Electoꝝ quippe anim⁹ prodire ad libertatē iusticie ni
titur: sed adhuc cōpede infirmitatis tenet. Et culpas qui
dem subigere pfecte desiderat: sed quousqꝫ corruptiōe car
nis astringit: eius vinculis etiā cum non vult: ligat. Hinc
itaqꝫ colligat quanto pctoꝝ pondere pressi sunt: qui cōtra
hec decertare negligūt: si plene culpā nec illi superāt: qui
cōtra hanc viriliter pugnant. Vn̄ postq̄ dictū est. Ecce lu
na nō splendet: ꝛ stelle nō sunt mūde in cōspectu ei⁹: pro
tin⁹ addit. Quanto magis homo putredo: ꝛ fili⁹ hoīs ver
mis? Hec Greg. ¶ I Cōsiderans itaqꝫ sacerdos se esse
creaturā: ꝛ vas luteū figuli: eūqꝫ qui in sacro oculis subie
cto (quē ꝛ nūc sumpturus est) cōtinet: esse creatorē ꝛ figu
lum: sese esse finitū ꝛ pene nihilū: illū vo simplr infinitū: ꝛ
oibus incōparabiliter puriorē: Etiā si seraphica puritate
arderet: verissime dicet: Dñe nō suꝫ dign⁹ vt intres ꝛc. Ro
getqꝫ attentius qđ sequit. Sed tm̄ dic verbo ꝛ sanabit
spūs meus. Tm̄ dic vbo: hoc est, teipso: q̄ verbū es patri
eterno coeternū: p qđ facta sunt oia. Vel dic verbo virtu
Job. v. tis tue, quēadmodū dixisti paralytico: Surge tolle graba
tum tuum: ꝛ ambula. ꝛ cōtinuo surrexit ꝛ ambulauit. Sic
dic verbo ꝛ sanabit spūs meus a morbis spūalib⁹ pctoꝝ.
Tuū nāqꝫ dicere facere est: Dixit, ꝛ facta sunt: ait pphā re
gius vt. s. Verū ad mūdiciā cordis, qua mens digna fiat
habitatio hui⁹ sacrificij salutaris: nō sufficit hec orare: sed
ꝛ necesse est se purgare: ꝛ posse tem⁹ ad tāti regis susceptio
nem, mentis domiciliū adornare: fm illud eccłie: Adorna
thalamū tuū sion, speculatrix aia: ꝛ suscipe regem christū.
Qđ quō fieri habeat ppe principiū huius operis lectiōi
bus. vij. viij. ix. ꝛ alibi diffusius declarat. Preter quas ad
huc addi possunt manuductiones figurales, ad bonā dis
positionem cōmunicaturū informantes: que latius. s. lec.
lv. tacta sunt: ibi requirant. Possum⁹ ponere exempliter
vnā: ꝛ ad huius silitudinē cetera mysticent. Inter ceteras
figuras satis expressa fuerat ei⁹ agni paschalis: de quo scri
bitur Exo. xij. cū suo ritu. Unde ait dñs moysi ꝛ aaron, vt
preciperent pplo de esu paschalis agni. vñ ꝛ ait moyses:
Sument de sanguine agni ꝛ ponent sup vtrūqꝫ postem:
ꝛ in superliminarib⁹ domoꝝ, in quib⁹ comedēt illū. Et edēt
carnes nocte illa assas igni: ꝛ azymos panes cū lactucis
agrestib⁹. Nō comedetis ex eo crudū quid: nec coctū aqua
sed assum tm̄ igni. Caput cū pedib⁹ eius ꝛ intestinis vora
bitis: nec remanebit quicq̄ ex eo vsqꝫ mane. Si quid resi
duū fuerit: igne cōburetis. Ubi ꝛ addit: Sic aūt comede
tis illū. Renes vestros accingetis. Calciamenta habebi
tis in pedib⁹: tenentes baculos in manib⁹: ꝛ comedetis fe
stināter. Et infra. Ois alienigena nō comedet ex eo. Ois
aūt seruus emptitius circūcidet ꝛ sic comedet. Aduena ꝛ
mercēnarius nō edent ex eo. In vna domo comederis: nec
efferetis de carnib⁹ eius foras. Nec os illius confringetis.
¶ K Hec exponēdo psequit btūs Greg. in homel. sab
bati in hebdo. paschali di. Hec oia magnaꝫ nobis edifica
tionē pariunt: si fuerint mystica interpretatione discussa.
I. cor. v. Agn⁹ ille paschalis christus est fm illud aplī: Pascha no
strū christus est: itaqꝫ epulemur nō in fermēto veteri: neqꝫ
in fermēto malicie ꝛ nequicie: sed in azymis sinceritatis ꝛ
veritatis. Ab hui⁹ agni esu arcet alienigena. i. a fide extra
neus: vel in fide hesitās. Admittit seruus emptus precio
so huius agni sanguine: dum tñ fuerit circūcisus: hoc est,
a carne pcti emūdat⁹ p verā cōtritionē ꝛ cōfessionem pec
catoꝝ. Precludit rursus aduena ꝛ mercennarius. Adue
na. i. nouiter ad fidē cōuersus: nōdū potens capere altissi
ma hui⁹ sacri: ꝛ nec potens discernere corpus dñi. Vel ad
uena nouiter peccare desinens: q̄ nec digni sunt cibū istū
suauissimū degustare. Qđ maxime attendere habēt sacer

dotes illi, quor vita scandalosa est ppl'o. Vespere ebrij: vi
tio carnis/aut alteri⁹ peti macula irretiti: mane superficiali
cōfessione p̄missa/currūt ad altare: agnū dei imaculatū
devoraturi: deū inhonorātes: ppl'm celebrādo scādalizan
tes: ꝛ seipos misere in laqueos pditionis p̄cipitātes: nō
attendentes φ ꝓm doctrinā diui Diony. de ecclastica hie
rar. c. iij. eos q̄ in pnia sunt. i. nondū cōgruā cōmissis pctis
satisfactionē impleuerūt: ab hoc ministerio arcēdi sunt: q̄
licet a cōtraria vita discesserint: nondū tm̄ imaginū ipsius
habitu altiusi p̄sso caruere: ꝛ necdū amore diuino atꝗ
purissimo purgati sunt. Nō illi de sanguine agni postes li
niunt. Nam tūc in vtroꝗ poste agni sanguis ponit: qn̄ sa
cramētū passiōis illi⁹ cū ore ad redēptionē sumit. Ad imi
tationē ꝗ̄ intēta mente cogitat. Nā q̄ sic redēptiōis sacm̄
accipit: vt imitari passionē illius nedū velit: in vno poste
sanguinē ponit. Qui tm̄ etiā in superliminarib⁹ dom⁹ ponē
dus est. q̄ intētio cogitatiōis ad imitationē passionis dn̄i
ce est dirigēda. Siquidē dom⁹ habitationis nr̄e mens est:
in qua p cogitationes habitam⁹. Intentio vo superlimina
re est: q̄ cū in dn̄ica passione figitur: superliminare agni san
guine tingit. Carnes aūt agni crude comedende nō sunt
p malā fidē de sacro: nec cocte aqua p inanē philosophias
secularis ꝛ curiose sapiētie. Sꝫ asse tm̄ igne. i. affectu feruī
do spūssancti igne accenso. Caput cū pedib⁹ vorabitis/p
fitendo diuinitatē in christo altissimā: que locū capitis te
ner: ꝓm illō apl'i: Caput christi de⁹: ꝛ ipi⁹ terrenā hūanita
tē. Vbi pedes calceati: quoꝝ corrigiā iohānes soluere se cla
mauit indignū. Os nō cōfringetis ex eo violētia pscruta
tionis/ꝛ supuacue inquisitionis. Totū qō comedi nō pōt
p intelligentiā: igne spūssacti cōburetis p venerationem
amorosam. Sed sola redemptoris nostri pcepta sacra/ad
verā solennitatē mentis non sufficiūt: nisi eis ꝛ bona opa
adiungant. Quid em̄ prodest corpus ꝛ sanguinem illius
ore pcipere (ait Greg.) ꝛ eis puersis morib⁹ cōtraire? Vn̄
subdit: Et azymos panes cum lactucis agrestib⁹. Panes
azymos sine fermēto comedit: q̄ recta opa sine corruptiōe
vane glorie exercet: q̄ mādata misericordie sine admixtio
ne peccati adhibet: ne puerse diripiat: qō quasi recte dispē
sat. Lactuce vo agrestes valde amare sunt: cū quib⁹ sumē
dus ille est agn⁹. Amara. s. cōpūctione: qua nos pro pctis
nostris affligim⁹: quatenus ipsa amaritudo pnie abster
gat a mentis stomacho puerse humorem vite. Sed ꝛ inte
stina manducari debent: hoc est/verborū illius mystica et
occulta mandata: que tunc voram⁹: cū verba vite cū auidi
tate sumim⁹. In quo deuorationis verbo/q̄d aliud (ait
Greg.) ꝗ̄ pigritie nostre torpor reprehendit: qui ei⁹ ver
ba ac mysteria p nosipsos nō requirim⁹: ꝛ ab alijs audiri⁹
fastidi? Nō remanebit ex ipo aliq̄d vsꝗ mane: q: eius dicta
sunt magna solicitudine discutienda: quatenus priꝰ ꝗ̄
dies resurrectionis appareat: in hac p̄sentis vite nocte
oino illius mādata intelligendo ꝛ operando penetrent.
¶ L Sed q: valde est difficile/vt oīe possit sacrū elo
quiū intelligi: ꝛ oīe ei⁹ mysteriū penetrari: recte subiūgi
tur. Si q̄d aūt remāserit/igne cōburetis: qō tūc facim⁹: cū
ea que de incarnatiōis ei⁹ mysterio itelligere nō possum⁹:
prāti spūssci humiliter reseruam⁹: vt nō supbe q̄s audeat
vel cōtemnere vel denūciare/qō nō intelligit: sed hoc igni
tradit: cum spūisancto reseruat. Sequit. Sic aūt comede
tis. Renes vestros accingetis p castitatē. Nam qui pasca
comedit: corruptioni carnis p vitia nulla subiaceat: volu
ptatē edomet: carnē luxuria restrigat. Calceamēta habe
bitis in pedib⁹: exēpla p̄cedentiū ac defunctoꝝ patrū/opa
nostra quib⁹ ad vitā currim⁹/instruam⁹: ꝛ mortuoꝝ vitā cō
spiciētes/nostra vestigia a peti vulnere custodiam⁹. Tenē
tes baculos in manib⁹/scīt scꝫ spei: cōfidentes in ꝓtectiōe
altissimi. Et comedetis festinantes. i. cū auiditate ad pa
triā anhelantes. Nemo in hui⁹ vite itinere torpeat: ne in
patria locū pdat. Nemo ad appetēda studia moras innec
tat: sꝫ cepta pficiat: ne minime liceat implere/qō inchoat
q: pasca. i. transitus dn̄i est. Est em̄ sacramentū illud viati
cum: in cuius fortitudine ambulat in terrā promissionis.
Sic ergo manducaturus sit dispositus: vt transire sit pa
rat⁹: exire nō formidet ab hui⁹ exilij carcere: in quo detine
tur vt captiuus: sed amore celestis patrie aio anhelet ad
gloriā celestis hierl'm nobis certissime repromissam. Sic
suo mō alie hui⁹ sacri figure mysticari possunt ad accendē
dum affectū ad hui⁹ sacramēti reuerentiā ꝛ honorē. Verū
hic aliqua tāgunt: que requirunt de necessitate ad dignā
sumptionem: quedā de cōgruo: quoꝝ discretionem supra
lec. vij. viij. ꝛ ix. inuenies distinctam.

Panem celestem accipiā

ꝛ nomen dn̄i inuocabo. ¶ M Post sui humiliationē ac
indignitatis recognitionē/sacerdos nō velut desperās: sꝫ
spe diuini adiutorij/p subiunctā petitionē inuocari: q̄ hoc
salutis sacm̄ in remediū ꝛ nutrimētū pctōrib⁹ euertere se
cupiētib⁹ disposuit: se erigēs ad sumēdū hostiā salutarē/di
cit hanc orōnē quartā. Panē celestē accipiā. Panē celestē
nō factū de terre frumēto: sꝫ de sanguine virgineo: nō pi
stū in fornace p ardorē ignis: sꝫ coctū p feruorē dilectionis
in ara crucis. Panē celestē reficiētē angelos in btitudine.
Panē de celo descēdentē: vt nutriat mētes pauperū suoꝝ
in hac miseria ad celos aspirantiū. Accipiā/sperās in boni iob. xiiij.
tate dn̄i: cōfidens in ipsius dignificatione: qui solus pōt Mat. iij.
facere mūdū de immūdo cōceptū semine: ꝛ de lapidib⁹ fi
lios suscitare abrae: q̄ paruulos in oculis suis magnificat
eos vtiꝗ paruulos: q̄ nō in sua virtute cōfidunt: sed se to
tos in sui adiutoriū pijciūt. Nam ꝛ btūs Aug. de centurio
ne (cuius. s. habita est mentio) loquit. Dū (inquit) se cen
turio tantū villificaret: vt diceret se indignū christū sub te
ctū suū suscipere: cōfidentiā suā in christū iaciens: vt salu
tem suo seruo prestare absens potuisset: christus eū digni
ficauit: ꝛ sub tectū sui cordis introiuit: ipsuꝫ in fide illumi
nans ꝛ inflāmās. Cur ita? vt latius crederet christū sanas
se infirmos: mūdasse leprosos quos nō vidit: ꝗ̄ iudei q̄ di
uersa miracula ab ipso facta experimentaliter didicerūt.
Accipiā ꝛ ego sacerdos a dn̄o adhuc in mūdo peregrin⁹/
panē celestē: vt in ipsi⁹ fortitudine ambulē vsꝗ ad dei mō
tem. Accipiā ego egrotus ꝛ infirm⁹ panē celestē/cor hoīs
roborantē: vt a morbis cūctis merear p̄seruari. Accipiā
panē celestē ego famescēs ꝛ esuriens: quē qui gustauerit:
nō esuriet in eternū. Accipiā ego inquietus ꝛ anxius panē
celestem: qui cor stabilitat: ꝛ turbidos fluctus sedat. Acci
piā claudus ꝛ debilis panē celestē: inuitatus a rege magno
ad cenā: ad quā debiles ꝛ claudi sunt introducti. Et nomē
dn̄i innocabo: cū christo cenā in pane isto celesti faciēs: vt
misericordiam mihi exhibeat nūc habitās in celis: quēad
modū exhibuit secū cenantib⁹ habitās in terris. Hoc ipm Apoc. iij.
em̄ vt faciat/querit: Ego (inq̄t) sto ad ostiū foris pulsans
si q̄s audierit vocem meā: ꝛ aperuerit mihi ianuā: intrabo
ad illum ꝛ cenabo cuꝫ illo: ꝛ ipse mecū. Cenabat christus Math.
apud petrū ꝛ iohannē ꝛ iacobū: vbi socrus petri tenebat viij.
magnis febrib⁹. Imperauit febri christus: ꝛ surrexit conti Mar. i.
nuo socrus ꝛ ministrabat eis. Inuocabo ꝛ ego nomē dn̄i Luc. iiij.
sup me: vt christus cū quo ceno: immo quē māduco: pellat
a me febres spūales: cōpescat a me ardoreꝫ innaturalem
carnaliū delectationū: fuget calorem amoris mūdani: vt
cor meū reformet ad calorem naturalem amoris dei. Cō
uiua fuit christus in hoc sacramento cōtentus apud mat
theū: murmurabat iusticia falsa phariseoꝝ: videns mise
ricordie fontem cū pctōribus māducantē. Sed cōfusa est
vera dn̄i iusticia/dicente. Nō veni vocare iustos: sed pctō Mat. ix.
res. Inuocabo ꝛ ego nomē dn̄i: vt me pctōrem inter suos
electos vocet: ꝛ patri recōciliet. Manducauit item cum Lu. vij.
simone phariseo christus: hic sub specie panis velatus:
et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: attulit alaba
strum vnguenti: excepit lachrymis rigare pedes eius: ca
pillisꝗ suis tergere ꝛ perūgere. Iudicatus est a phariseo
dominus: quasi ignorans que et qualis esset mulier que
tangebat eum: quoniā peccatrix erat. Sed cōtempto pha

riſeo/mulieri dn̄s dixit: Mulier fides tua te ſaluā fecit.
Nihil ego cōtra dn̄m in ſacramēto ad me peccatorem venien-
tem infideliter murmurabo: ſed nomē ipſius intra me in-
uocabo: vt in fide qua panem celeſtē accipio: ſaluū me fa-
ciat nūc ⁊ in futuro. Intrauit chriſtus ſub his ſpēbus corpora-
Lu.xix. liter cōtentus in domum zachei/eū videre cupientis: et ob
hoc arborē ſycomorū aſcēdentis: murmurātibus nōnullis φ
ad hoiem peccatorem diuertiſſet. Sed ait dn̄s zacheo. Quia
hodie huic domui ſalus facta eſt. Et ego de aduentu dn̄i
gaudēs/nomē eius inuocabo: vt fiat ſalus aie mee p ipm
qui venit querere ⁊ ſaluū facere qđ perierat. Cenauit tā-
Lu.xxij. dem exiēs ex hoc mūdo cū diſcipulis ſuis/quibus ⁊ dixit. Diſ-
pono vobis ſicut ⁊ diſpoſuit mihi pater meus regnū: cōmit-
tens vt ſacramēti huius cōſecrationē ⁊ cōmunionē in ſui me-
Matth. moriā frequētarēt dicens. Hoc quotieſcūq feceritis in mei me-
xxvi. moriā facietis. Nō me cū iuda traditore a diſcipulorū cōſor-
tio exeūte a dn̄o ſeparabo: ſed nomē dn̄i inuocabo: vt hec
ſacratiſſimi corporis ſui māducatio ſit mihi ad regnū ſuū
preparatio ſalutaris. ¶ N His itaq a ſacerdote platis-
ſicas particulas duas in patena collocatas/imediate vel
mediāte patena in manus ad plationē ſtatim premiſſe ora-
tionis/Panē celeſtē accipiā/recipiēs: īclinato pauliſper cor-
pore/ſacerdos ſubſiſtit: ⁊ oēs ſuas cogitatiōes quārū poſ-
ſibile eſt vniendo/deuote ſe recolligit. Et ſicut corporales
oculos ad ſpecies ⁊ formas ſacramenti exteriores dirigit
Sic oculos fidei interiores/ad dn̄m noſtrū ieſum chriſtū
ſub viſibilibus ſpeciebus cōtentū: eiuſq ſacratiſſima paſſionis
⁊ redēptionis nr̄e myſteria: cuius in hac ſumptione memo-
ria pncipaliſſime recolit (vt dictū eſt lec.xxxvi.) cōuertat:
prout deuotio ppria/⁊ ſancti ſpūs vnctio docuerit medita-
do. Cuius exemplū aliqđ ponere non exiſtimo oino inutile.
Poterit ergo ſacerdos intra ſe nulla voce emiſſa cogitan-
do dicere. Eia miſericordiſſime dn̄e ieſu chriſte: eterni pa-
tris vnigenite fili: vnus cū eodē patre ⁊ ſpūſctō verus cōſub-
ſtātialis ⁊ naturalis deus: q pro peccatorū ſalute ex infinita cha-
ritate tua carnē ſumere: inter hoies apparere: ⁊ triginta
tribus annis grauiter laborare: ⁊ multipliciter fatigari dignatus
es: ⁊ tandē amariſſima paſſiōe precioſiſſimi ſanguinis ef-
fuſione/ac morte turpiſſima nos a morte ppetua pctīs et
penis liberare. In cuius ſaluberrime paſſionis memoriā/te
preſentem his ſpeciebus exhibere: teq cibū aie noſtre ac pi-
gnus ſalutis eterne tradere voluiſti: Reſpice in hac hora
in me peccatorem indignū: purga ⁊ ſanctifica me: vt te deum
meū creatorem ⁊ redemptorē merear digne ſumere. Bre-
uius quidē vel longius put gr̄a miniſtrabit. Et more quo-
rundā pectus tūdens/addat: Deus ppitius eſto mihi pec-
Luce catori. Quo verbo publicanus oculos ad celū leuare nō au-
xviij. dens/remiſſionē ſuorū meruit peccatorū. Dicens aūt deus/in-
tentionē dirigat ad cōtentū in ſacro chriſtū: ⁊ latria eum
adorans cū magna reuerentia/deuotione/timore ⁊ chari-
tate: mentiſq affectione ac deſiderio/ſacro ſanctū dn̄i cor-
pus ſub duabus illis particulis cōtētū: pro ſua ac totius eccl'ie
ſalute ſumat. Sumat aūt nō maſticādo dentibus: ppter evi-
tandū periculū/⁊ ſacramēti irreuerētiā: ne forte aliqđ ſa-
cramenti herens dentibus/poſt incaute expuatur: vel alijs cō-
munibus cibis miſceatur: ſed humectatis in ore ſpeciebus reue-
renter glutiēdo traijciat. Ipſo cibo in ore pro ſua humecta-
tione manente/ſic poterit meditari. Ueni in aiam ſerui tui
deus meus ⁊ dn̄s meus: meq tibi incorporare digneris:
vt mihi mori: tibi ſoli merear viuere. Hec aūt nō dico qua-
ſi neceſſario ſic fieri debeat ex eccl'ie ordinatione vel ſtatu-
to: neq p hec cōtēplationis ac deuotionis exercitia in pro-
ptu habentes informare preſumens: ſed pro quodā exem-
plo groſſo pro rudibus ⁊ nondū in ſpūalibus deuotioni-
bus aſſuetis interſerere curaui.

¶ Lectio.lxxxiiij. A

Sumpto venerabili

ſacramento ſub ſpeciebus panis de manibus vel patena/ſacerdos dicit:

Corpus domini noſtri ie

ſu chriſti cuſtodiat aiam meā in vitā eternā. ¶ Premiſſis
orationibus cōionem precedētibus/ſequuntur due inter cōmuni-
candū dici ſolite: Quarū prima reſpicit pceptionem ſacri
panis: Alia pceptionē ſacramēti ſanguinis: ⁊ ſm hoc diui-
ditur illa pars. Quia eñ primo ſumitur chriſtus ſub ſpēbus pa-
nis: ideo premittitur prima oratio ſpecialiter p ſalute obti-
nenda et pceptione dn̄ici corporis. Scđo idem ſumitur ſub
ſpeciebus vini: ideo premittitur ſcđa oratio pro obtinenda ſa-
lute et pceptione ſanguinis/ibi: Quid retribuā. ¶ Quo-
ad primū orat ſacerdos: Corpus dn̄i ⁊c. Corpus dn̄i p expia-
tione peccatorū totius mūdi in ara crucis immolatū. Corpus
dn̄i et dignatiſſima bonitate dei: pro viuificatione mūdi
ſub ſacro altaris chriſti fidelibus miniſtratū. Corpus dn̄i no-
ſtri ieſu chriſti/a me pro eterna beatitudine capeſſēda fi-
deliter ⁊ ſacramētaliter māducatū. Cuſtodiat/in vnitate
fidei catholice: ne myſteria altiſſima huius veri corporis
chriſti cogitās ⁊ nō capiēs/ab vnitate corporis chriſti my-
ſtici p infidelitatē recedā. Queādmodū qdā ex chriſti diſci-
pulis dū ſacratiſſima quedā ⁊ ardua de corpore chriſti ab
ipſo dei patris ſapiētia increata audierūt: ab eius magiſterij
doctrina retro abierūt dicētes. Durus eſt hic ſermo. Quō Joh.vi.
pōt nobis hic dare carnē ſuā ad māducandū? Per qđ cer-
te ab vnitate eccl'ie ſe preciderūt: q: in hereſim ex verbis
ſaluatoris ſcādalizati plapſi ſunt: vt dicit be. Aug. in expo-
ſitione pš. Cuſtodiat (inquā) rurſus corpus dn̄i māduca-
tū/animā meā/a plapſu in peccatū: ne in deteſtandā ingrati-
tudinē abeā de menſa dn̄i/inferendo cōtumeliā chriſto cū
iuda pditore nequiſſimo. Cuſtodiat demū corpus dn̄i no-
ſtri ieſu chriſti a me ſumptū: in vita ⁊ robore ſpūali animā
meā: vt cibatus ⁊ roboratus hoc cibo nobiliſſimo/cōtinuo
robuſtior ⁊ potētior fiam ad exercendū opa vite: vt qđ in
me extinguatur fames ⁊ ſitis carnaliū deſideriorū: ⁊ excitetur
cōcupiſcētia gaudiorū eternorū: p preguſtationē dulcedinis
que cōcedit corpus illud digne ſumētibus. Subditur ab aliq-
bus: Et pducat animā meā. Perducat potenter preſeruā-
do ab incurſione malignorū ſpirituū: qui exeuntes de hoc
mūdo cōſueuerūt acrius infeſtare. Animā meā in hora exi-
tus mei ex hoc ſeculo. Animā meā/cuius eſt cibus ſpūalis cā
nutriens/roborans/⁊ cōfortans: nō ſm ſuā eſſentiā ſiue
ſubſtantiā: ſed ſm dona ſpūalia ⁊ gratiā: que donatur aie in
digna corporis chriſti manducatione. In vitā eternā: hoc
eſt/in eternā beatitudinē: queādmodū heliā panis minis- iij.Reg.
ſtratus ab angelo cōfortauit: i cuius fortitudine ambulauit xix.
vſq ad mōtem dei. Queādmodū ⁊ panis q de celo deſcē-
dit: pduxit populū iſrl' p deſertū vſq ad terrā pmiſſionis
Ita oro o dn̄e/ vt hec eſca celeſtis ſit meū verum viaticū
ducens me per deſertum huius ſeculi/ad ſupernā patriā
fidelibus repromiſſam. B

Quid retribuā domino

pro oibus q retribuit mihi? Calicē ſalutaris accipiā: ⁊ nomē
dn̄i inuocabo. Laudās inuocabo dn̄m: ⁊ ab inimicis meis
ſaluus ero. ¶ Iſta eſt ſcđa oro q premittitur calicis ſumptio-
ni. Sicut eñ ſacerdos volens ſuſcipere corpus dn̄i ſub pa-
nis ſpecie/premiſit orationē p ſua humiliatione: recogno-
ſcendo ſuā indignitatē ad digniſſimi corporis pceptionē/
dicens: Dn̄e nō ſum dignus ⁊c. Ita pcedens ad ſumptionē
ſacratiſſimi ſanguinis chriſti ſub ſpeciebus vini/pro ſui hu-
miliatione indignitatē ſuā iterū recognoſcit: fatendo ſe ni-
hil habere ex proprijs: qđ dn̄o poſſit pro tanto beneficio
preſtito retribuere/dicens. Quid retribuā dn̄o. Et diuidi-
tur in tres particulas. In prima recognoſcit ſacerdos ſuā
inſufficientiā retribuendi pro acceptorū beneficiorū colla-
tione. In ſcđa oſtendit gratitudinem in accipiendo dn̄i
beneficiū/cum ſui nois laude ⁊ inuocatione/ibi: Calicē ſa-
lutaris. In tertia oſtendit ſuā cōfidentiā quā habet ex vir-
tute dati beneficij in nociuorū preſeruatione/ibi: Et ab ini-
micis meis. ¶ Quoad primū dicit: Quid retribuā dn̄o.

quasi dl. Quid ego cinis ⁊ puluis/plasma ⁊ figmētū cōdi
toris/homo vilis ⁊ fragilis/vacuus virtutib⁹/plen⁹ vitijs.
Quid retribuā mercedis ⁊ p̄emij de meis virib⁹/de meis
bonis/de meis possessionib⁹/dn̄o vniuersoꝝ: cui⁹ est terra
⁊ plenitudo eius: orbis terrarū ⁊ vniuersi q̄ habitāt in eo.
Qui bonoꝝ meoꝝ nō indiget: qui diues est in oēs: qui nec
ditior ex ꝑ me sibi oblatis constituit̄: nec si oīa sibi subtrate
ro: pauperior efficit̄. Immo ꝯo cui sicut nihil subtrahi pōt
(ipso dicēte: Quia oīa dedit pater in manu ei⁹. Jo. xiij.)
ita nec addi quicq̄ potest: q: in ei⁹ ditione cūcta sunt posi
ta. Hester. xiij. Pro oībus/beneficijs scz: quoꝝ numerus ⁊
immensitas modū superat ⁊ sensum. Quis eñ cogitare
poterit trinitatis opa sup nos ab initio mūdi vsq; in finē:
vt videat q̄ sollicita fuerit illa maiestas: cui administratio
pariter ⁊ gubernatio seculoꝝ incumbit: ne nos perderet
in eternū. Et potenter quidē oīa fecerat: ⁊ sapiēter oīa gu
bernabat: vtrarūq; rerū tam potentie q̄ sapientie/signa
manifestissima tenebant̄ in creatione ⁊ gubernatione ma
chine mūdialis. Sed nec latere potuit bonitas: cū oīs hec
gubernatio ad hoīs vtilitatem tenderet. Respice inquit
venerabi. Hugo de arra aīe. Respice vniuersum mundū:
⁊ cōsidera si aliq̄d sit in eo qđ tibi nō seruiat. Oīs natura
ad hunc finē cursū suū dirigit: vt obsequijs tuis famulet̄
⁊ vtilitati deseruiat: tuisq; oblectationib⁹ pariter ⁊ neces
sitatibus ſm affluentiā indeficientē occurrat. Hoc celum:
hoc terra: hoc aer: hoc mare/cū his que in eis sunt vniuer
sis/explere nō cessant. Hoc circuitus tēpoꝝ annuis inno
uationibus ⁊ rediuiuis partub⁹ antiqua innouās: dilapsa
reformans: cōsumpta restaurans: pastu ꝑpetuo subminis
strat. Magna sunt hec q̄ dn̄s tribuit sustentando corpori
sed multo maiora impendit saluande aīe q̄ perierat. Qđ
dedit mihi pater maius oībus est. inquit. ⁊ hoc ipm ꝓ me
ac ceteris oībus dedit. quid hoc? Seipsū dedit. Neq; eñ
a se est filius: sed a patre qui essentiā infinitā oībus maio
rem dedit. Et quō se dedit? Audi Bern. in ser. ij. de pente
co. Verbū dei (inquit) in sublimi cōstitutū: vt ad nos de
scenderet ꝓpria benignitas inuitauit: misericordia traxit:
veritas qua se ꝓmiserat venturū cōpulit: puritas vteri vir
ginalis suscepit: salua virginis integritate potentia edu
xit: obedientia in oībus deduxit: patientia armauit: chari
tas vbis ⁊ miraculis manifestauit: ac vitā suā ꝑ singulos
etatū gradus/infantie/pueritie/adolescentie/iuuentutis
nobis dedit. Adijciens mortē/resurrectionē/ascensionem
ac spūssancti missionē: vt sua conceptio mūdet nostrā: sua
vita instruat nostrā: mors sua destruat nostrā: resurrectio
sua precedat nostram: ascensio sua preparet nostram: mis
sus spiritus suus adiuuet infirmitatem nostrā. Ut quoq;
hec oīa in ꝑpetua maneant memoria: ⁊ in effectu atq; fru
ctu noua: etiā seipm in cibū nobis tradidit in viuifico sa
cramento: quo oīm p̄missoꝝ bonoꝝ recenti efficacia ani
mā nutrit: reficit ⁊ impinguat. Illa sunt bona ineffabilia
quib⁹ vt breui verbo cūcta cōcludā. inquit Ber. nihil me
lius inuenire poterat/vnde nos redimeret sapientia dei/
in oīmi sapientia sua. Nā oīa tribuit trinitas bn̄dicta. Pa
ter vt seruū redimat: filio nō parcit. Filius seipm liberissi
me tradidit: ⁊ ipse spūs postulat pro nobis gemitib⁹ ine
narrabilib⁹. ¶ E Hijs oībus cōdigne respondere sacer
dos nō valens/recte ait: Quid retribuā dn̄o pro oīb⁹/scz
bonis/que retribuit: nedū oībus generaliter in his q̄ pre
dicta sunt: sed ⁊ specialiter mihi? Mihi inquā in mee sue
creature benigna conseruatione: in longanimi mee cōuer
sionis expectatione: in boni ꝓpositi inspiratione: in sacra
mentoꝝ suoꝝ ablutione: in eucharistie suauissima refectio
ne. Retribuit inquit. Retributio actus est eius q̄ ab alio
beneficiū aliquod accipit: qđ retribuendo ꝑ aliud recom
pensat. Sed quid ego tribui dn̄o/vt bona illa magnifica
retribueret ⁊ mihi? Si boni q̄d cogito sibi rependere: ab
ipso immittit̄ cogitatio: q: nō sumus sufficiētes aliquid co
ij. cor. iij. gitare a nobis/ quasi ex nobis: sed sufficientia nr̄a ex deo
est. Si boni quid operatus sum vt sibi retribueretur; id re

cepi eo donatore. Omne nāq; datū optimū: ⁊ oē donū Jaco. j.
pfectū desursum est/descendens a patre luminū. Si sibi
seruiendo/mandata sua executus sum: nulliū profectū sibi
attuli/ipso teste: Cū feceritis quecūq; precepta sunt vobis Lu. xvij.
dicite: Inutiles serui sum⁹. Et breuiter quecūq; bona ob
tuli/ab eo recepi: nō ipse donaui. Quid habes qđ nō acce j. cor. iiij.
pisti? ait aplus. Quid igit̄ dedi dn̄o pro his que retribuit
mihi? Nihil pfecto ex me: nihil meū reperi: nihil proprium
possedi. Unū est qđ preter te habeo o dn̄e: scz peccatū. Hu
ius tu nō es autor: sed ego perpetrō. Tu mihi id nō tribuisti:
sed ego sine te id pfeci. Sine te factū est nihil. ait Johānes
Nihil idest peccatū ſm glo. beati Aug. Retribuisti igitur
mihi hec/⁊ alia innumerabilia bona pro meis malis: pro
meis pctis. Nihil erā/qđ est malū entis ꝑuatio. Et me bo
nū aliqđ/ens aliqđ fecit tua potentissima creatio. Pecca
ui in adā tui mādati preuaricatore: ⁊ me redemisti in chri
sto ꝑditoꝝ saluatore. Peccaui in meipso ex ꝑuersa mea vo
lūtate: nec statim me ꝑdidisti ex tua benignitate. Peccaui
⁊ malū corā te feci: ⁊ tu ignouisti/ac penitentiā inspirasti.
Defeci: esuriui: ⁊ sitiui ex viriū mearū tenuitate: tu me pa
uisti ⁊ potasti proprio corpore ⁊ sacratissimo tuo sangui
ne. Ecce soli in me defect⁹ inueniunt̄: ⁊ nō nisi bona excellē
tissima retribuunt̄: bona ergo pro malis que meruimus/
tribuunt̄: quos pro malis punire poterat/bonis suis ob
ruebat: nō tamen bona ista nostra mala meruerunt. Sed
quō retribuunt̄: aut cui⁹ merito/si nō meo? Meis eñ me
ritis nō bona debētur: sed pena. Certe merito dn̄i mei qui
prior dilexit nos: ⁊ q: dilexit/male meritis nostris suo me
rito bona cūcta cōpensauit. Sic retribuit. Iterum tribuit
gratiam pro gratia. Gratiam iustificationis gratis omni
no tribuit/qua mereri poteram⁹: ⁊ pro gratia qua iustifica
ti sumus ⁊ opera meritoria egimus/gratiam vberiorem/
qua cresceremus/roboraremur/magnificaremur/retribuit.
Quid igit̄? Nūquid hos defectus meos iterabo/tāta reci
piens bona? Absit. Impie ⁊ inique volūtatis est/mala ꝓ
bonis retribuere. Quid igit̄ retribuā: qui nihil propriū ni
si defectus habeo? Certe ne laqueis ingratitudinis irre
tiar: beneficiū a te gratis prestitū/gratus recipiam: ⁊ ad
dandū beneficia ampliora te prouocabo. Nam Cassio. te
ste: Spem de futuris bonis recipit: qui transacta benefi
cia recognoscit. Inuitatur ad magna: qui grātanter acci
pit modica. Accipiam igitur beneficiū domini magnū cū
magna gratitudine: quod accipiendū instituit ex magna
charitate. Hinc sequitur secūda pars presentis orationis.
¶ D Calicem salutaris accipiā. Accipiā/sitibūdus ⁊ ex
defectu humoris gratie: ⁊ roris benedictionis diuine. Ca
licem/vt inde refocillationem capiam: ne ambulans iuxta
fontem hui⁹ liquoris saluberrimi/peream ex negligentia
⁊ desidia accedendi. Accipiā ego aridus ad fructificandū
calicem salutaris/ex quo scaturit aqua: quā qui bibit non
sitiet in eternū. Accipiā ego immundus: ⁊ peccatoꝝ sordi
bus maculatus: calicem salutaris: vt in ipsius puritate fe
ces peccatoꝝ absterganf: vnusq; esse merear eoꝝ/qui laue
runt stolas suas in sanguine agni. Accipiā ego ambulatu
rus ꝑ viam grandem: que restat ad celestem patriam: cali
cem salutaris: ne in via deficiam cū filijs israel proficiscen
tibus ad terram promissionis: quibus nisi aqua meritis
moysi fuisset ministrata: de petra deserti quā percussit: siti
miserabiliter perijssent. Accipiam ego cecitate peccatorū
ꝑcussus/calicem salutaris: vt oculi rationis mee illustren
tur: quēadmodū longino latus domini ꝑforanti: sanguis
de pectore dn̄i decurrens visum: vt historie referūt: resti
tuit oculoꝝ: ⁊ mentem ei⁹ fide vt christū dei filiū crederet:
illustrauit. Accipiā calicem salutaris. i. christi sanguinem:
quē discipulis suis in cena vltima ministrauit/dicens: Bi
bite ex hoc oēs: Hic est calix sanguinis mei: sanguinis quē
in cruce pendens largiter effudit: dum vnus militum la
tus eius lancea perforauit: ex quo continuo sanguis et
aqua exiuit. Sanguis quē in sua gloriosa resurrectione ꝓ
integritate nature sue mirifice reassumpsit. Sanguis quē

in memoriā sue passionis sumēdū nobis cōmendauit/di-
cens. Hec quotiēscūq; feceritis/in mei memoriā facietis.
Salutaris.i.christi nr̄i saluatoris:q̄ q: est nr̄e salutis repa-
rator ⁊ autor:vere salutare nostrū appellat᷑. Vn̄ Symeō:
Viderūt oculi mei salutare tuū.i.christū saluatorē. ⁊ Luc.
iij.dicit᷑: Videbit oīs caro salutare dei. Salutaris nāq; dr̄:
quasi salutē optans vel desiderās: qđ de nemine dici pōt
sicut de christo:q̄ tantū nostrā salutē desiderauit: vt ꝑ ea
passionē subiit:ac sanguinē ꝓpriū fudit. ¶ Vel pōt aliter
exponi: Accipiā calicem salutaris.i.sanguinē salutaris in-
transitiue.i.sanguinem christi qui est salutaris:q: salutem
nostrā effecit:dū in cruce fusus nos deo patri recōciliauit.
¶ E Sequit᷑ tertia pars. Et nomen dn̄i inuocabo: vt san-
guis ille salutaris in se/fiat mihi salutaris: me liberādo a
pctis:q̄ pro multis effusus est in remissionē pctōꝝ. Nomē
dn̄i inuocabo, calicē salutaris accipiens: vt veniat sup me
sanguis ille sacratissimꝰ cū benedictiōe: quē sup se spargi
insani iudei postulabāt: Sāguis eiꝰ inquiūt/sup nos: ⁊ su-
per filios nostros. ¶ Sequit᷑: Laudans inuocabo dn̄m.
Laudās christū de tāta bn̄ficētia exhibita: quo nedū hunc
sanguinē fudit:sed ⁊ ip̄m in potū salutarē nobis dedit. Et
quis nisi ingratissimꝰ ⁊ irreligiosus ꝓ tāto bn̄ficio nō lau-
daret christū dn̄m: Seuerꝰ dn̄o seruū suū iudicat:q̄ benefi-
cia eius suscipiēs/dn̄m nō extollit: aut se bn̄ficiis indignū
indicat: beneficētiā dn̄i laudibꝰ nō agnoscēs. Laudās igit᷑
inuocabo dn̄m/sumendo hoc magnificū beneficiū. Et ab
inimicis meis saluꝰ ero: ex virtute dati bn̄ficij. Habet eīm
virtutē magnificā sanguis ille salutaris. Extinguit quidē
ardorē carnalis cōcupiscentie: remittit fomitē pctī: cuiꝰ est
motꝰ inordinatos excitare: ⁊ ꝑ hoc valet cōtra inimicū in-
traneū/qui est ꝓpria caro. Rursus iebriat mentē sanguis
ille potatꝰ celica dulcedine. recolligit vires aie: ⁊ in christi
vulnera potantē trāsmittit: vt illa cōtēplet᷑: ex quibꝰ tanq̄
fontibꝰ vberrimis sanguis ille ꝓfluxit: ⁊ ꝑ hoc valet cōtra
inimicū extraneū: mundū videlz q̄ mentē dispergit ꝑ va-
na desideria: ꝑ caducos honores ⁊ potentatus: quibꝰ in-
herens a christo sanguinem fundente elongat᷑. ¶ Demū
accendit cor ⁊ inflāmat affectū: vt bn̄ficio ꝑ amorē ⁊ dile-
ctionē iungat:q̄ nō nostris meritis: sed sua gratuita volū-
tate sanguinē illū potabilē sub speciebꝰ vini ministrauit: ⁊
ꝑ hoc valet cōtra inimicū pessimū/diabolū scʒ: qui mentē
ab amore christi reuocat/eāq; facit supbire: vt sicut ipse su-
ꝑbiendo a btitudine corruit: sic ⁊ illa ab eadē ꝑ supbiā se-
parat᷑. Sic igit᷑ laudans inuocabo dn̄m in sumptione pre-
ciosi huiꝰ calicis ⁊ viuifici christi sanguinis: vt saluꝰ fiam
ab oībꝰ inimicis meis ꝑ dn̄i singularē ꝓtectionē: cuiꝰ nomē
magnificū cū laudibꝰ inuoco: ⁊ ꝑ virtutem sanguinis dn̄i
quem bibam: ꝑ quem facti sumꝰ ꝓpinqui dn̄o: q̄ ab eodem
Eph.ij. longe distabamus/dicente aplo: Nunc aūt in christo iesu
vos qui aliqn̄ eratis longe/facti estis prope in sanguine
christi. Dum aūt sacerdos orationē hanc profert/dicens:
Calicem dn̄i accipiā: Calicē ip̄m detectū:facta prius deuo-
ta inclinatione: tota cū deuotione reuerenter in manꝰ su-
mit: summa ⁊ omī qua valet mētis puritate: semotis pere-
grinis cogitatibꝰ: soli dn̄i sanguinis effusioni in cruce pro
se ⁊ toto genere humano facte intētus: ip̄m christi sangui-
nem preciosum sub vini specie latentem: fideliter ⁊ caute
vna cū particula sanguini cōmixta sumat. Hec aut similia
animo meditando: Refice dn̄e iesu aīam meā ꝑfecta refe-
ctione preciosissimi cibi ⁊ potus: vt ꝑ eam ad ꝑfectissimā il-
lam regni tui refectionē ꝑuenire merear: vbi te non iā sub
mysterioꝝ symbolis: sed clare facie ad faciem/ ⁊ videre et
frui merear in eternū. Sumpto aūt calice caute vt nihil in
eo ꝑmaneat: dicit orationem que sequitur. F

Sanguis domini nostri

iesu christi custodiat animā meā in vitam eternam Amen.
¶ Post orationes quas cōmunioni interseruit: sequunt᷑
alie orationes quas sumpte cōmunioni sub vtraq; specie
supaddit. Et diuidit in duo. Nā primo facit orōn em sum-

ptionē sacri sub speciebꝰ vini specialiter respicientē. Scđo
addit orōnes sacrm̄ sub vtrisq; speciebꝰ sumptū cōcernen-
tes/ibi: Corpus tuū dn̄e qđ sumpsimus. ¶ Circa primū.
Sicut post sumptionē corporis/facta est orō ꝑ salute spe-
randa ex eiusdē corporis māducatiōe: ita post potationē
sanguinis dn̄i/subiūgit᷑ orō ꝑ salute ꝑcipienda: ex eiusdē
sanguinis sumptiōe. Vn̄ dicit: Sanguis dn̄i: q̄ est fons et
lauacrū nostre emūdationis ⁊ scificationis: vt dicit Pau- Ad titū
lus. Sanguis dn̄i qui est preciū nr̄e redēptionis ac repara- iij.
tionis: vt ait Petrus. Sanguis dn̄i nūc a me potatus: vt j. Pet.ij.
calix bn̄dictiōis. Custodiat: in vite innocētia: ⁊ cordis pu-
ritate: ne post ipsius sumptionē recedā a discipulatu chri-
sti: sanguinē istū purissimū ꝑ mortalia pctā inhonorās: si-
cut fecit iudas ꝓditor: post huiꝰ cibi refectionē ⁊ sanguinis
potationē: a cōsortio christi discipuloꝝq; eiꝰ se separans:
quē sumpsit in mysterio: tradidit pro vili precio: ipso infeli- Matth
citer cōfitente. Peccaui tradēs sanguinē iustū. Custodiat xxvij.
ab illa ꝑcussione ⁊ plaga dn̄i: ne ꝑmogenita mea/ bona.s.
opa preterita ꝑ superueniēs malū extinguant᷑. Sicut olim
sanguis figuralis agni paschalis imolati postibꝰ ⁊ supli-
minaribꝰ domoꝝ illitus filios israel custodiuit ab angelo
egyptioꝝ primogenita ꝑcutiente. Dignū rebellibꝰ iudiciū
dn̄o faciēte. Exo.xij. Custodiat in fortitudine ⁊ robore spi-
rituali: vt intrepidus aggrediar virtute huiꝰ sanguinis ad
pugnādum cōtra vitia ⁊ bestias infernales: quēadmodū
sed totū corpus dñicū oris polluti immūdicijs inuoluūt:
et in latrinā fedissimā facinorose pscientie traijciūt. Quid
minus ingratissimis iudeis rogo faciūt: nisi q̄ hi sciēter:
illi iudei egerūt ignorāter. hi spūaliter polluūt: illi corpo-
raliter fedauerūt? Cōstat dñm spūalem magis abomina-
ri immūdiciā q̄ corporalē: et ideo nō immerito in iudiciū
cadūt iudeorū ſm apłm. Iudiciū sibi manducant et bibūt.
Quale iudiciū? Desertionis certe et excecatiōis. Deserunt
em̄ ampli⁹ a gr̄a: et iō magis obdurant. Perdunt lumē co-
gnitionis: et ideo pfundius excecant. Qḋ recte in manna
significatū est: nā a calore solis liq̄fiebat: et a calore ignis
obdurauit. Exo. xvi. Ita cibus salutaris q̄ p calorē amo-
ris diuini solis cōtinue liquefieri debuit p effectū. i. resol-
uere animū in deū: p calorē ignis cōcupiscentie indurat. i.
cor indurat p desertionē. ad qḋ sequit excecatio: ſm illud
ps. Supcecidit ignis et nō viderūt solem. Ignis haud du- ps. lvij.
biū quin cōcupiscētie: et nō viderūt solē iusticie. ¶ F Cō-
paratur tertio peccm̄ indigne sumptionis peccō crucifigen-
tiū. Crucifixores quippe innocentē dñm: qui sponte se ob-
tulit pro salute oim ipsi malicīose occiderūt ad pprīū inte-
ritum. Et sanguinem quē dñs fusurus erat ex charitate ni-
mia in preciū redemptionis: ipsi effuderūt p inuidiam in
penā sue dānationis. Ita et indigne cōicantes passionis
christi et mortis sue memoriale: qḋ ipse vt medicinā saluta-
rem peccōrū expiationem nimio amore reliquerat: ac fre-
quentate preceperat: quantū ad seipsos frustrant et eua-
cuant: nō diligentes nec passionis mysteria: virtutes et exē

pla remenorãdo imitantes: sed cõtemnentes in pnicidem
suã sumũt. Vnde plane aplũs inqt. Quicũq3 mãducauerit
panem ꝛ biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et
sanguinis dñi. Glo. iterli. Mortis christi penas dabit: vel
de bonis male sumptis maculas trahit. Clamant hi san
guis eius sup nos. Vere sup se. i. contra se sanguinẽ christi
aduocãt: q̃ eiusdẽ sanguinis p̃ciosa mysteria polluto cor
di infundũt. De iudeis crucifixoribꝰ dicit. j. Cor. ij. Si regẽ
glie cognouissent: eum vtiq3 nõ crucifixissent. Hi aũt q̃ q̃
christũ in fide recte intelligãt: ipm tñ indigna sumptione
crucifigere nõ erubescunt. Vñ nec illud benignitatis ver
bũ audire merent. Pater ignosce illis: q2 nesciũt quid fa
ps. lxviij. ciunt. De his p pphetã dñs cõquerit: Sup dolorẽ vulne
rum meoꝝ addiderũt: q2 de die in diem irreuerentiã irre
uerentie supaddũt. Vñ ꝛ recte de eis dici põt verbũ illud
lamentantis patriarche iacob ex psona patris. Fera pessi
ma deuorauit filiũ meũ. Gen. xxxvij. Nõ manducant: sed
deuorant / dum sine discretione / sine reuerentia / sine amo
re ꝛ sine sapore velut canes rabidi degluriũt. ¶ Sed que
Act. xij. pena crucifixores dñi secuta est. Siquidẽ herodes ꝛ pila
tus mala morte interierũt. Ille nãq3 pcussus a dño cõsum
ptus a vermibꝰ expirauit. Iste vo referentibꝰ historiis / se
ipsũ interemit. Quãti deniq3 iudeoꝝ impñ dati sunt pro
Esa. liij. sepultura: ꝛ diuites pro morte sua / ẽm esaie vaticiniũ. Io
sephus late describit de iudaico bello. Sic ꝛ indigne su
mentiũ penas aplũs exprimit. Ideo inquit inter vos dor
miũt multi: morte scilꝫ subitanea pcussi: vt dicit Lyra. Ita
eñ freqnẽter puniti fuerãt in primitiua eccla: qd ñ hodie
nõ videmꝰ tam frequenter accidere: nihil inde gaudendũ
sed multo magis timendũ: ne tpales penas dñs retrahat
vt eternis acrius puniat. vñ. ij. Mach. vj. d2. Multo tpe
nõ sinere pctõribꝰ ex snia agere: sed statim vltiones adhi
bere / magni beneficij indiciũ est: vt nõ eos: cũ dies iudicij
aduenerit: in plenitudine pctõꝝ puniat. ¶ G Et quan
ps. lxviij. tum ad oia hec / ppha nõ optãdo: sed pphetãdo ait. Fiat
mensa eoꝝ corã ipsis in laqueũ ꝛc. Eoꝝ / quoꝝ eorũ? Eorũ
certe qui dederũt in escã dñi fel: in eucharistia ẽm glo. ꝛ in
siti sua dñm potauerũt aceto. Sitiuit in cruce. sitit adhuc
nostrã iusticiã / cõuersionẽ / amorẽ / salutem. Vñ ꝛ cõuiuiũ
ꝛ refectionẽ nobis preparauit: cibũ dans suauissimũ pro
prij corporis: potũ ois languoris sanatiuũ sui preciosi san
guinis. Sed indigne sumentes miscent cibo fel fraterne
amaritudinis acrioris: ꝛ acetũ frigidi teporis obstupesce
re faciens dentes meditationũ sanctarũ. ¶ Cõtra quos
penas ꝛ maledictiones duodecim indigne sumentiũ pre
nũciando enumerat p suũ pphetã que sequunt eos: nisi p
dignã penitentiã resipiscant: cõformiter ad numerũ duo
decim fructuũ / qui cõsequunt dignã sacramenti sumptio
nem. Qui sunt pctõꝝ illaqueatio: dãnationis preparatio:
scandali suscitatio: mentis excecatio: tentationis immer
sio: ire dei puocatio: vite presentis abbreuiatio: gratuitoꝝ
spoliatio: pctõꝝ cumulatio: in pctis obstinatio: perpetua
desertio: finalis ab electis separatio. Hec oia suo ordine p
pheta psequit / postq̃ in psona dñi contra aduersarios la
mentatus est. Dederũt in escã meã fel: ꝛ in siti mea pota
uerũt me aceto. Retributionẽ quã ex hoc meruerũt subiũ
git. Fiat mensa eoꝝ coram ipsis in laqueũ / scꝫ pcti: quoad
primũ. Et in retributiones / scꝫ damnationis quoad scdm.
Et in scandalũ / quo impingentes irruant in pctm: quoad
tertiũ. Obscurent oculi eoꝝ ne videant / scꝫ verũ solẽ illu
minantem ad viã vite: quoad quartũ. Et dorsum eoꝝ sem
per incurua / pondere videlꝫ tentationũ: quoad quintum
Effunde sup eos irã tuã: ꝛ furor ire tue cõprehendat eos:
ad accipiendũ de eis vindictam: quoad sextũ. Fiat habita
tio eoꝝ deserta / p vite presentis ablationẽ: morteq3 subitã
quoad septimũ. Et in tabernaculis eoꝝ nõ sit q̃ inhabitet
idest templo ꝛ regio palatio inhabitet deuoto mentis af
fectu p gratuitorũ spoliationẽ: quoad octauũ. Et sequit.
Appone iniquitatem sup iniquitatẽ eoꝝ: vt pctm indigne
sumptionis suo põdere trahat ad aliud: ad aggregandũ

cumulũ pctõꝝ. quoad nonũ. Et non intrent in iusticiã tuã
relinquendo suam: sic q̃ maneant obstinati in sua iusticia
apparente / que est maxima iniusticia: ex cõione iustos se
ostendũt: q̃uis pcã: q2 indigne accedunt: magis in pctis
obfirment: ꝛ portas vere iusticie sibi claudunt: quoad de
cimũ. Deleant de libro viuentiũ / p eoꝝ ppetuã desertionẽ
in peccatis: quoad vndecimũ. Et cũ iustis nõ scribant / per
eoꝝ ppetuã separationem a iustis ad vitam eternã prede
stinatis: in finali ouiũ ꝛ hedoꝝ separatione: quoad duode
cimũ. ¶ Et his aliquatenus põt cõsta pctm indigne sum
ptionis p pctõꝝ grauitatẽ ad que cõparat. ¶ H Sed si
queris an pctã ad que cõparat sint simpliciter grauiora:
vel eque grauia: gfa exempli. Vtrũ pctm traditiõis iude
simpliciter sit grauius indigna sumptione: vel econuerso.
¶ Pro cuiꝰ solutione aduertendũ post sanctũ Tho. par.
iij. q. viij. arti. v. Pctm vnũ põt dici graue seu grauius: vel
ex obiecto: vel ex circũstãtia. Prima grauitas d2 grauitas
peccati ex genere siue per se. Scda dicit grauitas pcti per
accidens siue ex circũstantia. Loquendo de grauitate pec
cati ex genere / hic est ordo grauitatis pctõꝝ: q2 oĩe pecca
tũ aut cõmittit in deũ: aut in creaturã / siue proximũ. Nũc
ergo ex parte obiecti / oia peccata in deũ cõmissa grauiora
sunt pctis cõmissis in creaturã. Pctã cõmissa in deum sunt
duplicia: q2 aut cõmittunt in naturã diuinã / vt infidelitas
blasphemia / odiũ dei i se / idololatria / ꝛ similia: ꝛ illa sunt
simpliciter maxima pctã ex parte obiecti. Aut cõmittunt
in humanitatẽ christi. Et hoc dupl'r: aut in humanitatem
christi manifestam: vt crucifixio christi: eius flagellatio ꝛc.
Aut tectam specie sacrali: vt indigna sumptio: vel celebra
tio / cõtra ordinẽ institutũ. Peccata ergo cõmissa in huma
nitatẽ christi manifestã: vt visibilis ãbulauit in terris sunt
grauiora / q̃ ea q̃ cõmittunt in sub sacro latentem. ¶ Pa
tet ergo q̃ simpliciter / ꝛ quantũ ad genus pcti / grauius
est hoc pctm indigne sumptionis oĩ pctõ cõmisso in pri
mũ: vt grauius homicidio / spoliatione / adulterio / sacrile
gio / incestu / traditione psone / ciuitatis ꝛc. Sed pctã cõmis
sa in deitatem sint ꝛ in humanitatẽ christi aperte ꝛ manife
ste sunt grauiora. ¶ Ex circũstantia vo pctm est grauius
altero ex parte ipsius peccantis: vt q2 ex ignorãtia / vel in
firmitate / aut certa malicia. Ex cõtemptu vel ex surreptio
ne: ex magna vel modica libidine: ꝛ ita de alijs circũstan
tijs. Et ẽm hoc põt pctm in primũ vt latrocinium esse gra
uius: q̃ indigna sumptio: vt si non sit ex temeritate. sed ti
more cõfusiõis aut pene. Sic etiã stat q̃ indigna sumptio
sit magis pctm / q̃ infidelitas: aut blasphemia: vt quãdo
ex maiori cõtemptu / ꝛ infidelitas nõ sit primaria: sed cõtingit
ex aliqua deceptione. Et ita patet respõsio ad quesitũ. Et
tantũ de illo dubio quarto. ¶ I De dubio quinto tangẽ
te frequentationẽ huiꝰ sacramenti: videlꝫ vtrũ expedit fre
quenter cõicare. Et vt specialius querat: põt esse dubium
vtrũ existẽti in statu in quo põt laudabiliter celebrare vel
cõicare: in quo etiã põt laudabiliter abstinere: melius sit
abstinere q̃ accedere vel celebrare. ¶ Et arguit primo q̃
neutrũ sit alio melius. Nã dicit Aug. lib. de eccle. dogmati
bus: ꝛ habet de cõse. dist. ij. quotidie. Quotidie euchari
stie cõionem accipere: nec laudo: nec vitupero. Sequitur.
Si dixerit quispiã nõ quotidie accipiendũ eucharistiam:
alius affirmat quotidie: faciat vnusquisq3 qd ẽm fidẽ suã
pie credit faciendũ. Neq3 eñ litigauerũt inter se: aut q̃sq̃
eoꝝ se alteri preposuit zacheus / ꝛ ille centurio: cum alter
eoꝝ gaudens in domũ suã suscepit dñm. Alter dixit. O do
mine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum. Ambo
saluatorem honorificantes: q̃uis non vno modo. Ambo
peccatis miseri: ambo misericordiã consecuti. Ad hoc va
let q̃ manna ẽm propriam voluntatem in ore cuiuscunq3
sapiebat. Ex hac autoritate colligitur q̃ neutrũ alteri pre
fertur in casu posito: accedere scilicet ꝛ abstinere. ¶ Pre
terea multi sanctorum spiritum dei habentium refuge
runt sacerdotium: ne cogerentur celebrare: vt beatus
Marcus euangelista: qui sibi pollicem amputasse dicitur

vt sacerdotio reprobꝰ inueniref: vt dicit Hiero. in ꝓlogo sup marcū. Sic btūs Franciscus: btūs Bñdictꝰ, ⁊ plerīq alij ad sacerdotiū ꝓmoueri recusabāt. Quidā etiā vocati humiliter paruerūt, officiū sacerdotale amplectentes: et hostiā sacratissimā quotidie offerētes. Nā ⁊ btūs Cassio. narnensis epūs: q̄ quotidianū deo sacrificiū offerre cōsueuerat: seq̄ i lachrymis inter ipsa sacrificioꝝ arcana mactabat: mandatū dñi suscepit dicētis. Operare qđ oparis: nō cesset pes tuus: nō cesset manus tua: natali aplōꝝ venies ad me: ⁊ retribuā tibi mercedē tuā. Qui post septē annos ipso aplōꝝ natalitio: cū missarū solēnia ꝑegisset: e corpore exiuit: vt testat btūs Greg. iiij. dial. c. vlti. Sancti autē in vtroq̄ credunt placuisse deo, ⁊ nō errasse: neq̄ in virtutibus dispares fuisse: vt dicit Chryſ. In sctis ait, fuere pares virtutes: dissimiles pugne: gloriose victorie: ideo videtur vtrūq̄ eque fore cōmendabile. ¶ K Deinde arguit q̄ melius sit ꝓpter accedentis humilitatē ⁊ sacri reuerentiā ⁊ dignitatē abstinere q̄ accedere: Ueritas respōdere debet figure: ergo sicut agnꝰ pascalis nō debuit nisi semel in anno immolari: ergo nō debet verus agnꝰ christꝰ in sacro, nisi semel in anno imolari ⁊ sumi. ¶ Item sicut baptismꝰ qui significat mortē dñi (vt. s. dictū est) nō nisi semel accipit in vita: ita ⁊ eucharistia qua sic mors dñi sm aplm annūciat: nō nisi semel accipiēda est in vita eadē rōne. ¶ Preterea in māducatione spūali nullū est periculū in sacrali aūt periculū est: nisi homo sit bene paratus. Sz via securior est eligenda: ergo raro est cōicandū sacraliter ⁊ frequenter spūaliter: ⁊ ꝑ ꝯñs frequēter abstinere est melius, q̄ frequēter accedere. ¶ Preterea. Qui accedit considerat effectū ⁊ fructū sacri: ⁊ ita cōmodū ꝓpriū. Qui vo nō accedit: attendit gloriā dei: ⁊ dignitatē maiestatis eiꝰ Sed magis bonū est cōsiderare ⁊ querere gloriam dei: q̄ cōmodū ꝓpriū: ergo ⁊c. Cōsequētia nota cū maiore. Et minor ꝓbatur: qr accedere modo dicto, ꝓcedit ex amore concupiscentie. abstinere rōne prefata ꝓcedit ex amore amicitie, nunc autem ꝑfectior ⁊ excellentior est amor dei amicitie, q̄ amor dei cōcupiscentie: ergo ⁊ actus ꝓcedēs ex illo amore amicitie, est ꝑfectior actu ꝓcedente ex amore cōcupiscētie. Siquidē nobilioꝝ virtutū nobiliores sunt actus amor aūt amicitie ad charitatē ꝑtinet: amor cōcupiscentie ad spem. ¶ Qđ aūt melius sit accedere, arguit. Primo qr quotidie est accedendū ⁊ ita nullo die abstinendū. Antecedens est beati Amb. lib. v. de sacra. Panis iste quotidianus est: accipe quotidie qđ quotidie tibi ꝓsit. Sic viue: vt quotidie merearis accipere. de cōse. dist. ij. nō iste. Preterea semꝑ est accedendū: igit nō abstinēdū. Cōsequētia nota. Antecedēs est bti Amb. ⁊ habet de cōse. dist. ij. Si quotienscūq̄. Si quotienscūq̄ effundit sanguis christi: in remissione pctōꝝ effundit: debeo merito semꝑ accipere: qui semꝑ pecco: semꝑ accipere debeo medicinā. ¶ Item Calixtus papa de cōse. dist. ij. peracta. dicit. Peracta cōsecratione, oēs cōicent q̄ noluerint ecclesiasticis carere liminibꝰ. Sic em̄ apli statuerūt: ⁊ sctā romana tenet eccīa. ¶ Itē Hilarius eadē dist. si nō, ait: Si nō sunt tanta pctā vt excōicetur q̄s. i. vt dignꝰ sit excōicatione (nā oē mortale est dignū excōicatione) nō debet se a medicina corporis ⁊ sanguinis dñi separare. His autoritatibꝰ vel precipit vel cōsulitur fidelibꝰ quotidie cōicare: sed preceptū sic ⁊ cōsilium est de melioꝝ: ergo meliꝰ est accedere q̄ abstinere. ¶ Preterea quanto homo frequentius accedit: tanto magis dignificat ⁊ deo approximat: sz melius est dignificari ⁊ deo approximare: ergo. Antecedēs patet: qr ꝑ vnū dignū accessum accedens dignificat ⁊ deo vnitur: ac grā auget: ergo quanto frequentius id agit: tanto magis dignificat ⁊ deo appropinquat. Quia cū frequētatione mysterij, crescit nostre salutis effectus: vt dicit in collecta. ¶ Preterea ex accessu multiplex ꝓuenit cōmodū ⁊ accedenti ⁊ alijs ecclie membris. Ex abstinentia aūt a bono ope nullū ꝓuenit cōmodū: licet si preceptū nō fuerit: nullū sequat pctm̄. Sed melius est id quo cōmodū procurat sibi ⁊ ecclie: q̄ quo illa negligunt. Ad hoc facit parabola de seruo inutili, q̄ talentū sibi traditū abscondit in sudario. Lu.xix. Autoritas aūt celebrandi pro viuis ⁊ mortuis talentū est magnū, sacerdoti cōmissuz ad ꝑfectū totius ecclie: ideo abscōdendo illud ⁊ nō offerendo ad vtilitatem viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ, videt incurrere sugillationē serui negligentis talentū sibi cōmissum abscōdentis. Ad hoc facit illud Bede in quodā trac. q̄ sacerdos nō legitime impeditꝰ celebrare omittēs quantum in eo est, priuat sanctā trinitatē laude ⁊ gloria: angelos leticia: pctōres venia: iustos subsidio ⁊ gratia: in purgatorio existētes refrigerio: ecclesiā spāli christi beneficio ⁊ seipm medicina ⁊ remedio. ¶ L Pro solutione huiꝰ dubij, aduertendū q̄ vt patet ex forma dubij: dubiū nō loquitur de indignis ⁊ indispositis: q̄ indigna sumptiōe incurrūt maledictiones superiore lectiōe recitatas. His em̄ etsi nō sit bonū accedere: malū tm̄ est simplr abstinere. Cōtra illos loquit btūs Bern. in ser. de festo pasce cuiꝰ principiū est. Uicit leo. Deprehensi estis inter angustias preuaricatores: nō qr preuaricatores estis: sed qr ꝑsistitis in preuaricatione: addentes preuaricationem: aut penitus impenitentes: aut tepide penitentes. Nec periculosa fugientes: vel post miseram experientiā incentiua pcti. Irretiuit vos inimicus: ꝓplexis: vt ait (Iob. xl.) scriptura: neruis testiculoꝝ. Si hac cōscientia christi sacra refugitis: nihil vobis cōe cum christo: nō habetis vitā in vobis. Ipm audite dicentē. Nisi māducaueritis carnem filij hoīs: ⁊ biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. Si indigne suscipitis: iudiciū vobis māducatis sanctū corpus dñi nō dijudicantes. Redite ergo preuaricatores ad cor: ⁊ in toto corde querite dñm: ⁊ odite malū: penitentes nō verbo tantū ⁊ lingua: sed spū ⁊ veritate. Hec Bern. Neq̄ attendūt isti quantū sibiipsis nocent abstinēdo a cōione ⁊ celebratione: si fuerint sacerdotes, dicentes sibiipsis: melius est corpus christi nō sumere: missam nō celebrare, q̄ indigne accedere: qđ vtrūq̄ verū est. Melius. i. minus malum. Nā dicit scriptura. Nō est bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibꝰ. Math. xv. Sed hec scientes nō erubescūt miseri esse canes impudentissimi: q̄ vocati sunt in partem filioꝝ dei. Nec timent esse vasa mortis facta in interitū: ⁊ receptacula immūdicie: qui esse deberent locus ⁊ hospitiū: atq̄ vasa mūda vite ⁊ grē: immo fontis vite ⁊ glie. O quanta eos manent tormenta q̄ dño hospitiū negant: si maiora sodomitis preparata sunt his: qui christi seruos nō recipiūt. Si q̄ minimū christi discipulum hospitio nō colligunt: audituri sunt. Eiusdē xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternū: qr hospes fui ⁊ nō collegistis me. Quid audituri sunt qui christū in propria venientē: cū sint sui: substātia ⁊ officio nō recipiūt? Sodomite q̄ angelos venientes nō collegerūt: igne ⁊ sulphure puniti sunt. Gen. xix. Haud dubiū, qui dñm angeloꝝ pulsantem ad fores cordis: vt cenet cū eis: suscipere cōtemnunt: vt suis libidinibꝰ vacent: quin mittendi sint in stagnū ardentem sulphureū: nunq̄ inde liberandi. De his ergo dubiū nostrū nō querit. Sed de illis qui sibi bene sunt cōscij quoꝝ quidā accedūt: quidā ex reuerentia sacri abstinent. Nō tm̄ de illis qui aliquo debito rōne officij religionis aut beneficij tenentur cōicare vel celebrare. Hi em̄ nō sunt in statu in quo possunt laudabiliter abstinere. Siquidē oīs debens nō soluens debitum cum potest: nō soluendo peccat. ¶ M Unde consequenter aduertendum, q̄ colligendo que doctores scribunt de varia sumptione huius sacramenti: potest distingui quadruplex manducatio huius sacramenti: scilz

Manducatio
- Pure corporalis.
- Sacramentalis tm̄.
- Spiritualis tm̄:
- Sacralis ⁊ spūalis simul.

¶ Manducatio corporalis tm̄, est comestio specierū sacramentaliū: vt cibi corporalis, nullo habito respectu ad rōnem sacri. quo mō manducat sacrm̄ aīal brutū mus vel porcus: nō potens cognoscere rōnem sacramēti. Hoc etiā

modo sumit fidelis vel infidelis: dū species illas accipit
vt alium corporis cibum: nihil cogitans de sacro. Est tū et
Joh. vi. alius modus corporalez intelligendi manducationē siue
carnalē quō iudei intellexerūt verba christi. de quo. ē. dis
ctū est lec. xxxvi. ¶ Manducatio sacralis tū est actualis
susceptio sacri cū intentiōe sumendi vt sacrm: siue fide for
mata charitate. Dicit em cū intentione sumendi vt sacrm
idest vt alicuiꝰ rei significatiuū vel cōtentiuū. Requiritur
em intentio sumendi sacrm fm fidē sacri: q̄ fides sit in ipo
sumente vel in alio. In ipso/vt in fideli credente in sacro
cōtineri christū. Uel in alio: vt in heretico: seu infideli vo
lenti tū sumere eodē mō quo fideles sumūt: ad eūdem scz
effectū. Ut exempli causa: si talis sumeret hostiā consecra
tā cogitans et intendens: volo sumere ad eūdem effectuz
ad quē christiani: fiat qd fieri pōt: licet non crederet aliq̄d
sacrū contineri sub hostia. Ille quidē sic sumens sumeret
sacramentaliter: q: non vt aliū cibū corporalē: nec spūali
ter: ergo sacraliter: alioquin oporteret ponere quintū mē
brū. Hec est intentio Alexā. par. iiij. q. xliij. mēbro. iiij. Qd
em intentio sumendi vt sacrm requirat ad sumptionē sa
cramētaliter: declarat p simile de adulto. si ab alio lauare
tur in aqua pferente formā baptizandi: ipse tū nō intēde
ret baptizari: sed simplr lauari: velut in alia aqua: nō laua
retur sacraliter: nec baptizaret. Si vo intenderet baptiza
ri siue lauari vt christiani intendūt: dicens sibi. Uolo hoc
fieri circa me eodem mō quo christiani credūt: licz nō cre
deret lotionē illā esse alicuiꝰ efficacie/vere baptizaret. Ex
illo patet ꝙ aliud est mādu care sacrm et māducare sacrali
ter: q: mus et infidelis manducat sacrm: sumēs species pa
nis sicut aliū cibū: et tū nō sacraliter. ¶ Manducatio spi
ritualis tū est fide formata in christū actu vel habitu cre
dēdo ei vt capiti membrū incorporari: sine actuali specie
rū sacraliū sumptione. Dicit fide formata: ppter angelos
qui nō manducāt spūaliter hoc sacrm: licet christo fruant
in gloria: q: nō habent fidē: sed visionez clarā: idem est de
beatis. Dicit credendo actu: ppter adultos in christū cre
dentes. Dicit habitu: ppter paruulos baptizatos: qui ha
bent fidem infusam: sicut et charitatem. De hoc latius vide
supra lec. xxxvi. Dicit sine actuali etc. ad excludendū mādu
cationem sacralem. ¶ Manducatio sacramentalis et spi
ritualis simul/est actualis sumptio sacramenti cū fide for
mata charitate/sumentez sumpto incorporante. Et patet
declaratio ex precedentibꝰ. ¶ N Consequenter suppo
no cum magro lib. iiij. sniarū dist. i. et doctoribꝰ ibidem scri
bentibus: ꝙ sacramenta no. le. virtute operis operati con
ferunt gratiā: ita ꝙ nō requirit bonus motus interior qui
mereat gratiā: sed sufficit ꝙ suscipiens nō ponat obicem.
Sicut in sacris et in sacrificijs vete. test. nō cōferebat gra
tia ex hoc solo: ꝙ suscipiens sacro vtebat nō ponens obi
cem: sed tū cōferebat ex virtute boni motꝰ interioris tāq̄
meriti: vt dicit Sco. in scrip. iiij. dist. i. q. v. qd dictū sic intel
ligo: ꝙ suscipiens sacrm nō solū cōsequit gratiā tantam:
quantā meret bonus motus interior quo suscipiens cōuer
titur in deum: siue de cōdigno: siue de cōgruo. Sed vltra
hoc cōsequit gratiā: vel gre augmentū ex sacramenti effi
cacia: quā operaret in nō ponente obicem: nō rōne actua
lis deuotionis vel dispositionis: qd est pprium sacris no. le.
alioquin frustra susciperetur sacrm vbi de suscipiendo nō
obligat preceptū. Nil em adderet psonalis dispositio me
sup. ps. lxxiiij. rito qd haberet etiā sine sacro. Et hoc est qd dicit be. Aug.
et allegat magr vbi. ē. volens aperire differentiā inter sa
cramenta vete. testa. et sacra. no. le. Illa inquit pmittebāt
tū et significabāt: hec aūt dant salutē. Si aūt sacra no. le.
nō darent gratiā/nisi quantū exigit accipiētis dispositio:
nō aliter darent salutem/q̄ sacra vete. testa. In quorū vsu
etiā iudei ipsis ex deuotione/et precepti diuini obedientia
vtentes: gratiā acceperūt: quantū eorū preparatio exige
bat: sed q: nō acceperūt ex efficacia sacramentorū: dicunt
nō dare: sed significare et pmittere salutē. Nec certe no. le.
sacra darent salutem. Nunc aūt dant salutem: q: post meri
tum dispositionis vtentiū/ex efficacia quā sortiunt ex insti
tutione christi/et merito passionis eius/cōferūt gratiā qua
saluamur. Hinc ait. Gerson in trac. de pollutionibꝰ nocturr
nis. Celebratio habet efficaciā magnā virtute operis ope
rati: propter quā nō tantūdem valet volūtas sola celebrā
di: sicut pac volūtas actu celebrās. Addit itaq̄ opus hoc
exterius aliq̄d bonitatis ad bonitatem volūtatis: ppter
meritū passionis christi: ideo dici solet opus priuilegiatū.
¶ O His premissis/respondeo ad dubiū p tres ppositi
tiones. Prima: Utrūq̄ scz accedere ad eucharistie sacra
mentalem cōionem: et ab eadē abstinere/in casu dubij pōt
esse meritoriū et laudabile. Probat pro prima parte: q: q̄
digne accedit vt ponit casus dubij: accedendo meret fru
ctus eius pcipere: vt deductū est. ē. lec. lxxxv. Item per di
Joh. vi. gnā sumptionē meret sumens vitā eternā fm illud. Qui
manducat me: et ipse viuet ppter me. ¶ Scda pars pbat:
q: potest aliquis ad sumptionē sufficiēter dispositus (pu
ta nō existens in mortali) attendere sacri dignitatē et tre
mendā excellentiā: suāq̄ fragilitatē et ex humilitate pro
pter sacramenti reuerentiā abstinere: se reputando indi
gnū. Et ille actus quo elicit velle abstinere/est actus pce
dens a virtute fidei et humilitatis: ordinabilis in deū: q:
dei magnificatiuꝰ: et p cōsequens pōt esse meritorius. Ad
hoc est autoritas Augu. ē. allegata: vbi dicit de zacheo et
centurione: ambo saluatorem honorificantes: honorifica
re aūt saluatorem est meritorium. ¶ Scda ppositio. In
casu dubij/quo scz pōt quis laudabiliter abstinere et lau
dabiliter accedere: fructuosius est meliꝰ et laudabiliꝰ acce
dere: sumendo eucharistiā sacraliter et spūaliter: q̄ absti
nendo a sumptione sacramentali/sumere tū spiritualiter
Probat multipliciter. primo: q: maiorem fructū cōsequit
primus q̄ secūdus: ergo. Cōsequentia nota. Antecedens
probat. Quia oēm fructū quē cōsequit secūdus: cōsequit
et primus: qm ambo manducant spūaliter: et pono ꝙ sint
eque dispositi: et vltra hoc cōsequit fructū/quem dat sum
ptio sacramenti ex opere operato: quem nō cōsequit non
sumens sacramētaliter: vt patet ex notabili vltimo. Pre
terea: q: accedere pcedit a nobiliori virtute q̄ abstinere:
ergo est actus nobilior. Tenet ꝯsequentia: q: quanto vir
tus pfectior: tanto actus eius nobilior. Antecedens patet
q: actus accedendi pcedit a charitate et dilectione huius
sacramenti: et in eo cōtenti: sed actus abstinendi elicitus:
hoc est velle abstinere: pcedit a timore: sed perfectior est
virtus charitatis et dilectiōis q̄ timoris. Preterea actus
accedendi pcedit ex pluribꝰ virtutibus: vel saltem compa
titur secum plures virtutes: q̄ actus abstinendi: ergo est
melior. Antecedens probat. Quia accedens nō minus se
humiliat/q̄ abstinens: et vltra hoc habet virtutem diuine
cōfidentie. Nam quis cōsiderans excellentissimā magni
tudinem huiꝰ sacramenti: ex quo mouet motu reuerentie
Cōsiderans etiam suā impfectionem/ex quo mouet mo
tu profunde humilitatis. Considerans deniq̄ periculum
in indigno accessu: et per hoc mouetur motu timoris: ac sic
abstinet iudicans se minus dignum tali cibo supercelesti.
Alius vo eadem cōsiderans/eisdem virtutū motibꝰ moue
tur: et vltra hoc cōsiderans ineffabilem dei bonitatem/mi
sericordiā/dilectionem: qua nobis in hoc sacro seipm in ci
bum dedit: volens vt eo vteremur: et p hoc mouetur mo
tu cōfidentie in diuinā misericordiā: nihil in se aut in suis
meritis: sed in sola dei misericordia cōfidens: et desiderat
deo vniri: qd dilectionis est: habet virtutes oēs quas ha
bet abstinens: et vltra confidentiā: que valde deo placet:
ad quā frequenter adhortatus est dicens: confide fili etc.
Item nō vti sacramento cum potest et proficit vtenti/est
quidā gradus ingratitudinis: ex opposito vti beneficio:
qd est quedā recognitio beneficiati gradus est gratitudi
nis: ergo preter virtutes predictas/sumptio sacramen
ti procedit etiam ex gratitudine. Faciunt ad idem ratio
nes supra pro illa parte adducte. ¶ P Tertia proposi
tio est. Etsi nō peccent; imprudenter tamen agunt et stul

te: q̄ dispositi abstinēt a sacramētali cõmunione. Primum ꝙ non peccent: patet ex ꝓpositione prima. Quod impꝛudenter agunt ⁊ stulte abstinēdo: ꝓbat̄ post Gers. sup magnificat trac. ix. Nam impꝛudenter agit quoad ceteros. Stulte quoad se. Nam per hoc sacrificiū datur gloꝛia deo in altissimis: Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Ipsum letificat angelos: liberat in purgatoꝛio detentos: vt eoꝝ pena breuioꝛ fit et levioꝛ. Viatoꝛibus impetrat nūc cõuersionē ad gratiā: nūc cõseruationem in gratia: nunc contra mundi pericula firmamentū: nūc angeloꝝ custodiā: et refrenationē tēptationū. Tãta aūt bona negligere impꝛudētie est: ne dicā impietatis. Stulte agunt quoad se: tuꝫ q: se magnis ⁊ multis bonis pꝛiuant: q̄ consequerentur ex opere operato. Tum quia stultus est timoꝛ ille: vel reuerētia minus pꝛudens qui ad dn̄m se vocantem ⁊ inuitātē nō accedit: sed pꝛocrastinat: ⁊ coꝛuina voce dicit/cras cras. Unde sepe venit illud Nasonis: Qui non est hodie cras minus aptus erit. Deniq̧ talibus q̄ nolūt accedere: nisi sint actualiter deuoti et feruidi: contingit similiter agere quasi frigidis nolentibus igni appꝛopinquare/nisi pꝛius calidi sint: et infirmis nolentibus consulere medicū/nisi pꝛius sani sint. qđ q̄ stultum sit: nemo est qui ignoꝛat. ℂ Et si q̄s dicat vacationē a celebꝛatione ideo fieri: vt ipsa postea reuerentius ⁊ deuotius quanto rarius fiat. Respondet cācellarius Gerson loco tractatus de celebꝛationibus allegato. Fatemur inquit posset sic euenire. Sed ex aduerso contingere potest ꝙ talis subtractio remouebit habitū ad bonum: cuius effectus ẜm philosophū est delectare. Signū inquit acquisiti habitus/est in opere delectari. ij. Ethico. Subdit: Distraheris hodie/parum deuot⁹ es: parū recollectus: plurimū tentatus a carne/mūdo/demone. Credo equidem: sed agnouerís ꝙ nō doꝛmiunt q̄ te ꝑsequuntur. cras ijdem erūt aduersantes tibi hostes: tueq̧ deuotioni insidiantes/quales sunt hodie. Quocirca non irrationabiliter cõsulit sapiens. quodcūq̧ pōt manus tua instāter operare. Nescis em̄ qñ tale tēpus ad laudabiliter celebrādum tibi concedet̄: quale mō habes. Et si vtrūq̧ habeas: vtrūq̧ meli⁹ est. Esto ꝙ fueris in hac vel illa die defectuosus: cur nouū defectū in nō celebꝛādo supinducis. Sꝫ frigidus sum dicis aut tepid⁹. Sepe sustinuit initiū celebꝛationis hoiem parū deuotū et frigidū: quē in fine dimittit calidū et feruidū. Coꝛpus chꝛisti ignis est spūalis: accede fiducialiter ad hunc ignē: calesces facilius. ℂ Audiamus Amb. oꝛantē. Graue est ꝙ ad mēsam tuā mūdo coꝛde/et innocentibus manib⁹ non venimus: sed grauius est/si q: pctā meruimus: sacrificiū non reddimus. Et subdit. Licet igitur ꝓ obedientia adsistere: et ꝓ indulgentia petere: pꝛo officio ministrare: pꝛo remedio imolare: ⁊ ꝓ populo obsecrare. ℂ Pꝛeterea aut sic timens celebꝛare abstinet: q: cõfidens de industria sua/sperat se alio in tempoꝛe magis aptū futurū: aut q: maioꝛē dei gratiā se ꝑparātē expectat. Si pꝛimū: stulta est pꝛesumptio. Neq̧ em̄ toto tēpoꝛe vite sue quātūlibet in longū ꝓtracte: quis sua industria dignū se reddere pōt tāta cõmunione autoꝛis oim/boni infiniti. ℂ Q Unde et hoc omni accedere volenti ignoꝛandū non est: ꝙ pcipue ex diuino munere: et non ex nostra industria seu pꝛeparatiõe reddimur digni participatiõe sacramenti. Hoc cogitatū ⁊ masticatū humiliabit nos vehemēter: ⁊ ꝑfecto humilitas sola est q̄ disponit ꝓ digna tāti hospitis in aie cenaculo susceptiõe. Si scđm: fatua est hec expectatio a dño: q̄ semper sublato impedimēto/pꝛesto est: nec nouit tarda molimina spūssancti gr̄a: vt ait Ambꝛo. Nec abbꝛeuiata est man⁹ dñi: vt saluare nō possit: neq̧ aggrauata auris eius vt nō exaudiat. Esa. lix. Stat pulsans ad ostiū: petit introitū vt cenet tecū: tantū aperi ianuā coꝛdis: remoue moꝛtalis pcti gr̄e repagula: facq̧ qđ i te est ẜm modum. ā. lec. vij. ⁊. viij. expositū: et secure suscipe chꝛistū/et in ꝓmissionum ei⁹ veritate: nō in tua vanitate fidēs/volūtarie sibi sacrifica. Immūda es o aia: accede inquit cancellarius: mūdā da/ad fontē puritatis incõtaminabilem. Esuris: accede pascenda ad panē viuificū ⁊ indefectibilē esurientē bonis implentē. Egrotas: erit hoc efficacissimū tue inualitudinis medicamentū. Fluxū pateris: nec sanari poteris a medicis tuis: s. exercitijs: tange plena fide cū emoꝛoissa fimbꝛiā vestimenti iesu: sacrosanctā. s. hostiā vt restringaris. Si ꝑcussam te sentis a serpētib⁹ ꝑuersatū tentationū: q̄d restat nisi vt serpentē chꝛistū eneū sine veneno eleuatū inspicias: Si dicis cū ꝓph̄a. Qm̄ vnica ⁊ pauper sum ego: particeps esto hui⁹ sacrosancti mysterij: habebis chꝛistū comitē fidū: ⁊ hospitē ditissimū. Cecā te foꝛtassis debilem ⁊ claudā cõquereris: memineris qm̄ tales ad cenā magni regis iuitant̄: ⁊ intrare cõpellunt̄. Dubia sum inquis ⁊ instabilis: sed hic panis cõfirmat coꝛ. Tristis es ⁊ anxia: sed hoc vinū hoiem interioꝛē letificat. Inquietant te ⁊ turbant plurima: adhere ei q̄ turbidos fluctus sedat: qui est pax nr̄a. Insup q̄ ait. In mūdo pꝛessurā: in me pacem habebitis. Joh.xvi Peregrinaris a dño: sed in foꝛtitudine cibi illius ambulabis vsq̧ ad montē dei. Nō ergo foꝛmidandū: sed in dño sperādū: ⁊ ipse enutriet ⁊ nō cõfundet. Nō in multitudine virtutis sue: ⁊ sua pꝛeparatione seu ꝓpria deuotione: sed in se deficiendum: in solo dño cõfidendū. Euenit nõnunq̧ vt turbationes/pugne deoꝛdinationes ⁊ feditates inferius sensualiter agitate: succrescere faciāt superius meritū nostrū: sicut ecõtra magna vtrobiq̧ serenitas/supbie ventū oĩa funditus euertentem/repente qñq̧ inducit (vt als indicat.) ℂ R Sed diceres. Si tantus est fructus frequētis sumptionis: tūc non solum quotidie: sed etiā eodē die frequentius esset sumēdū: sicut eodem die frequenter oꝛandū: ⁊ meritoꝛie est operandū. Cõsequens est contra illud decretū Alex. pape de cõse. dist. i. sufficit. Rn̄detur ẜm Alexan. de ales parte. iiij. q. liij. mem̄bꝛo. iij. ꝙ pluries vno die sumere eucharistiam extra casus in iure expꝛessos: in q̄b⁹ scꝫ licet pluries vna die celebꝛare: nō est cõcessum ꝓpter plures ratiões/q̄ sunt: defectus debite reuerentie: ꝑsumptio dignitatis ꝓpe: et insufficientia gratitudinis reddende. ℂ Ad dignā sumptionē dñici coꝛpoꝛis/requirit̄ meditatio excellētie tanti sacri: vt sic mens excitet̄ ad sumendū cū reuerentia ⁊ deuotione. Requiritur etiā cõsideratio ꝓpꝛie indignitatis: vt excitet̄ animus ad sumendū cū timoꝛe. Requirit̄ quoq̧ rememoꝛatio aut estimatio beneficentie dei: q̄ magna ⁊ multiplex apparet in beneficio hui⁹ sacri: vt excitet̄ homo ad sumendū cum gratiarū actione. Hec aūt difficulter digne exhibent̄ pluries vna die: vñ tandē in cõsuetudinē veniret sine hac pꝛeparatiõe sumere: ⁊ ꝑ hoc minus reuerenter. Pꝛeterea sacramentū illud sumit̄ in memoꝛiā moꝛtis chꝛisti ẜm apl̄m. i.Coꝛ.xi Uno ergo die nō nisi semel sumendū est sine necessitate: sicut chꝛistus tm̄ semel moꝛtuus est. His de causis dicit̄ in decreto supꝛa allegato. Sufficit sacerdoti vnā missam in die vna celebꝛare: q: chꝛistus semel passus est: et totū mūdū redemit. Nō modica res ē vnā missam facere: et valde felix est q̄ vnā digne celebꝛare pōt. Quidā tñ ꝓ defunctis vnā faciūt: alterā de die si necesse fuerit. Qui vero ꝓ pecunijs vel adulationibus seculariū vna die ꝑsumunt plures facere missas: non existimo euadere dānationē. Hec ibi. ℂ Sunt aūt casus in quibus licet plures missas vna die celebꝛare: quatuoꝛ: quos ponūt summiste. Pꝛimus in die natiuitatis dñi: vt habet̄ de cele. mis. consuluisti. licet tres missas cantare. Secūdus q̄ statim supꝛa positus est. Tertius ꝓpter necessitatem peregrinoꝛum infirmoꝛū: aut foꝛte nuptiarū. Quartus dū propter raritatē sacerdotū/vel paupertatē ecclesiarū vni sacerdoti plures ecclesie commendantur. In illis vltimis tribus casib⁹/vltra duas celebꝛare non licet: vt in glo. c. sufficit. allegati. Quotiens aūt sacerdos voluerit scđam missam celebꝛare. in pꝛima ablutionem sumere nō debet: vt ieiunus veniat ad scđam vt habetur de cele. mis. ex parte. ℂ S Per hoc ad rationes in pꝛincipio motas. Ad pꝛimā de centurione ⁊ zacheo dicit̄: ꝙ btūs Aug. vult ꝙ dū aliq̄s est sine pcti moꝛtalis ꝯscia: non obligatus celebꝛare ex officio: nec aliter impeditus:

Eccle.ix

In q̄dã homelia

habet vtrūq; in sua potestate licitē facere ⁊ laudibiliter: accedere videlicet aut abstinere: vt dicit propositio pma. Nec vnū alteri vniuersaliter et in oī casu preferendū. Vn̄ quotidie celebrare respectu cuiuscūq; nō est gn̄aliter laudādū vel reprehendēdum: q: datur casus in quo illud: et alius casus in quo aliud est preferendum. Stat enim aliquem non esse quotidie dispositū etiā sine sui culpa: stat aliū nihil habere impedimēti. Secūdo laudabile est quotidie accedere: nō sic primo. Vn̄ ꝙ simpliciter sit laudabilius accedere cōcludit cū addit. Sic viue vt semp merearis accedere. Et in de verbis dn̄i. Iste panis quotidianus est: accipe quotidie vt quotidie tibi psit. ❡ Ad secundam de sanctis patrib⁹ abstinētibus: rn̄det cancellarius dicēs. Facta quorū dam veneranda magis sunt pia interpretatione: ꝙ in exemplum agendi trahenda. Deniq; diuersa sunt dona ⁊ vocationes in diuersis prout spūssanctus voluerit. Varia em̄ operatus est dn̄s in sanctis suis: in quib⁹ semper ⁊ vbiq; est mirabilis, ad cōmēdationes diuersarū virtutū. Vnde in pmis de quibus arguitur cōmendatur humilitas: in altero deuotiōis ac charitatis feruor: nec omnibus oīa data sunt. Et qḋ additur: ꝙ sancti non fuerint dispares virtutib⁹: nō est simpliciter verū: qm̄ alter altero sanctior: sicut in māsionib⁹ alter est altero sublimior. Chryso. ho loquif de paritate virtutū, quātū ad gen⁹ virtutis ad salutē necessarie. Sic em̄ pares fuerunt propter earum cōnexionē: non autē quātū ad virtutis intensionē. ❡ Ad illas que arguūt ꝙ melius sit abstinere ⁊c. Ad pmam de agno pascali. d: sm Alex. ꝙ sacrm̄ hoc fuit plurib⁹ figuris pfiguratū diuersis respectibus: quaꝝ figurarū alique fuerūt frequēter iterate: alie semel tm̄ vel rari⁹ exhibite. Agn⁹ pascalis figura est hui⁹ sacramēti inquātū est memoriale passionis: ⁊ ita principaliter passionis christi: ⁊ ex cōsequēti eucharistie. Christ⁹ autē semel tm̄ immolatus est in cruce: ergo agnus tm̄ semel in anno edebatur. Manna vero fuit figura hui⁹ sacri in rōne cibi: ideo diebus singulis mā ducabant. ❡ Ad aliud de baptismo, dicif ꝙ baptism⁹ est figura mortis christi: inquantū in baptismo morimur peccato, presertim originali. Hoc aūt nō contingit nisi semel: q: pctm̄ originale dimissum non redit. Eucharistia est memoria passionis vt nostri refectiua in donis virtutibus et gratijs: que refectio iteraf. Itē baptism⁹ characterē imprimit: ideo iterari nō debet: secus de sacramēto eucharistie. ❡ Ad tertiū d: ꝙ oīs pparatio interior requisita ad digne spūaliter cōmunicandū: sufficit ad digne sacramentaliter sumēdum: et ideo est equa securitas. Nā quilibet non dignus spūali manducatione, est in periculo mortis eterne: quia in mortali: qḋ maximū est periculū: in quo q̇squis nō fuerit: sine periculo manducat sacramētaliter. Dispositio autē exterior, vt ieiuniū nature: et similia satis certa sunt: et ita sine periculo caueri possunt. ❡ T Ad aliud iā patuit ex pbatione secunde ppositionis: ꝙ accedens hō tm̄ cōmodum suū querit: sed magis gloriam ⁊ reuerentiam dei. Nā accedēdo representat summam dei charitatē: qua pro nobis passus est in cruce, sm illud. Hoc facite in meā cōmemorationē. Representat infinitā eius potentiā: qua christus, deus et hō tam mirabiliter nobiscū esse voluit in tantilla sacri specie. Representat infinitā dei bonitatem qua se sic in refectionē aīe dare voluit nobis indignis cibū vite. Representat ineffabilē eius sapiētiam: vt eo ordine nos repararet quo cecideramus a statu innocentie. vnde Inno. Panem angeloꝝ mādecauit hō: quaten⁹ vn̄ mors oriebaf inde vita resurgeret. Dictū est q̇ppe de illo. Quacūq; die comederis: morte morieris. Dicif autē de isto. Si q̇s māducauerit ex h panē: viuet in eternū. vn̄ sm Inno. magis redūdat in gloriam dei accessus: ꝙ abstinentia ab eodē. Vn̄ patet ꝙ q̇ digne accedit: non tantū ex amore cōcupiscentie: sed magis ex amore amicitie accedit. Ad illa q̇ arguūt pro parte opposita: si intelligunf de acceptionib⁹ digne, sunt pro scḋa ppositiōe: si aūt loquunf generaliter dicendū ꝙ autoritas inducta intelligaf ceteris paribus, cessante impedimento ⁊ de cōsilio nō de necessitate precepti. ❡ Ad illa de cōmodis ⁊ vtilitatib⁹ que sequunf accessum: dicif ꝙ etsi cōmendabile est ꝙ bnōi cōmoda ⁊ fruct⁹ acquiranf accedenti: ⁊ alijs nō: tm̄ nō est in pcepto: ⁊ ideo sine pctō possunt omitti. Non em̄ tenemur oīa impendere deo nobis ⁊ primo que possumus: sed illa dūtaxat ad que precepta nos obligant. Parabola etiā de talento loquitur de ijs qui in officiū acceperūt bona dn̄i vt ea dispēsarent. Si quis ex officio celebrare tenetur: ⁊ nō celebrat: incurrit sugillationem serui nequā. ❡ Ad autoritatē Be. dicitur: ꝙ merito mouere debet exhortādo sacerdotes ad frequenter celebrandum: qḋ qui nō faciūt priuant ⁊c. nō aliquid auferendo: sed nō impendendo quod impendere possent. Et hoc extra casum necessitatis, aut precepti non inducit peccatū: licet exhibitio magnū habeat meritum. ❡ V Sed circa hoc querif vtrum sacerdos possit a celebratione huius mysterij perpetuo cessare ex reuerentia sine mortali peccato. Ad hoc videf dicere Alex. par. iiij. q. li membro. ij. ꝙ sic. Vnde ait. Existimo tamē si quis sacerdos nō habens curam animarū: nec officium: nec beneficium propter qḋ haberet necesse celebrare: ⁊ ob reuerentiam sacramēti ⁊ timorem sue indignitatis, cessaret semp nisi iniūgeref sibi cōtrariū a superiore: ꝙ nō peccaret mortaliter. Et satis concordat sctūs Bonauen. in. iiij. dist. xij. q. iiij. dicens: ꝙ sacerdos si nō viuit de altari: sed in sua libertate manet: nō tenef magis ꝙ alius homo: nisi de bono ⁊ equo. Et notenf singule clausule quas ponit Alexā. ❡ Beatus vero Tho. illud dictum reputat irrationabile. vnde ait parte. iij. q. lxxxij. ar. x. ⁊ in. iiij. distinc. xiij. q. ij. ar. j. Vnusquisq; tenetur vti gratia sibi data cum fuerit opportunum. sm illud. ij. Cor. vj. Hortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Opportunitas aūt offerendi non solum attenditur ad fideles christi: quibus oportet sacramēta ministrare: sed principaliter per cōparationem ad deū: cui in consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. Vnde sacerdoti etiam si non habet curam animarū: non licet omnino a celebratione cessare. Facit ad idem illud Grego. Dum crescunt dona: etiam rationes crescunt donorum. ⁊ .j. Pet. iiij. Vnusquisq; sicut accepit gratiam: in alterutrum illam administrantes. Reus ergo erit negligentie: si cui data est potestas nobilissima: illa nō vtatur ad honorem dei, ⁊ salutem suam ⁊ aliorum viuorū et mortuorum. Sed saltem videtur ꝙ celebrare teneatur in precipuis festis: ⁊ maxime in illis diebus: quibus fideles communicare cōsueuerunt. Grauius autem peccant qui non ex reuerentia sacramenti: sed sua lasciuia, aut secularium negociorum cura, omittunt: quibus dici potest illud ij. Macħ. iiij. ꝙ iam nō circa altaris officiū dediti erant: sed cōtempto templo: ⁊ sacrificijs neglectis, festinarunt participes fieri palestre: ⁊ patrios honores nihilihabentes, grecas glorias optimas arbitrabantur. ❡ Et licet opinio beati Thome videatur probabilis: ratio tamen sua ex verbis apostoli sumpta, non videf sufficere. Tum qr apls in verbis suis non videtur imponere preceptum. Dicit em̄. Fratres hortamur. Exhortatio autem non insinuat preceptum. Tum qr sic probaretur ꝙ teneretur quis liber sacerdos quotidie cessante legitimo impedimento celebrare: vt nullo die gratiam dei in vacuum proferretur accepisse. ❡ X De comunione laicoꝝ: immo generaliter fidelium rationis vsum habentiū dicitur sm Alexā. ꝙ non tenentur nisi ex mandato ecclesie semel in anno. sm c. omnis. de pe. ⁊ re. Et in articulo mortis. de quo Innocē. Necessario quippe sumendus est agnus: vt a vastatore protegamur: nec exire possumus de egypto: nisi celebrando phase pascalem agnum edamus. Verba vero christi, que in preceptum sonare videntur. Nisi manducaueritis Jo ⁊c. intelliguntur de manducatione spirituali: vt. s. dictum est. Vnde non habent efficaciam precepti quoad sacramentalem sumptionem: sicut habent illa. Nisi quis Jo renatus fuerit ex aqua et spiritu: non poterit introire in

regnum dei. Nam christus priora sua verba declarando di-
Joh. vi. cit: Caro non prodest quicq̄: scilicet sine spiritu. Verba q̄ ego locutus sum vobis: spiritus et vita sunt. Et tantum de illo dubio.

¶ Lectio. lxxxviii. A

Nunc de sexto dubio/scz de negligentijs circa consecrationem et misse officiū cōtingētib⁹: que q̄m innumere sunt. Errare em̄ et deuiare infinitis modis cōtingit b̄m illud Diony. de diuinis nominib⁹. c. iiij. Bonū est ex causa integra: malum autē omnifariam. Et. ij. Ethi. c. vij. Dirigere contingit vno modo: deuiare infinitis: ideo de oībus defectibus regula dari non pōt. Possunt tn̄ directiones circa aliquos cōtingētes defectib⁹ dari: ex quib⁹ in alijs a simili directoriū pōt sumi. Ubi aūt nec ille sufficiūt: recurrēdū est ad superiores cōsultationes. Et q̄m in diuersis superioribus lectionib⁹/de varijs particularib⁹ defectibus tractatū est: idcirco ad illa remittā: ne idē sepi⁹ scriptū fastidio sit lectori. ¶ Possunt aūt defectus cōtingere circa substantialia sacramenti: puta circa materiā: aut formā: circa ministrū: aut eius intentionē. Possunt etiā scdo cōtingere circa cerimonialia: que nō sunt de necessitate sacramenti: vt sunt locus/tēpus/vestes/vasa/luminaria/orationes tā ante missam/q̄ in missa. Tertio circa sacramēti reuerētiam: vt si fundatur calix: vel gutta sanguinis dn̄i stillauerit &c. Quarto circa ministrū celebrantē/aut sumentē: vt si memoret se nō ieiunum excōicatū: non rite ordinatū: nō baptizatū: aut si ante finē misse deficiat &c. Singula breuiter perstringā b̄m doctorum sententias. ¶ B Quoad primū: si fuerit defect⁹ in materia necessario requisita: que est panis et vinum aque mixtū. De pane nō de facili deprehendi pōt an sit triticeus: an de spelta vel alio grano: nec ibi necesse est nō procedere: maxime q2 nō est certū de pane triticeo/an sit necessarius consecrationi: ita q̄ in solo triticeo fiat cōsecratio: de quo. s. lec. xxxv. lati⁹ disputatū est. ¶ De vino vero contingere pōt: q̄ ex ministri negligentia loco vini alius liquor: vt aqua pura: aut oleum calici infusum sit: quod ne fiat sacerdos primo ministrū gustare faciat dū calicez preparat: qui vasa vinaria et aquaria offert. Ipse quoq̄ odorando experiatur vini odorem in calice/si sanum habet olfactum quod maxime faciendum consulo/dū calix preparatus et infusus offertur per diaconū. Prospiciat etiam in calicem dum primo positurus est eum in medio altaris: an sit infusus an vacuus: ne procedat calice vacuo: et dum consecrare voluerit: aut sumere vacuū inueniat calicem. Si tamen per quācunq̄ negligentiam vel ministri vel sacerdotis vinū in calice non fuerit: sed alius liquor. Si id deprehenderit ante consecrationē calicis: effuso tali liquore: de nouo imponat vinum et aquam: et procedat ad calicis consecrationem/nihil repetens de prius lectis. Si vero post sumptionē seu in sumendo perceperit vinū non fuisse: faciat vt. s. dictum est lectione. x. Idem si calicem vacuū inuenerit. Primum est de mente sancti Thome parte. iij. q. lxxxiij. ¶ Circa secūdum: scz dum post sumptionem corporis christi sub speciebus panis aut vini perceperit: alium tradit modū: sed qui supradictus est sufficiat. Si vero deprehenderit aquam nō fuisse admixtā ante consecrationē calicis: statim dum apprehenderit/apponat et ꝓcedat. Si vero post cōsecrationē sanguinis deprehēderit: nullo modo debet aquā vino iam cōsecrato miscere: q2 sequeretur corruptio sacramenti in aliqua parte: vt. s. habitū est lec. xxxv. sed procedat sine admixtione aque. Nō em̄ admixtio aque est de necessitate cōsecrationis: sed cōsecrātis: vt ibi patet. Concordat Tho. vbi. s. in sol. quarte rōnis. Videatur plura de qualitate vini cōsecrandi lec. xxxv. Laudabilis deniq̄ est consuetudo quarundā ecclesiarū: q̄ ad misse officiū ordinant vinū rubeū: vt sic de vini veritate/et gustus certificetur et visus. ¶ C Si defectus contingeret circa ministrū: scz sacerdotē qui necessarius est cōsecrationi: aut quia non est sacerdos: puta quia vel non baptizat⁹ aut nō rite ordinatus: vel quia deficit ante officij ꝑfectionē. Si primū: hoc quidē difficile constare poterit: nisi p reuelationē aut certam relationē. Si tn̄ sibi constiterit legitime/dū in officio misse fuerit: cū totum officiū irritū sit et inane: nullūq̄ ibi conficiatur sacramentū: cessare debet in quacūq̄ parte fuerit: Neq̄ si ante sumptionem cōstiterit: sumere debet vt sacramētū: alioq̄n idololatriā cōmitteret A qua prius q̄ cōstiterit: et ipsum et populū ab idololatria inuincibilis ignorātia excusat: vt habet de presby. nō baptizatum. Et conditio habitualis q̄ inesse debet: de quo. s. lec. l. ¶ Si autē sacerdos morte vel graui infirmitate defecerit ante consecrationē panis: nō oportet vt per alium suppleat: nisi in ecclesijs couentualib⁹: vel quando sufficiunt facultates ecclesie ad plures sacerdotes nutriendos: vt in. c. illud diuini. vij. q. i. Si vero deficeret incepta cōsecratione: puta consecrato corpore ante cōsecrationem sanguinis: vel etiā consecrato vtroq̄: debet misse celebratio per aliū expleri. hec Tho. Et hoc verū si haberi pōt sacerdos ieiunus. Nam pransus explere nō potest: vt dicit glo. vij. q. i. nihil. vbi casus ille ponitur in textu. Sz vbi incipiat supplens: dicitur in sum. cōfes. q̄ ibi sequēs incipiat vbi prior dimisit: q̄ si nescit: debet a capite incipere. Et sic etiā patet q̄ licet nō sit necessarium deficiente sacerdote ante cōsecrationem/missam suppleri: potest tamē suppleri. et ad hoc est. c. allega. vij. q. i. illud diuini. Scdm Alber. vero lib. ij. de missa prope finem: Si sacerdos ante canonem in missa deficiat: tunc pro certo alius sacerdos debet reincipere: et totum rite peragere: quia ea que ante canonem in missa fiunt: nō sunt de sacramēti cōfectione: sed potius de populi instructione. ¶ Si autem in canone deficiat factis aliquib⁹ signis super hostias oblatas/ante tn̄ trāssubstantiationē: videt mihi ait Alb. q̄ alius sacerdos non ab initio debeat missam incipere: sed potius vbi ille dimisit: debet qd̄ omissum est: supplere. Et hoc ꝑpter duas causas. Prima ex parte sacramenti: quia q̄uis ex illis signis substantia panis et vini nō trāssubstātientur: tamē ipsa materia ex verbis et signis recipit sanctitatem: ex qua efficit materia idonea q̄ in corpus christi trāssubstātiētur. Et hoc nō est repetēdū super illam hostiā: ne iniuria fiat virtuti verborū: que tanq̄ nihil haberētur: quādo iterū verba eadē super eādem hostiā iterarētur: tanq̄ priora verba a priore sacerdote dicta/nullā virtutem habuissent. Scda causa est ex parte populi: q2 pp̄ls ex hoc minus verba et signa canonis appreciaret: si videret ea tā facile reperi: quasi prius dicta viderētur anullata. Licet etiam signa illa nō trāssubstātiarēt: tamē passio christi nunq̄ irrita debet reputari. ¶ Si autem sacerdos in ipsa prolatione verborum que sunt forme sacramēti: deficiat/verbis iam in parte pronūciatis: saluo inquit iudicio sententie maiorum: q̄ illa hostia pro reliquijs in altari cōseruaretur: et missa alia celebraretur. Sed hic Inno. in. c. presbyter. de sacra. non ite. dicit: q̄ in hoc casu alius sacerdos debet incipere ibi: Qui pridie. Dicit em̄: q̄ si quis inter cōficiēdum eucharistie sacramētū dū est in verbis illis: h̄ est corp⁹ meū/deficiat: ali⁹ incipiat a capite. s. ibi Qui pridie. Et idē dicim⁹ si dubitaret/vtrū prim⁹ sacerdos cōpleuerit ῡba cōsecrationis: vt etiā tūc incipiat ibi/Qui pridie: q2 nō intelligit iteratū: qd̄ ambigit esse factū: vt dr de presby. nō bap. veniens. ¶ Sequitur in Alberto. Si autē deficiat qn̄ iam corpus cōsecratum est: et nō calix: vel etiā si vsq̄ in finem misse de preparando calicem cū vino oblitus fuerit: vel aliqua de causa neglexit. Iam ab antiquo consilium est doctorum: q̄ hostia corporis/si sumpta nō est: in corporali mundo reponat: et calix rite preparetur: et ab illo loco/Simili modo postq̄ &c. canon super calicē peragatur: quia tunc nō iteratur: eo q̄ nihil anteriorū dictū est super calicem: et tunc in fine misse corpus et sanguis accipiantur. ¶ Si autē sacerdos pronunciando verba forme calicis/deficiat ante ꝑfectionem: tunc dicendū videtur sicut de hostia/q̄ in vase mundo cu

reliquijs seruetur: et cum alio vino calix vite preparetur. Et ab illo loco: Similimodo postq̃. ab alio sacerdote sacramentũ sanguinis cum missa perficiatur. hec Albertus. ¶ Uidetur tamen saluo meliori iudicio / ꝙ cautius ageretur / in casu quo panis ⁊ vinũ cum reliquijs ponendum esset: scḋm dicta dñi Alberti. si tunc a sacerdote supplente / post sumptionẽ corporis ⁊ sanguinis quos ipse consecrauit: ante ablutionẽ sumeretur: sic non cum reliquijs putresceret. ¶ D Circa intentionẽ necessario requisitam possunt similiter defectus aliqui cõtingere. Nam qualẽ sacerdos habere debet intentionem: dictũ est. s̃. lec. vj. ¶ Queritur ergo quid si particula aliqua inuenta fuerit in altari quam sacerdos tempore consecrationis non aduertit: similiter de guttulis foris / calicis pedi vel lateribus adherentibus. ¶ Respondetur scḋm Albertum / ꝙ ea que in altari remãserant: aut foris calici adherẽt: que sacerdos nõ intendit consecrare: cõsecrata nõ sunt. quia intentio sacerdotis lata supra materiam consecrandam / necessaria est: vt patuit lec. vj. Unde debet sacerdos intentionem suam dirigere ad hostias: que sunt in prospectu super pallã corporalis: ⁊ ad vinum quod est in calice: ⁊ non extra: nec ad alia. Et sic certus erit ꝙ si casus premissus occurrit ꝙ reliqua consecrata non sunt. Unde nõnunq̃ hostie in pixide ⁊ vinũ in vasculis manent in altari per totam missam: nõ tamen per hoc cõsecrantur: licet cautius fit ea ab altaris mensa remouere. ¶ E Sed quid si q̃s apponeret plures particulas pro populo cõicando consecrãdas. Et in ipsa consecratione prolatis verbis formalib⁹ / tunc nõ recordetur particularũ appositarũ: et intentionem dirigit actualiter tñ ad eã particulã / quã manu tenet. nunquid relique sunt cõsecrate? Respondeo salua saniore sentẽtia sub distinctione: q: aut habet intentionẽ virtualẽ ad cõsecrandũ oẽs: hoc est: aut dum posuit particulas intẽdebat actualiter eas cõsecrare: ⁊ ex illa intẽtione ꝓcessit in officio: ⁊ in cõsecrando particulã quam manu tenebat: nõ habuit intẽtionẽ actualẽ illam solam: quã manu tenebat: cũ exclusione omniũ aliarũ cõsecrandi. Dico ꝙ oẽs sunt cõsecrate: sufficit enim virtualis intentio / dũ non interuenerit cõtraria actualis. Sicut eñ volẽs cõsecrare vnã solã particulã: ⁊ in verbis cõsecrationis distrahitur vt tũc nõ actualiter intẽdat: nihillominus ꝓpter virtualẽ intentionẽ vere cõsecrat. Si autẽ in cõsecratione vnius particule oẽs alias actualiter per intentionẽ excluderet / intendẽs illã solã cõsecrare: haud dubiũ q̃n alie nõ sunt cõsecrate. ¶ F Sed diceres: quid si certũ numerũ cõsecrare intẽdit: puta decẽ: ⁊ facta consecratione inuenit vndecim particulas: que harũ non est consecrata? Põt dici: licet in numero errauerit / putãs decẽ que sunt vndecim: non tamen errat in intentione que est ad cõsecrãdũ oẽs illas numeratas / siue in loco consecrãdarum particularũ positas: ideo oẽs censeo cõsecratas. Nullus eñ ita intẽdit cõsecrare numeratas / ꝙ si plures essent vel pauciores vellet eas non cõsecrare. Qđ si aliq̃s exp̃sse ⁊ distincte intenderet precise decẽ consecrare cũ exclusione paucioꝝ vel pluriũ: puto ꝙ tunc nullã cõsecraret. Ratio: q: ad cõsecrãdum requiritur intentio sup̱ determinatã materiã: quã distincte cognoscit ⁊ põt discernere ab alijs: sed cũ sunt ibi vndecim particule simul posite: nec decẽ discernit ab vndecim: sed habet confusam intẽtionem decẽ cõsecrãdi ex illis vndecim: ⁊ nõ discernit quas decem: non habet intẽtionẽ sufficientẽ ad cõsecrandũ requisitã. Sicut si ꝓpositis mille particulis / ex illis intẽderet consecrare decẽ tñ confuse: nec discerneret quas decem: nullã cõsecraret. ¶ Idcirco cõsiderẽtur due cautele. Prima si plures particule sunt cõsecrande / ponatur maior particula cũ minorib⁹. vt dum consecrare voluerit simul offerantur oculis hec ⁊ ille. sic non obliuiscet̃ minorũ. qđ etiã ꝓpter signa conuenit ita fieri: vt sic oẽs simul signent̃. Scḋa cautela: ꝙ p̃sbyter intentionem suã nunq̃ dirigat ad numerũ determinatũ particularũ / intendẽdo tot vel tot consecrare: sed ad multitudinẽ particularũ positarum cuiuslibet sint numeri: ⁊ forte bonum esset numerum ignorare: ⁊ sic liberabitur celebrãs a dubijs ⁊ scrupulis. ¶ G Nũc de defectib⁹ cõtingentib⁹ circa cerimonialia: hoc est circa exteriora ab ecclesia ordinata loca / tẽpora vestes / vasa / orationes / gestus / ministros ⁊ cetera / q non sunt de necessitate cõsecrationis: quia eis non seruatis nihilominus vere consecrat sacerdos: si habuerit materiam debitam / ⁊ intentionem conficiendi: licet grauiter peccet pretermittens aliquod horum: ⁊ quandoq̃ incidat excõicationẽ: quandoq̃ irregularitatem propter constitutionẽ ecclesie: de quib⁹ ordinate supra dictũ est lec. vij. ⁊ sequentibus: ideo superfluũ foret hic repetere. Uñ in oĩbus talibus / si aliquid neglectũ fuerit: procedendũ est: q: ꝑ hmõi negligentiã sacrificij perfectio non impedit̃: penitentiã tñ agere debet ex cuius negligentia defectus noscitur contigisse. Nõ tñ omnis omissio dũmodo temeraria nõ fuerit: ⁊ sine cõtemptu inducit culpã: Sicut etiã si ante fractionẽ sacramenti aut in fractione / sacramẽtũ aut pars ei⁹ dilaberet̃ in calicẽ ꝓpter frigus manuũ sacerdotis / vel aliam causam: quo min⁹ postea posset seruare ritum ecclesie: nõ est propter hoc necessarium aliquid iterare. Hec eñ respiciũt corpus christi mysticũ: ideo in sacrificio veri corporis christi nihil variat. ¶ H Consequenter de negligentijs redundantib⁹ ad irreuerentiã sacramenti: vt si aranea vel musca ceciderit in calicẽ: aut venenũ deprehendat̃ immissum: aut si sanguis effusus fuerit in terrã: vel super altare in toto vel in parte: aut hostia in terram ceciderit: aut eam perdiderit: aut mus comederit: aut in reseruatorio quo custoditur ꝓpter infirmos cõputruit. ¶ De primo dicit sanctus Tho. vbi. s̃. in solutione tertij argumenti. Si musca vel aranea in calicẽ ante cõsecrationem ceciderit: aut etiã venenũ deprehensum fuerit immissum / debet effundi: ⁊ abluto calice denuo aliud vinũ poni cõsecrãdũ. Si vero aliquod horũ post cõsecrationẽ acciderit: debet animal caute capi: ⁊ diligenter lauari ⁊ cõburi: ⁊ ablutio cũ cineribus in sacrariũ mitti. Qđ si venenũ ibi deprehẽderit immissum / nullo modo debet sumere: nec alij dare: ne calix vite vertatur in mortẽ: sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cũ reliquijs cõseruari. Et ne sacramẽtũ maneat imperfectũ: debet aliud vinũ apponere in calicẽ: ⁊ denuo resumere a consecratione sanguinis ⁊ sacrificiũ perficere. hec Tho. Nihil eñ abominabile sumi debet occasione huius sacri: vt notat glo. Her. in. c. si per negligentiã. de cõse. dis. ij. ¶ I Si vero sanguis fusus fuerit: aut de calice stillauerit: sic disposuit decretũ Pij pape in cano. statim allegato vbi d̃r: Si ꝑ negligẽtiã aliquid de sanguine stillauerit in tabulã q̃ terre adheret. Glo. de sanguine. i. de sacramento: Sanguis eñ est in corpe christi / et in venis eius: a quo separari nõ põt: nec fluendo stillare: vt. s̃. dictum est lec. lxij. Sed si stille sacramenti fluxerint: in q̃libet stilla seu gutta est totus christ⁹: ⁊ totus sanguis in corpore cũ anima vnita deitati: Sequit̃. Lingua lambet̃: ⁊ radet̃ tabula Si vero nõ fuerit tabula: vt nõ cõculcetur locus tñ radat̃ ⁊ igne consumat̃: ⁊ cinis intra altare condat̃: ⁊ sacerdos quadraginta diebus peniteat. Glo. Hec penitẽtia erit vt tot diebus ieiunet ⁊ tot diebus abstineat a sacroꝝ cõione. Sequitur: Si super altare stillauerit calix: sorbeat minister stillam: et tribus diebus peniteat. Si super linteũ altaris: ⁊ ad aliud linteum peruenerit: quatuor diebus peniteat. Si vsq̃ ad tertium: nouẽ dieb⁹ peniteat: si vsq̃ ad quartũ: viginti diebus peniteat. Et linteamina que tetigit stilla: tribus vicibus minister abluat calice supposito / ⁊ aqua ablutionis sumatur: ⁊ iuxta altare recõdatur. Hec pius papa. ¶ Addit Thomas: Quidã autem vlteri⁹ partem illam linteaminũ incidunt: ⁊ comburunt / ⁊ cineres in altari vel in sacrario reponũt. Si autem hostia in terram ceciderit: puto ⁊ terram radendam fore: ⁊ vt. s̃. rasura incineretur et in sacrario ponat̃. Secus si sup̱ pallam altaris aut pãnũ mũdũ ceciderit: si tñ inuẽta fuerit. Si vero inuẽta non fuerit: aut mus comederit: dicit ca. Qui non bene.

de consecra. dist. ii. qui non bene custodierit sacrificium: et
mus vel aliud aliqd animal comederit: quadraginta die-
bus peniteat. Qui aūt perdiderit illud in ecclia: aut pars
eius ceciderit ⁊ non inuēta fuerit: triginta dies peniteat.
Addit Tho. Eadē penitentia videt̄ dignus sacerdos ꝑ cu
ius negligentiā hostie consecrate putrescunt. ℭ L. De
vomitu vero eucharistie habetur eadem dist. si qs. ii. ex pe
nitētiali bede. Si qs per ebrietatē vel voracitatē euchari
stiam euomuerit. xl. dieb⁹ peniteat si laicus est. Clerici ve-
ro vel monachi/p͛sbyteri vel diaconi. lxx. diebus penite-
ant. epi. xc. Si vero causa infirmitatis euomuerint: septē
diebus peniteant. Et debet vomitus cremari: ⁊ cineres iu
xta altare recondi: vt. s. dicit Pisanus in sum. Uerum de
his penitētijs dicit sanct⁹ Tho. pensatis tñ cōditionib⁹ ne-
gocij ⁊ persone/potest minui: vel addi ad penitentiā p͛e
dictam. Sed dum infirmitas est in causa dicit glo. in. c. Si
quis. alleg. q hoc ad cautelam positum est: vel qꝛ non de-
buit sumere cū esset infirm⁹: ⁊ ita fuit in culpa: vel quia nō
debuit statim sumere cibū vulgarem: alš infirmitas excu
sat. Et addit beatus Tho. Hoc tñ obseruandum est q vbi
cunqꝫ species integre inueniuntur: sunt reuerēter obseruā
de/vel etiā sumende: qꝛ manētib⁹ specieb⁹/manet ibi cor-
pus christi: vt. s. lec. lxxiiij. ℭ L Demum si negligentia
acciderit ex parte ministri: de his partim. s. dictū est: vt in
ijs q̄ sunt de necessitate sacramenti: vel respiciunt reuerē-
tiam sacramenti. Quib⁹ duo casus addendi sunt. Unus si
sacerdos celebrans recordat̄ se aliqd comedisse ⁊ nō esse
ieiunū: aut excōicatū: vel irregularē: aut mortale commi-
sisse: qđ nondū cōfessus est. Dicit beat⁹ Tho. si hec post cō
secrationem recordat̄: debet ꝑcedere ac perficere sacrifici
um ⁊ sumere sacramentum. Debet tñ penitere cū ꝑposito
cōfitendi ⁊ satisfaciendi: ⁊ sic nō indigne: sed fructuose su-
mit sacramentū. Eadē ratio est si meminerit se excōicatio-
ni cuiuscūqꝫ subiacere. Debet eñ assumere propositū huiꝰ
liter absolutionē petendi: ⁊ sic ꝑ inuisibilē pontificē christū
absolutionē cōsequit̄. Si vero ante cōsecrationē alicuius
p͛dictorū sit memor: tuti⁹ reputaret̄ maxime in casu mā-
ducationis ⁊ excōicationis/q missam inceptā desereret: ni
si graue scandalum timeretur. Hec Tho. ℭ Aliter casus:
Quid si sacerdos nō recolit se oia dixisse que in missa: vel
ex ordine institutionis christi: vel ecclie dicenda sunt. Respō-
det sanct⁹ Tho. vbi. s. q non debet ex hoc sacerdos mēte
perturbari. Non eñ qui multa dicit: recolit oim que dixe-
rat: nisi forte in dicendo apprehenderit sub rōne iam dicti
idest apprehendent se dicere: sic eñ aliqd efficit̄ memora
bile. Unū si quis attente cogitat illud qđ dicit: non tñ cogi
tat se dicere illud: non multum recolit postea se dixisse. Si
tñ sacerdoti probabiliter constat se aliqua omisisse: si q̄dē
nō sunt de necessitate sacramēti: nō existimo inqt/q ꝑpter
hoc debeat resumere imutādo ordinē sacrificij: sed vlteri
us procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorū
que sunt de necessitate sacramenti: scꝫ formas cōsecratio-
nis: idem faciēdum est: qđ dictum est de defectu materie:
vt scꝫ resumatur a forma cōsecrationis: ⁊ cetera ꝑ ordinem
reiterent̄: ne mutetur ordo sacrificij. hec Tho. Uel pōt ser
uari ordo qui. s. lec. x. tactus est fm opinionē Scoti. Hoc
autē fieri potest cū minori scandalo. Et tantū de illis defe
ctibus ⁊ negligentijs: ex quibus prudēs lector informari
potest quid agendum in alijs hic non positis/nō penitus
dissimilibus. Et hec de dubijs textualibus supra motis.

ℭ Lectio. lxxx. A

Post sacramēti sum-
ptionē ⁊ ablutionē p͛dictas/sequitur cant⁹:
qui cum quodam iubilo/⁊ leticia canitur: qui
cōmunio dr. Olim (vt dn̄s Alber. dicit) anti-
phona dicebat̄. i. circularis sonus: qꝛ sicut introitus: ita
⁊ cōmunio supra ps̄. iterabatur in signū leticie ⁊ gaudij
spūalis suscepti dei intra viscera: ⁊ ideo cum leticia canta-
bant illum/cantū vnus ad aliū/quasi nuntians q̄liter de⁹
susceptus sit ab eo. iuxta illud ꝑpheticū: In voce exulta- ps̄. xli.
tionis ⁊ cōfessionis/sonus epulantis. qđ etiā signatū est
Luce. xv. vbi cum pater occideret vitulū saginatum: fecit
chorū et symphoniā/in signū leticie: qꝛ dulcedine diuine
pinguedinis infusa sunt cōicantiū intima. Hinc iterum in
ps̄. dr: Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ aia mea. in refe- ps̄. lxii.
ctione scꝫ sacramentali: ⁊ labijs exultationis laudabit os
meū: in cantu scꝫ leticie post cōmunionem. Cui cōsonat ⁊
illud: In omni ore quasi mel indulcabitur memoria eius: Eccli
⁊ vt musica in conuiuio vini. Ipse directus est diuinit⁹ in pe xlix.
nitentia gētis: ⁊ tulit abominationes impietatis. Qđ etsi
ad literā dictū est de iosia rege iuda: veri⁹ tamen est de iesu
christo rege regū: qui pro nobis agere penitētiam missus
est a summo patre: qui ⁊ tulit abominationes impietatis
tori⁹ humani generis: cui⁹ memoria i hoc sacrificio digne
sumentib⁹ melle dulcior est atqꝫ fauo. Modo aūt cantus
iste non iterat̄: excepto officio pro defunctis: in q̄ mos ille
adhuc obseruat̄: ne ex plixitate populo tediū generetur.
Et ideo nūc cōmunio: ⁊ non antiphona noiat̄. Dicit̄ enim
antiphona/q̄si contra psalmū sonans: vel qꝛ pars vna ab
vno choro: pars altera ab alio choro canit̄. ab anti quod
est cōtra/⁊ phonos sonus: q̄si vox reciproca ꝑ choros al-
ternatim sonans: fm papiā. Significat etiā cātus ille fm
Inno. ⁊ Alex. gaudiū aplorū qđ habuerant de christi re-
surrectione: iuxta illud Ioh. xx. Gauisi sunt discipuli viso
dn̄o. Qđ aūt reciprocatio cātabat̄/insinuat q resurrectio
nis gaudiū discipuli sibi mutuo nunciabāt. Unū duo disci-
puli veniētes de emaus/cū inuenissent vndecim congre-
gatos/⁊ eos q̄ cū ipsis erāt dicentes: Surrexit dn̄s vere: Lu. vlti.
⁊ apparuit simoni petro: ⁊ ipsi narrarunt que gesta erant
in via: ⁊ quō cognouerūt eum in fractione panis. ℭ Sed
Albert⁹ hanc rationē mysticā reprobat dicēs: Hoc ego nō
puto esse verū: qꝛ nec nomē hoc ostēdit quo cātus ille cōio
vocat̄: qꝛ in gaudio ⁊ sensu infuse dulcedinis in cōicando
cantat̄. Et qꝛ nulla in plerisqꝫ missis in cātu isto de resurre
ctione mentio habet̄. Uerū tñ q antiqui quidā monachi
hoc tradiderunt. Huius aliam non puto esse causam: nisi
qꝛ meli⁹ aliqd tradere nesciebant. Hec Alb. ℭ B Sed
admirari vix sufficio/cur tantarū vir literarū hmōi mysti-
cationes per totā canonis expositionē velut spernendo
irrideat: cū tñ a viris peritissimis et oim sciarum genere
doctissimis (Innocentiū loquor: prius lothariū. ⁊ Alexā.
de ales) expositiones hmōi fideliter tractentur: ex quorū
fontibus/⁊ ipse Alber. ⁊ posteri pene quicqd scripserunt
hauserant. Qđ si illi a monachis antiqs receperūt: tanto
magis amplectēdū puto. Hi eñ antiq monachi anacho-
rite ⁊ cenobite egyptij: etsi vita vt columbe simplices fue
runt: tñ spūssancti illuminatione prudētissimi extiterūt: cō
tra q̄s nec vniuerse antiqui serpentis doli ⁊ versutie cōua
lescere potuerūt. Quorū vitā ⁊ doctrinā mirat̄ magn⁹ il-
le Hiero. mirat̄ atqꝫ Cassianus scholasticus: q̄ ipsorū do-
gmata ⁊ collationes stilo egregio/⁊ sensu ꝑfundissimo
descripsit: ad quorū capiendū intelligētiā vix humanū suf
ficit ingeniū. ℭ Nec arguit q in ipso cōionis cantu/non
semꝑ sit mentio de resurrectione dn̄ica: qꝛ sicut christ⁹ dn̄s
verbis docuit ⁊ factis: ⁊ nōnunqꝫ aliud in verbis: aliud fa
ctis: ita in misse officio aliud verbis/⁊ aliud gestib⁹ corpo
ris ⁊ factis designat̄. Unū vt visum est: qꝛ officiū misse i me
moriā christi celebrat̄: p͛sertim passionis/resurrectionis ⁊
ascensionis. Nā ⁊ in canone orat sacerdos: Hāc igit̄ obla-
tionē/quā tibi offerim⁹ in memoriā passionis/resurrectio
nis ⁊ ascensionis dn̄i nostri iesu christi ⁊c. Ipsa dn̄i passio
resurrectio/ascensio ⁊ cetera ad humani generis salutem
acta: nō modo verbis: sꝫ gestu ⁊ signis rep͛sentant̄. Qđ
irridere/est catholicā simplicitatē: immo ꝑfundissimam
mysteriorū abditā intelligentiā despicere. Uariatur aūt
hic cōmunionis cantus fm diuersitatē temporū ⁊ festorū/
correspondenter ad totius misse officium ordinatum.

Dominus vobiscū. Et cū

spiritu tuo. Oremus. ¶ E Post hanc sequitur secunda
pars huius tertie et vltime partis misse: In qua fit humi-
lis supplicatio in prolatione orationū siue collectarū: que
post cōiones dicunt: et patet ratio nominis vel complēde
eo φ per eas cōpletur et finit misse officiū. Cantata nāq
cōione, et qua sacerdos spūale gaudium populi spūaliter
secū sacrosanctā eucharistiam cōicantis cōcipit: ipse letus
et hilaris ad populū se conuertit: ipsum salutās et dicens:
Dn̄s vobiscū. et supplendū est: ꝑm Alber. et maneat in eter
nū visceribꝰ scȝ vestris infusus: sicut dr̄ Joh. xvij. Tu in me
pater: et ego in eis: vt sint in vnum cōsummati. Sic et chri-
Jo. xiiij. stus fidelibꝰ spiritūsanctū a patre dandū ꝓmisit in eternū
vnde ait: Et alium paracletū dabit vobis: vt maneat vobi-
scum in eternū. Et respondet populus: vel vicē populi res
pn̄s: Et cum spiritu tuo: optans vt et in spiritu sacerdotis
maneat christꝰ: quē pro oibus accepit: sciens φ parū valet
sacramentū corporaliter accipere: nisi remaneat in pene-
tralibꝰ cordis et intima spūs deuotione. Spūalis em̄ cibꝰ
in spiritu: et non in corpore est cōseruādus. Spūs nāq est
deus: et eos qui adorant eum: in spiritu et veritate oportet
adorare. Joh. iiij. ¶ Deinde sacerdos redit ad dextrū cor
nu altaris. et eleuatis manibus, ad orationē ppl̄m prouo-
cans: et dicens: Oremus: vltimā misse orationē exequitur
multiplicans eā ꝑm numerū collectarū in principio misse:
et secretarū ante canonis prefationē premissarum: ꝑm Jn-
no. Fiunt aūt he orationes post cōionē in fine misse, ad si-
gnificandū ꝑm eundem, φ ita nobis necessaria est subse-
quēs oratio sicut p̄cedens: q2 sine intermissione orandum
est. Oportet semꝑ orare et non deficere. Luce. xviij. Petit
aūt in his orationibꝰ eleuatis manibꝰ cōionis ꝑfectionē:
vt eā ab alto dn̄s misericorditer largiat. Que duplex est
Vna gr̄e in via: alia gl̄ie in patria. Operat em̄ refectionis
gratiā in via in p̄senti, ad cōsequendā gloriā in beatitudi-
ne celesti: vt sicut nunc sub specie panis et vini abscondite
accipit: ita in patria in beatitudine et clara diuinitatis vi-
Psal. lxxxiij. sione perficiat: vt sic verū fiat qd̄ dicit ps̄. Gratiam et glo-
riā dabit dn̄s. Hoc aūt facile attēdit in oibus postcōioni-
bus: que per totū annū legunt: si diligenter inspiciuntur.
Qd̄ etiā frequenter exprimit in ipsa verborꝝ significatiōe:
sicut hic. Perficiāt in nobis dn̄e tua sacramēta qd̄ cōtinēt
vt qd̄ nūc in spe gerimꝰ: rerū veritate capiamꝰ. ¶ D Di-
ctutus aūt hanc orationē, redit ad dextrum cornu altaris:
ad significandū (ꝑm Jnno. et magistrū in rōnali) φ in fi-
ne mundi christi p̄dicatio reditura est ad iudeos: q̄ p dex-
trū cornu significant. Tūc em̄ iuxta. c. x. Esa. ꝓpheriam ad
dn̄m cōuertent: et reliquie israel salue fiēt: vt allegat apl̄s
ad Rom. ix. Finita autē orōne, redit ad mediū altaris: vt
ipsam ꝯcludat ꝑ illud additū: Per dn̄m nostrū iesum chri-
stū etc. iā frequenter expositum. Quia sicut dextrū altaris
representat ppl̄m iudaicū: et sinistrū ppl̄m gentilē: ita me-
diū altaris repsentat christū: et christi fidem in qua vterq
populus cōnectit et vnit. ¶ Jte christꝰ ipse est q̄ vtrunq
populū inducit et illuminat ad petendū: ideo recte in alta-
ris medio oratio ipsa ꝑ christū mediatorē cōcludit et finit.
Post cuius finē, iterum sacerdos se cōuertit ad populum
ipsum salutando, dicēs: Dn̄s vobiscū, ꝑm Alber. optās vt
recedētes a tēplo nō recedāt a dn̄o: sed vt satagāt quate-
nus dn̄s semꝑ cū eis in oibus agendis maneat: et nunq
ab eis recedat: qd̄ et facit si nos cū eo mētis deuotione ma-
neamus. Rn̄det autē ꝓ populo chorus vel minister: Et cū
spū tuo: optans vt et ipse sacerdos post missam non carna
libus: sed spūalibꝰ operibus intēdat. Et vt dn̄s q̄ spūalia
Gal. v. opera per apl̄m suū suggerit dicentē: Spiritu ambulate:
et desideria carnis nō ꝑficietis etc. Et sic mutua salutatio-
ne cōionē indicantes, missa claudit et finit. ¶ E Scd̄m
magistrū in rationali, he vltime salutationes representāt
φ christꝰ post resurrectionē bis discipulos suos legitur sa-
lutasse, dicens eis: Pax vobis. Vn̄ prima salutatio ante
postcōionē, significat illā benedictionē: quā christꝰ ascen-
surus in celū legit dedisse discipulis suis: nā vt Lucas v-
ti. cōmemorat: Eduxit eos foras in bethaniam: et eleuatis
manibus, bn̄dixit eis. Vltima salutatio vitā eternā signi-
ficat: quā christus ascēdens ingressus est: quia cum ab eis
recessit: vt consequenter scribit lucas: ferebatur in celum.
¶ Et nota φ septies sacerdos salutat populū: quatenus
exclusis septē vitijs capitalibꝰ, suscipiat gratiam septifor-
mē sancti spiritus: et quinq vicibꝰ se vertit ad populū. an-
te primā collectam: ante euāgeliū saltem lateraliter: ante
offertoriū: ante postcōionem, et post eandem: qd̄ ꝑm Alex.
representat quinq apparitiones: quibꝰ in die resurrectio-
nis se manifestauit mulieribus et discipulis. primo marie
magdalene: scd̄o ceteris mulieribꝰ, dum de sepulcro redi-
rent in hierusalē: tertio petro: q̄rto duobꝰ discipulis eūti-
bus in emaus: q̄nto vndecim discipulis simul ꝯgregatis.

Jte missa est

¶ F Hec est tertia particu-
la partis tertie, tertie partis
principalis misse: que est vltima: in qua concluditur missa
Concluditur autē missa tripliciter: quandoq per Jte mis-
sa est: q̄nq per Bn̄dicamus dn̄o: q̄nq per Requiescant
in pace. Primo modo cōcludit in festis et solēnitatibus: in
quibꝰ in matutinis dr̄ Te deū laudamus. et in missa Glo-
ria in excelsis. et cetera leticie cantica. Jn his concluditur
per Jte missa est. quasi dicat diaconus ad populū versus:
vel sacerdos dū sine diacono celebrat. Jte, hoc est redire
ad propria: q2 missa .i. oblata est hostia deo salutaris pro
vestra et totius humani generis salute cōsequenda. Licet
autem .ā. lec. xv. distincta est quadruplex misse acceptio: tn̄
in proposito due sufficiūt. Vna qua missa accipit pro ipsa
hostia sacra: de quo venerabilis Hugo lib. ij. de sacramen-
tis parte. viij. c. xiiij. ait: Jpsa hostia sacra missa vocari po-
test: q2 transmissa est, primū scȝ a patre nobis: vt nobiscū
esset: postea a nobis patri: vt apud patrē pro nobis inter-
cederet. Primū a patre nobis per incarnationē: postea pa-
tri a nobis per passionē. Modo in sacramento per passio-
nis eiusdē cōmemorationē: primū a patre nobis ꝑ sancti-
ficationē: qua nobiscū esse incipit: postea patri a nobis ꝑ ob-
lationē: qua ꝓ nobis intercedit. Alio modo accipit missa
pro officio misse: vel toto, vel parte: et etiā sic dicitur missa
q̄si trāsmissa: vel trāsmissio ꝑm eundē Hugonē. Quia po-
pulꝰ fidelis ꝑ ministeriū sacerdotis: q̄ fungit vice media-
toris inter deū et hoies: p̄ces, supplicatiōes, vota et obla-
tiones trāsmittit altissimo. ¶ Scd̄m primā igit acceptio-
nē clamat diaconus Jte, missa est hostia christus media-
tor. Jte post ipsum, hoc est seq̄mini ipsum: ꝑm illud apl̄i ad
Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambu-
late in dilectione sicut et christus dilexit nos: et tradidit se-
metipsum ꝑ nobis oblationē et hostiam deo in odorē sua-
uitatis. No em̄ est in hoc mūdo standū: sed ad patriā per
bona opera, festinandū. Currite ait idem apl̄s: vt compre-
hendatis. j. Cor. ix. Jte ergo de virtute in virtutē: vt tan-
dem videat deus deorū in sion: in specula altissima peren-
nis glorie. Missa em̄ est hostia per quā fracta sunt tarta-
ra: celi ianua reserata: et via ad celū est patefacta. Missa
ad dexteram patris, speciebus sacramentalibꝰ iam cōsum-
ptis: vt ibi nos patri in se offerat: ibi nos incorporatos si-
bi societ: et locum nobis paret. Joh. xiiij. Vado parare vo-
bis locum. ¶ Scd̄m alterā misse acceptionē: Jte ad ꝓpria
pro vestra et fratrū corporali necessitate ꝓcurāda. Redite
q2 misse officium et preces pro vobis fundende sunt finite:
Jte, q2 missa est vestra oratio ac deuotio eternis illata se-
dibꝰ: angelorū ministerio sanctorū: qui ob christi reueren-
tiā misse sacrificio adstiterūt: ob quā vestrā deuotionē et
orōnem celestis pater gressus vestros salubriter dirigit in
viā morū tutissimā et virtutū. ¶ G Duo aūt sunt q̄ ꝑm
beatū Aug. nos duobus motibus ire cōpellunt. xix. de ci-
uitate dei. c. xix. vcȝ charitas veritatis: et necessitas chari-
tatis. Charitas veritatis abiecta solicitudine rei familia-
ris facit nos recedere a ꝓprijs: et ad tēplū dei festinare: ꝑm
illud Esa. ij. Jbunt populi multi et dicēt: Venite: ascenda-
mus ad montem dn̄i: et ad domū dei iacob: et docebit nos

vias suas:et ambulabimus in semitis eius ꝛc. Sequitur.
Domus iacob/venite et ambulemus in lumine dei nostri.
Necessitas charitatis nos redire ad propria: ꝛ ad curã rei
familiaris cõpellit. In hac eñ necessitate ordo charitatis
quo nos primo: ꝛ post proximũ ſm gradũ sue coniunctio-
nis/per effectũ operis/ꝛ exhibitionẽ necessariorũ/dilige-
re oportet. Et ideo vt illa paremus: que tali exhibeamus
necessitati:solicitari oportet ꝛ laborare. Istud ire ad deũ/
ꝛ redire/figuratũ est ꝛ signatũ Geñ.xxij. vbi seruis suis di-
xit abraam patriarcha. Expectate hic cũ asino:ego ꝛ puer
illuc vsq3 properantes/postq̃ adorauerimus:reuertemur
ad vos. Serui domus ꝛ cure familiaris huiusq3 necessita-
tis ministri/sunt sollicitudines cogitationes ꝛ labores: q̃-
les acquirantur misere hui⁹ vite adminicula. Asinus aũt
asininũ sensum signat huius animalis corporis. Hec aũt
familia relinquenda est:quãdo itur ad tẽplũ:ad missam:
ad deũ. Post adorationem autẽ ꝛ sacrificiũ:quod cũ pue-
ro.i.puro spũ faciendũ est: permittit̃ ad familiã reuersio:
quia ad propria redire oportet propter vite huius multi-
plicem necessitatẽ. Hinc ergo diaconus dicit: Ite missa est.
quasi di.nunc licentiam habetis abeundi missa finita:cui
interesse tenebamini a principio vsq3 ad finẽ/iuxta cano-
nicas sanctiones:quibus precipitur ne quis ante sacerdo-
talem benedictionem:que cõtinuo sequitur:egredi presu-
mat:prout.s̃.lec.xix. habitum est. ⁋ H Dicitur autem
Ite missa est/in diebus festis ꝛ officijs solennibus: q2 ijs
diebus populus in magno numero confluit: q2 interesse
officio principali tenentur: qui diu a proprijs abesse non
possunt:vt.s̃.tactũ est. Nec propter secularia negocia:qui-
bus allegati sunt:cõtemplationi insistere multo tempore
valent:ideo tũc redire eis ad ꝑpria cõcedit̃: immo redire
iubent̃ ꝑpter charitatis necessitatẽ. Etiã ĥs dieb⁹ licentia
redeundi ad propria conceditur: vt dona dei ad corporis
refectionẽ/cũ gratiarũ actione percipiant:ac de eisdẽ indi-
gentibus impertiant̃. vñ Neemie.viij. Ite comedite pin-
guia: ꝛ bibite mulsum.i.vinũ melle dulcoratũ. vñ ꝛ grece
hydromel vocatur ſm glo. Et mittite partes ĥs q̃ no pre-
parauerũt sibi: q2 sanct⁹ dies dñi est. vbi glo. Cũ in festis
dieb⁹ post orationẽ/lectionẽ ꝛ psalmorũ studia completa
carnẽ reficimus: pauperũ ꝛ peregrinorũ meminisse debe-
mus. Preterea dicit Alex. habita refectione spũali:q̃ insi-
nuatur cũ dr̃/missa est:vt diuina bonitas euidentius ap-
pareat:indicit̃ populo:vt ad propria redeat ad refectionẽ
corporalẽ:vt sic ſm hoiem vtrũq3 reficiat̃: et deo amplio-
res gratiarũ referat actiones. Hoc aũt magis cõuenit die-
bus festis: in quib⁹ diligẽti⁹ diuinis est laudib⁹ insistendũ.
In alijs quib⁹ dicti cantus leticie nõ dicuntur: vt in dieb⁹
ieiuniorũ ꝛ ferialib⁹ nõ festiuis claudit̃ missa per Benedi-
cam⁹ dño: ꝑ q̃ verba inuitat̃ popul⁹ ad gratias agendum
pro perfecto misse mysterio. Ac si dicatur illud Deut.xxxij.
Date magnificentiã:id est magnificas gratias/deo/q2 dei
ꝑfecta sunt opera: q2 consecratione ꝛ cõmunione corporis
ꝛ sanguinis dñi/officiũ totũ misse est cõpletũ. ⁋ I Et q2
in ĥs dieb⁹ populus vt frequẽter misse non interest: sicut
nec tenet̃: sed religiosi cõueniunt: quib⁹ nõ statim cõgruit
ad secularia negocia se cõuertere: sed in dei laudib⁹ semꝑ
ꝑmanere: ſm Inno. idcirco neq3 eis licentia redeundi per
Ite missa est. intimat̃. Sed per benedicam⁹ dño: quod est
cõis horarũ cõclusio: etiã missa terminat̃. Cũ autẽ ite mis-
sa est/dicit celebrans aut diacon⁹/vertit se ad populũ cui
loquit̃. Dũ vero benedicam⁹ dño dicit: non se ad populum
sed ad orientẽ vertit: q2 tũc non loquit̃ distincte ad popu-
lum: sed se cũ populo hortat̃ ad gratias referendum vero
orienti/a quo oẽs illuminant̃. Rñdet autẽ chorus pro po-
pulo ad vtrãq3 conclusionẽ/Deo grãs/sc3 referamus oẽs
de misse ꝑfectione: ꝛ sacrosancti corporis ꝛ sanguinis dñi-
ci cõione. Ne dicat̃ nobis vel alicui nostrũ: Non est inuẽt⁹
Lu.xvij. qui rediret ꝛ daret gloriam deo. Vel facit illud ad instar
aplorũ: q̃ post ascẽsionẽ dñi/ad ꝑpria reuertẽtes/deo gra-
Actuũ.j. tiarũ actiones ꝑsoluerũt. vñ dr̃: Hi oẽs erãt perseuerãtes
vnanimiter in oratione. De gratiarũ actione dictum est
lec.xvij. ꝛ.xviij. ⁋ In missis pro defunctis pro cõclusione
dr̃: Requiescat in pace: vt finis hui⁹ misse rñdeat ꝑncipio:
in quo eis eterna reqes postulat̃. Et q2 totũ illud officiũ
singulariter ordinat̃ pro requie defunctis iperranda: ideo
eis pax ꝛ requies petit̃ in misse principio/in medio/ꝛ in fi-
ne. Et hic rñdet pro pplo chorus vel minister Amen.i.fiat
per hoc ꝓfitẽs se fidẽ rectã tenere de hui⁹ misse ꝛ oronũ in
ipsa fusarũ efficacia. Et in h̃ terminat̃ missa. ⁋ L Mis-
sa vero finita/ppl's bñdicit̃: sicut in fine officioꝝ fieri debe-
re ex cõcilio agathensi p̃cipit̃: vt de cõse. dis. v. cõuenit. Itẽ
ex concilio aurelianensi: vt habet̃ de cõse. dist.j.cũ ad cele-
brandas. dr̃: Cũ ad celebrãdas missas in dei noie cõuenit̃
ppl's nõ ante discedat: q̃ misse solẽnitas compleat̃. Et vbi
epũs non fuerit: benedictionẽ a sacerdote accipiat: Uerum
vbi adest epũs: sacerdos nõ sine mandato aut permissione
epi benedicat: vt in.c.deniq3.xxj.dist. vbi dr̃. Nullus sacer-
dos maiore suo nõ innuente/cuiuslibet rei benedictionem
dare nitatur: vel saltẽ maiore suo: idest epõ nõ permitten-
te. Nã eo ipso q̃ permittit eis missam celebrare: per conse-
quens oia permittit sine quib⁹ missa esse nõ potest: sc3 esse
perfecta. Benedictio aũt ad misse perfectionem ꝑtinet: vt
in.c.missas.de cõse.dis.j.dicit glo.in.c.ecce ego.xcv.dis. So-
lennẽ tñ benedictionẽ etiã absente epõ dare non põt: illa
eñ soli epõ reseruat̃.xxvj.q.vj.ministrare. Sed que est so-
lennis benedictio. Glo. ibidẽ dicit bñdictionẽ solẽnẽ q̃ fit ꝑ
talia verba: Sit nomen dñi bñdictum. Sed glo.in.c.cũ ad
celebrandũ.de conse.dist.j. dicit: Dicit̃ solẽnis benedictio:
q̃ ante misse cõsummationẽ a solis põtificib⁹ celebrat̃: inhi-
bet̃ sc3 sacerdotib⁹. Hãc esse puto/quã epũs premissa exhor-
tatione diaconi. Humiliate vos ad benedictionẽ: post sa-
cramenti fractionem ex pontificiali legit cui subiungit. Et
pax eius sit semper vobiscũ. Sequitur agnus dei. Un̄ non
videtur q̃ illa verba: Sit nomen dñi benedictũ/reddant
benedictionẽ solennẽ: cũ cõmunis vsus habet: q̃ etiam sa-
cerdotes hec bñdicendo ꝓferãt. ⁋ L Sacerdos igitur
missa cõsummata/benedicit populũ: vt q̃ missarum solen-
nijs interfuit: licentiatusq3 est redire ad ꝑpria/sine spũali
munere non abscedat: ac recedẽs ab infestationib⁹ malis
preseruet̃: dicens ſm morẽ quarundã ecclesiarum: Celesti
bñdictione benedicat ꝛ custodiat vos diuina maiestas et
vna deitas: pater ꝛ filius ꝛ spũssanctus. Habet autem hec
benedictio originẽ ex veteri testamento. Legitur eñ q̃ ia- Geñ.xlix.
cob moritur⁹ primũ filios suos bñdixit: singulos sc3 bene- Leui.ix.
dictionibus ꝓprijs. Siliter de moyse ꝛ aaron legit̃: q̃ ex- iij.Reg.
pletis hostijs ꝛ holocaustis/intrauerunt tabernaculũ te- viij.
stimonij: deinceps ꝛ benedixerũt populũ. Sic ꝛ salomon
expletis sacrificijs bñdixit populo. Maius aũt exẽplum
habemus in christo saluatore nostro: qui simul rex fuit ꝛ sa-
cerdos: hic ascensurus in celũ primũ discipulis benedixit.
Luce vlti. Eleuatis manibus benedixit eis: Et factum est
dũ benediceret illis: recessit ab eis ꝛ ferebat̃ in celum. Un̄
ꝛ mos inoleuit apud viros religiosos: q̃ cũ ab inuicẽ sepa-
rantur: benedictionem sibi mutuo impertiuntur: vel saltẽ
minor a maiore: frater a patre benedictionẽ postulat. Sic
ꝛ sacerdos tanq̃ maior/populo redeũti ad propria bene-
dicit. Nam ꝛ apostolus ait: Sine vlla autẽ contradictione/ ad Heb.
quod minus est/a maiore benedicitur. ⁋ M Hec etiã vij.
benedictio ſm Inno. missionem spũssancti significat: quẽ
misit dñs apostolis in die pentecostes. Fit eñ hec benedi-
ctio per verbũ oris/ꝛ signũ crucis: q2 illa missio per sonũ
aeris/ꝛ linguã ignis innotuit. ſm q̃ legit̃ Actuũ.ij. Fact⁹
est repente de celo sonus ꝛc. Et apparuerũt apostolis dis-
pertite lingue tanq̃ ignis. Et licet spũssanctus specialiter
sit missus: q2 tñ indiuisa sunt opera trinitatis: missionẽ illã
tota trinitas fuit operata: ideoq3 benedictionẽ illã sacer-
dos facit in noie trinitatis patris et filij et spũssancti. hec
Inno. ⁋ Formã aũt bñdictionis vt Alexan. ait/legis ex-
pressit autoritas/dicẽte per moysen dño. Inuocabitis no-
men meum super filios israel; et ego dñs benedicam eis.

Numeri. vi. vbi innuit ꝙ homo nō benedicit/nisi ministe-
rialiter: dñs autē autoritatiue. Ideoq̄ sacerdos in ꝓpo-
sito optatiue loquit̄: optans vt dñs bñdicat et custodiat
cū inuocatione omniū triuꝫ personarū: sicut ⁊ propheta
in psā. optans benedictionē a dño/personarū trinitatem
significat: ter deum nominando/dicens. Benedicat nos
psā. lxvi. deus/deus noster: benedicat nos deus. ¶ Fit quoq̄ cum
signo crucis: quia totum bonū spūale qđ rationali creatu-
re conceditur: ex merito christi crucifixi donatur: vnde de
consecra. dist. v. Nunquid. dicitur: Nūquid nō omnia cha-
rismata (alibi chrismata) sacerdotalis mysterij crucis fi-
gura perficiuntur? Nunquid baptismatis vnda: nisi cruce
sanctificat̄: peccata relaxat? Et vt cetera pretereamus: si-
ne crucis signaculo/quis sacerdotij gradū ascendit? Et Ra-
banus de institutione clericorū. ⁊ allegat̄ de cōse. dist. iiij.
c. postea. Signat̄ baptizādus signaculo sancte crucis tam
in corde/ꝙ in fronte: vt ab eo tempore apostata diabolus
in vase suo pristino/sue interēptionis cognoscens signa-
culū: iam deinceps illic sciat se esse alienū. Magna igitur
virtus crucis est: qua tātus terretur inimicus. Hinc canit
ecclesia: Ecce signū crucis: fugite partes aduerse: vicit leo
de tribu iuda: radix iesse. ¶ N Vtitur autem sacerdos
his verbis benedicēdo: Benedicat ⁊ custodiat ⁊c. Bene-
dicat purgādo a peccatis ⁊ vitijs. Hoc enim donum est
bñdictionis dei s̄m illud: Quis scit si conuertatur ⁊ igno-
Johe. ij. scat; videlicet de⁹: ⁊ relinquat post se bñdictionē? Rursus
bñdicat vos replēdo vos virtutibus ⁊ spūalib⁹ donis. qđ
etiā ad dñi benedictionem pertinet. s̄m illud psā. Benedi-
Psal. lxxxiij. ctionē dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē. Addit:
Custodiat corda: scꝫ/⁊ intelligentias vestras: vt in christi
amore ꝑmaneatis. Talē custodiā petiuit aplūs Philippē-
ad phil. iiij. sibus ad eosdē/dicens: Et pax dei q̄ exuperat oēm sensum
custodiat corda vestra/⁊ intelligentias in christo iesu. Cu-
stodiat ⁊ ꝑ ministeriū angelorū. iuxta psalmiste verbum:
Angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs
tuis. Subdit: Vos qui scꝫ diuino misse officio interfuistis
ex charitate ad diuinū officiū inuitati: ⁊ nūc ad curam rei
familiaris accedētes necessitate vite impulsi: Ne inimico-
rum iacula mundi/carnis/⁊ diaboli in peccata vos deijci-
ant ⁊ ꝓsternant. Custodiat vos diuina maiestas: quā tre-
munt impia tartara: colitq̄ abyssus vltima: que est pater
ingenit⁹: cuius est bñdicere ex sui omnipotentia: fili⁹ vni-
genitus/cuius est bñdicere ex sui ineffabili sapiētia: spiri-
tussanctus/cuius est benedicere ex sua bonitate infinita ⁊
clementia. ¶ O Huic indiuidue trinitati humiliter se
inclinans data bñdictione: hāc finalem offert orationē/a
qua ipsam postulabat benedictionē/dicens: Placeat tibi
sancta trinitas hoc obsequiū seruitutis mee: et presta: vt
sacrificiū/qđ oculis tue maiestatis ego indign⁹ obtuli: sit
tibi acceptabile: mihiq̄ et oībus pro quibus illud obtuli:
sit te miserante/propitiabile: Per christū dominū nostrū.
¶ In qua oratione sacerdos velut in quodā cōpendio/
petitiones priores recolligit: humiliter petens ꝓ se alijsq̄
oībus/pro quib⁹ sacrificiū illud obtulit exaudiri. Et tan-
gunt̄ quatuor hanc oblationē cōcernētia. s. dignitas eius
cui sacrificiū illud dedicat̄: ⁊ hoc in principio orōnis. Se-
cundo siue potestas sacerdotis/a quo illud sacrificiū cōsecrat̄
ibi: Hoc obsequiū seruitutis mee. Tertio humilitas offe-
rentis quo vt placitū sit deprecat̄. ibi: Ego indignus obtu-
li. Quarto ordinata charitas ei⁹: de qua vt sibi et omnib⁹
ꝓsit applicat̄. Quoad primū dr: Placeat tibi sancta tri-
nitas. O sancta scꝫ ex te per essentiā: nō per participatio-
nē ⁊ adiacentiā: quō rationales ⁊ intellectuales quedam
creature in se fragiles: ⁊ ex se deficiētes: ex te: ⁊ per te sunt
sanctificate. Trinitas personarum/scꝫ in vna indiuidua et
singularissima essentia personarū diuinarū: que sunt pa-
ter ⁊ fili⁹ ⁊ spūsanct⁹. Trinitas vna/⁊ vnitas trina. Vna
in simplicissima impartibili essentia. Trina in ꝓprietatum
relatiuarū hypostases costituētiū: reali/nō tamē essentia-
li differētia. Placeat: hoc est gratū tibi sit ⁊ acceptū ꝓ mul-
tiplici obtinendo bñficio: q2 nisi tu id acceptaueris ex tua
benignitate ⁊ ei⁹ dignitate ad hmōi effect⁹ fructusq̄ cau-
sandos: ex mea iusticia ⁊ bonitate acceptū esse non pote-
rit. Placeat tibi hoc obsequiū seruitutis mee: o pater oīpo-
tens/qđ tibi iure equissimo nūc impendo: q2 tu dñs es vni-
uersorū: a quo ꝓfluit: nedū oīa seruit⁹: sed ⁊ oīs potentia
⁊ ad seruiendū valitudo. Placeat tibi o fili patris sapien-
tia: hoc seruitutis mee obsequiū: qđ iuxta tuā institutionē
tibi vt persoluerē demādasti: dū dixisti ad discipulos: ⁊ in
illis eorū successoribus. Hec quotiēscūq̄ feceritis/in mei
memoriā facietis. Placeat tibi o scē spūs hoc obsequium
seruitutis mee: qđ nunc exhibeo: tua fauēte clemētissima
bonitate: ⁊ ad te refero vt ad autorē principalem. Obseq̄-
um inquam mee seruitutis/mei gradus sacerdotalis: ra-
tione cui⁹ debitor effect⁹ sum: vt sacrificiuꝫ hoc ministeria-
liter conficerē: ⁊ cōsecrarē sub te solo ⁊ vero principali au-
tore. Et presta/tu beata ꝑ essentiā et sancta trinitas pie et
misericorditer: Vt sacrificiū illud veri corporis ⁊ sacratissi-
mi sanguinis dñi nostri iesu christi: qđ tu pater ab eterno
immolandū preordinasti: et tu filii in tēpore vt offerret̄ in-
stituisti: ⁊ tu sancte spūs plenitudine oīs sanctitatis exple-
uisti: Et qđ ego indignus ex meis meritis ⁊ iusticia/digni-
ficatus vtinā ex tua clementia: obtuli cū timore ⁊ reueren- Heb. iiij.
tia: cum deuotione vtinā ⁊ diligētia: Oculis tue maiesta- Psal.
tis: Oculis quib⁹ oīa nuda sunt ⁊ aperta. Oculis ei⁹ ma- cxxxvi.
iestatis: que in altis habitat: ⁊ humilia nihilominus respi-
cit: ⁊ alta superbie nostre figmenta a longe cognoscit: ma-
iestatis magne potestatis: cui⁹ plena est omnis terra. Im-
mo que mēsa est pugillo aquas: et celos palmo pondera-
uit: que appēdit trib⁹ digitis molē terre: ⁊ librauit in pon-
dere montes: ⁊ colles in statera. Esa. xl. Sit tibi acceptabi-
le. non tm̄ s̄m se qualiter tibi displicere non potest: cū cor-
pus sit ⁊ sanguis nostri saluatoris. Sed etiam vt a me ti-
bi offertur ad honorē tuorum imperrationem. Mihiq̄ sa-
cerdoti offerenti: ⁊ oībus christifidelib⁹ viuis ⁊ defunctis
pro quib⁹ illud obtuli: primo pro me: deinde pro alijs: vt
charitatis ordo que a se incipit seruetur. Sit hoc oblatum
sacrificiū. te tota superbenedicta trinitate miserāte: id est
misericorditer cōcedente: ꝓpitiabile/pro diluendis pecca-
tis: pro redimendis penis: ⁊ conferēdis spūalibus donis.
Per christū dñm nostrū. Amē. fiat. ¶ P Hec orat sacer-
dos finito sacrificio. Et ego Gabriel byel ex spira/omniū
sacerdotū vltimus/finita hac laboriosa expositionis col-
lectura: tibi o trinitas substātialis semper benedicta/hu-
mili corde ꝓstratus solotenus corpore/grarias ago: cui⁹
ductu per maris profundissimi procellosas difficultates/
portum attigi laboris terminū atq̄ finē: Supplici corde
orans: vt me quem in huius sacrificij ministrorū numero
esse voluisti: velis esse ⁊ merito. Talem quoq̄ sanctissime
huius oblationis ministrū me facito: qualem describunt
sanctorū tuorū dogmata in hoc collectorio cōportata. Er-
ratibus simul veniā prebens: sincerissime veritatis tue in-
telligentia/mentē meā omniūq̄ legentiū illumines pari-
ter et accendas. Eos autem qui hec legere dignabuntur:
exoratos esse volo: vt que ad catholicā doctrinā accōmo-
da in hoc notauerint opere: non mihi sed deo: ijs quoq̄
quorū scripta congessi: adscribant. Ex meis eīm: que nulla
sunt vel minima: nihil aut parū posui: sed que ab alijs di-
gesta repperi: vt potui scripsi. Magnā huius totius volu-
minis partem ex lectura viri ingenij quondam acerrimi/
famosissimi magistri Eggelingi de brūswig/sacre theo-
logie licentiati/vita pariter ⁊ doctrina prefulgidi/ad cle-
rum moguntinū pronūciata/declarata et exposita pene
exemplariter transcripsi. Sicubi vero erratum est: neq̄ il-
li: nec ceteris: sed mee imputetur ignorantie: qui nedum
inuenire: sed nec inuenta ordinate cōportare me idoneū
recognosco: quorū pium atq̄ orthodoxum desidero cor-
rectorem. Si qui vero huic collectorio titulum preponere
maluerint: obtestor: et in christi visceribus cohortor: vt
hunc/nō aliū anteponāt. ¶ Expositio sacri canonis misse

ex lectura quondam clarissimi viri magistri Eggelingi de brunswig/sacre theologie licentiati collecta/paucis omissis/nonnullis additis vel mutatis. ¶ Hunc ho dignissimum virum atque doctissimum/nunc de medio sublatum: meque peccatorem legentium orationibus recommendo: quesersi nõ aliñ: mihi tamen vtcũque in hoc labore meo proficere volui: licet minus valui. Absit autem vt mihi honorem quantulũcunque arrogem. Neque immemor sum illius Hieronymiani super Malachiam: Si quis doctus et eruditus lege domini/potest alios erudire: nõ debet sue assignare prudentie/ingenioque quod possidet. Sed gratias agat primũ domino qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus et ministris: a quibus doctus est. Si enĩ non egerit gratias: sed scientiam vendicauerit sibi: in penuria maledicetur. Qđ si intelligens largitorem deum: et agens his gratias per quos a deo eruditus est: humiliauerit se: et in horreum dei intulerit cibos: hoc est scripturarum alimenta in ecclesijs populis ministrauerit; aperientur super eũ cataracte celi: effundetur pluuia spiritualis: et mãdabit nubibus suis vt pluant super eum: et abundantia rerum omnium perfruetur. hec Hiero. Quam collectori simul et lectori per sui gustus dulcissime prelibationem in presenti: et fruitionem plenissimam in futuro/prestare dignetur omnipotens et misericordissimus pater/cum vnigenito filio suo/et spiritusancto/deus vnus eternus et viuus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Gabrielis byel in theologica facultate licentiati q̃ optime meriti/sacri canonis misse tam literalis/q̃ mystica expositio/industria et impensis probi viri Johannis cleyn alemanni/chalcographi atque bibliopole in famatissimo Lugdunẽ. emporio impressa: optatum sortita est finem Anno domini Millesimo quingentesimo decimo se primo ad kalendas Junias.





Ind ... oc opere contentorum

Magistri Gaspar ... illa. chij ad lectorem admonitio.

Cum iuxta Plin ... etustissimū (vt vulgo fertur) adagiū/mari⁹ sit qu... itatis in se ha bere dicitur: si vetusta n...uitati: nouū autori... ... lirā nitori: obscura luci & cetera. quis studeat in paruulū v... ... gre: illa cō plusculaq noster vir omniū peritor Gabriel bi... ... elle doctissi mus cōsiderans: nō solū vetera prodens: noua il... ... uēdo: gra uia leuitati & saniori intellectione ... ...ndās: vetustiā & obscu riorib⁹ illis ex philosophica & theolo... ...octrina excerptis. in d...cem seu inuentariū (vt ita dicā) cur... ...posuit: quo mino... ...ūi cura semota/quicquid in ... ...opere cōtinetur ... falrem diligentia adhi... ...enire potest.

De litera A



damnati

¶ Attributa diuina/deus.

¶ De litera B

Beatitudo

¶ De litera C

Certitudo Dubium.

Clericus

opere contentorum

¶ Finitur indictionariū: aut (si mauis) index huius operis.

